Filosofia
oculta

NATVRÆ SANCTVARIVM:

QVOD EST,

PHYSICA HERMETICA.

IN STVDIOSORVM SINCERIORIS Philoſophiæ gratiam, ad promouendam rerum naturalium veritatem, methodo perſpicua & admirandorum Secretorum in NATVRÆ abyſſo latentium Philoſophica explicatione decenter in vndecim libris tractata

AB

HENRICO NOLLIO Phil. & Medicinæ vtriusq; Doctore, eiusdemq; in incluto Arnoldino, quod eſt Steinfurti, Profeſſore publico.

En dabo in Hermetis doctrinam introitum! attende:
Sapiens Amplectitur Tacite Veritatem Reiectis
Nugis Vanitatum Scholaſticarum.

SVB FINEM DVÆ APPENDICES, QVARVM I. Panſophiæ fundamentum, & II. Philoſophiam Hermeticam de lapide Philoſophorum quatuor tractatibus antehac editis, iam vero recognitis & auctis comprehenſam explicat, annexæ ſunt. Præterea etiam Remora ſtudij Medici, ex qua de Medicina mea Hermetica breui in lucem emittenda cordatus Lector facile iudicare poteſt, adiecta eſt, & errores Medicorum multorum inibi dilucide deteguntur.

FRANCOFVRTI
Typis Nicolai Hoffmanni, ſumptibus
IONÆ ROSÆ.

M. DC XIX.

Emblema Physicum.

Wenn du das Ende im Anfang/ das Letzte im Ersten finden kanst/ so wirstu auß meinem Naturę Sanctuario den Schatz der edlen Gesundheit leichtlich erkennen.

H. N.

In Sacrosancto Silentio

DOCTIS

THEOSOPHIS,

VERIS MEDICIS ET PHILOSOPHIS

S. P. P.

HENRICVS NOLLIVS.

VObis inscribo, Præstantissimi Theosophi, Medici & veri Philosophi, hos meos libellos Physicos, & vt de iis iudicetis; iudiciumque vestrum mihi deinceps communicetis, & vt diuinitus me esse adductum ad veræ sapientię fontem intelligatis. Vulgaribus sapiētibus dubio procul multæ contradictiones meis physicis tractatibus inesse videbuntur. Sed vobis, qui margaritas porcis non esse obiiciendas bene nostis, manife-

ſtus erit veritatis in omnibus conſenſus. Arbitror eum multum profeciſſe in ſapientiæ ſtudio, qui Chriſtum æterni Patris λόγον mortalitatis veſtimenta induiſſe intellexerit, vt iis ſublatis & remotis homines in immortalitatis regnum tranſplantaret: Qui ſine violentia metallorũ imperfectiſſimo ita mederi nouerit, vt in eius nigra terra naturæ magnalia repetiat: Qui ex viliſſima coram oculis arbore contra omnium vegetabilium morbos remedium vere Philoſophicum deſumpſerit & elicuerit. Si ſane idem mecum ſtatuitis, vnanimi voto in Sapientiæ ſinu quieſcamus, & concordi conatu reformandis artibus incumbamus. Nullus dubito, quin theſauri intimis hominum Sapientum receſſibus incluſi & abſconditi, atque vera tam Theoſophiæ, quam Philoſophiæ & Medicinæ Compendia ſanctæ veritatis amatoribus breui pateſcant, & reuelentur. Dies iudicii præ foribus eſt, & Angelorum tubæ audiuntur. Reſurgamus à mortuis, vt perpetuum viuamus & floreamus. Exterioribus poſtpoſitis, interiora ſcrutemur, & nihil erit hoc

in vni-

in vniuerſo, cuius natura menti noſtræ non ſit retecta. Valete, Sanctiſſimi Sophi, & veſtro Conſortio me frui permittite. Dabam Steinfurti è Muſeo 10. Ianuar. Anno 1619.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

DVO iam tibi offero hoc in volumine, beneuole Lector Prodromum Physicum & Physicam Hermeticam: illum, vt ex eo rationem mei instituti viamq; genuinam perueniendi ad rerum naturalium cognitionem prægustes: hanc vt ex ea & naturæ amplitudinem & arcana, quibus vulgaria Physicorum systemata destituuntur, percipias. Qua in re, si rem veræ sapientiæ studiosis gratam me fecisse animaduertero faxo, vt si modo diutius vixero, Deusq; meis studiis fauere perrexerit, Hermeticæ Medicinæ & Alchymiæ Philosophicæ fundamenta tam ex lumine gratiæ, quam ex lumine Naturæ petita habeas, & errores quorundam hodiernorum Medicorum & Chymicorum facile dignoscas. Non omnes genuini sunt Medici, qui titulum Medici vel sibi ex insolentia quadam arrogant, vel ab aliis nomen medicum sibi iure attributum censent. Non omnes sunt veri Chymici, qui oleum vel aquam aliquam præparare norunt: sed qui ex arte & Naturæ lumine id, quod operantur, operantur. De hisce suis in locis abunde tractabitur. Interim beneuole lector, hoc meo studio Physico candide fruere, Deumque exora, vt ingenia, quæ illustrandis veris artibus & scientiis nata videantur, excitare purgat. Vale, & me tibi bene cupientem ama.

H. N.

PRO-

PRODROMVS PHYSICVS, IN QVO VERA VIA PERVENIENDI AD RERVM naturalium cognitionem perspicue proponitur & exponitur

ab

HENRICO NOLLIO.

Admonitio ad Lectorem.

IN hoc Physico prodromo, beneuole lector, vias ad rerum naturalium cognitionem tibi explico: ex quibus de viis falsis facile dijudicare poteris, si modo attenderis, & plene mea dictata intellexeris. Vnum tamen hic præmonendus es, quod studiosæ iuuentuti Cacoëthes disputandi hactenus in plurimis scholis frequentatum sit maximo obstaculo, ne naturæ cognitionem adipiscãtur. Longe enim aberrant, qui ex frequenti disputationum praxi ad naturæ aliorumq; mysteriorum cognitionem euehi se posse autumant. Φιλαυτία *plerumq; dominatur, nec tam quomodo natura, quã quomodo aliorum sensa intelligantur, in talib. altercationibus videtur. Dum refutationi alterius opinionis animus indulget, propriam rerum vestigationem negligit. Varia distinctiuncularũ inuolucra ab hominibus ociosis excogitata audimus*

quidē: sed portū naturæ non attingimus. Disputādo animus noster sæpius in inextricabiles labyrinthos intruditur: Si autē modeste inquireret in naturā, eiusq; simplicem cursum sine Scholasticorum nugis & argutiis obseruaret, plus in eruditione proficeret. Publice disserunt multi, non vt velint doceri, sed docere & sibi probro ducunt, id quod ex falsis principiis didicerūt, dediscere, ne indocti videantur. Plurimi etiā publice disputant, nō vt veritatē inquirant, sed vt suam conceptā & falsam opinionem mordicus defendant, sibiq; apud alios eruditionis nomen mereantur. Scientia rerū inutiliū ita suauiter inescare & inflare solet. Modeste disserere cum sapiente de sapientia, & id priuatim, *tū via sapiētiæ naturalis tibi patefiet. Sapientia non est impurū aliquod prostibulum vt indifferenter omnes cū ea cōmercium habere queant. Qui magis videri quā esse volunt sapientes, publicis disputationib. sub ea formula, quæ hodie in vsu est, delectantur. Qui ex plurium opinionū refutatione scientiam quærunt, sunt iis similes, qui etiamsi rectā viam præ oculis habeant, ambages prius ire sibi proponunt, vt cognitis ambagib. viā rectam ob oculos positam esse viam rectam præcognoscant. Miseranda cæcitas. Viam rectam si incedo, maturius ad vrbem venio, & citius ad alia loca deinceps properare possum.*

CAP.

PRODROMI PHYSICI
CAPUT I.
De causis scriptionis Physicæ Hermeticæ.

SCRIPTURI librum id moris habent, vt & rationem instituti sui præsignificent, & animos Lectorum ad attentionem in præfatione excitent. Vtrumque vt itidem ego præstem, ante Physicæ Hermeticæ pleniorem tractationem 1. causas, quæ me ad scribendum iam impellant, & 2. vias veras & certas perueniendi ad veram rerum naturalium cognitionem explicabo. Vt igitur à primo exordiar capite, hoc Systema Physicum adornare volui 1. Quia doctissimi & veritatis studiosissimi viri me ad hoc institutum animarunt & permouerunt. Eorum honestæ petitioni si obsequi & satisfacere nollem, merito ille essem, qui proximo me natum esse re ipsa negarem. Etsi vero facile in me insufficientiam & imperfectam rerum cognitionem deprehendam, tamen cum Deus mihi hoc talentum dederit, quo naturæ vulgatam doctrinam partim illustrare, partim emendare nouerim, laborem hunc aggredior, & Physicen perficere annitor, vsque dum alij, qui ex hisce meis discursibus occasionem vlterius aliquid meditandi & noua inueniendi captauerint, perfectiorem limam superaddant, & plenius Naturæ theatrum in Republic. humanæ vtilitatem producant. 2. Quia à quibusdam Philosophis propter improborum hominum peruersum iudicium Natura & quæ ab ea pendent obscuris ter-

minis inuoluta circumferuntur, vt nisi Naturæ veritas perspicuis & simplicib. verbis ante omnia exponatur, serium Naturę studium de die in diem contemnatur, & immerito reiiciatur. 3. Quia plurimi Physicam Hermeticam vel ex ignorantia, vel ex præiudicio & affectibus vili pendunt & aspernantur. 4. Quia vulgaria Physices systemata sunt nugarum & inanium tricarum plenissima, atque adeo inutilibus contentionibus, quæ magis in refutatione aliorum cogitatorum, quam in rectę ad Naturæ sanctuarium viæ demōstratione animam & vitam suam habent, referta sunt, vt plures hodie inueneris opinionum humanarum hostes, quam Physicæ sapientiæ extra hominum diuersa iudicia in Natura theatro seu vniuerso hoc mūdo fundatæ simplices & indubitatos assertores. Dubitare malunt quam statuere. Etsi vero ejusmodi dubitatores asseuerent, se ideo alios refutare, vt in sua opinione stabiliantur, tamen nihil est certius, quam quod eorum cogitationes ad diuersa abripiantur, dum non Naturæ viam, sed opinionum aliorum hominum ordinem sequuntur. Eligenda est ad sapientiam via recta & vera, non obliqua, non falsa & ficta. Omnes qui aliarum opinionum refutationibus cum tædiosa verborum prolixitate intenti sunt, compendiosum ad Naturæ secreta aditum sibi intercludunt, & alios etiam veritatis amantissimos à vera via abducunt: Veritas enim dum simpliciter ponitur, asseritur & confirmatur, omnes falsitates, quæ veritatis fontem perturbare vel occludere solent, exinde facili negotio patescunt & refelluntur. Vna

veritate

veritate perspecta, omnes falsitates per se corruunt. Falsitate vero vna cognita, non statim veritas innotescit. Falsitas enim sola non est, sed habet sorores infinitas: Veritas autem vna & simplex est: hanc qui habet, omne illud recte falsum iudicat, quod à veritatis fonte aliquo modo alienum & remotum est. Veritas, inquam, vna est, falsitas multiplex. Tutius ergo est in quiete veritatem possidere, quam incertis passibus & tremulo motu per viarum multitudinem falsitatumq; plurirum meditationem ad veritatem velle accedere. Vbi rectitudo obtinere potest, ambages iusto titulo vitantur. 5. Quia in compendio meo Physico aliquoties publice in inclyto hoc Arnoldino, quod Steinfurti est, disputato pleniorem & accuratiorem Physices Hermeticæ expositionem promisi. Cum ergo iam nactus sim occasionem meditandi, promissis meis stabo. Sed sciendum est, me Hermeticam, non Peripateticam, non Ramæam Physicen, propositurum: quæ ideo Hermetica dicatur, quod secretiorem Naturæ cognitionem ab Hermete primum in mundi theatrum introductam in occultioris veritatis seminariis hinc inde dispersis non sine attenti lectoris fructu ingenue doceat. Deus faxit, vt ex meis hisce discursibus diuina excitentur ingenia, & eorum talenta, quæ sine motu & stimulo alias sepulta manerent, in lucem prodeant, omniaque quæ agimus, in honorem Dei & proximi vtilitatem cedant per Iesum Christum Dominum nostrum.
Amen.

CAPVT II.

Quomodo studiosus Physices debeat esse dispositus.

CAVSIS, quæ me ad scribēdum iam mouerint, supra recensitis, recte ad alterum caput Prodromi progredior, atque vias, quibus ad veram Naturæ naturaliumque rerum cognitionem perducamur, præmonstro. Sed cum non quilibet homo idoneus sit ad capessendam rectam viam Naturæ, ante viæ veræ & sinceræ declarationem docebo, quomodo homo, qui ad Naturæ secreta & miracula adspirat, atque veras veritatis naturalis vias ire desiderat, dispositus esse debeat. Id quod in nouem propositionibus me explicaturum confido.

Qui rerum naturalium cognitionem affectat

1. Organum cuiuslibet sensus bene dispositum, integrum, vigens & illæsum habeto.

Mediante enim sensu intellectus vtplurimum redditur particeps specierum, quarum subsidio res naturales percipiuntur. Vnde fit vt ij, quibus organa sensuum læsa sunt, vel nullo modo, vel imperfecte & deprauate obiecta percipiant, atque sinistrum de iis iudicium habeant. Febricitantium gustui dulcia videntur esse amara, quia lingua vitiata est. In senio error sensuum contingit ex instrumentorum vitio: Senex enim si haberet oculum iuuenis, videret vt iuuenis, Arist. lib. 1. de anima, cap. 4. text. 61. Scalig. exercit.

76. sect.

76. sect. 4. Auditu læso, nemo alterius viua institutione in rebus naturalibus frui potest.

2. Ad ea quæ sensu percipiuntur, animo attendito.

Animus enim nisi percipiendo sensibili occupatus fuerit, nihil sentitur, nihil apertis oculis videtur, nihil auditur.

3. Ingeniosus esto.

Homo enim obtusi ingenii vix capit vulgaria & maxime manifesta: Quomodo ergo secretiora Naturæ mysteria apprehendet? In ceram facili labore, in durum vero lapidem difficulter vel aliquando vix vnquam vulgarium instrumentorum beneficio imprimitur effigies.

4. Ex intimis cordis penetralibus sapientiam naturæ appetito.

Seria cupiditas & sitis sapientiæ necessaria est ei, qui ad eam adspirat. Si sapientiam naturæ aliquis ex animo non desiderauerit, ab inquisitione prius cessabit, quam aliquid inuenerit & scitu dignum explorauerit.

5. Piam vitam ducito.

Pietas est ad omnia vtilis, dicente Apostolo. In impurum corpus sapientia pura non intrat. Impia vita à veritatis studio multū hominem auocat: Quia homo impius in externis mundanarum voluptatum corticibus hæret, atque in iis beatitudinem quærens intellectu suo sapientiæ veræ portam præterit, eamque aperire nequit.

6. Omnia ad honorem Dei & proximi vtilitatem dirigito.

Ad

Ad honorem Dei, quia ille est omnium sapientissimus; omnisque sapientiæ si quæ in nobis est, fons & origo. Æquum ergo est, vt testificandæ gratitudinis ergo ad honorem Dei omnia studia & opera nostra dirigamus. Ad proximi vtilitatem: quia nemo sibi sed alteri natus est, & tam elementa quam elementata cõmunia habemus, omnesque in vno spiritu, qui ab vno Deo in hunc mundum perpetuo & indesinenter profluit, atque per omnia corpora diffusus est, sumus, mouemur, & conseruamur.

7. Liber esto.

Ac proinde nullius hominis mancipium, ne cogitationes suas ad alterius arbitrium cogere & determinare teneatur, atque vires animi sui præiudicio quodam informet: Non ergo in Aristotelis nec Scoti, nec alterius hominis, qualis qualis, quantus quantus fuerit, verba iurato, nec ei, à quo beneficium accipit, in veritatis oppressionem adblanditor. Non ad mentem Thomæ, non ad mentem Aristotelis controuersiæ de natura definiendæ & decidendæ sunt, sed ex vnico Naturæ lumine, principiisque, quæ ex eo desumpta sunt, omnis naturæ veritas æstimanda & dubii casus iudicandi sunt.

8. Sobrie & temperanter viuito.

i.e. potationibus & voracitati non indulgeto, quia cerebrum inde crudis & indigestis vaporibus obruitur, atque longo tempore opus habet ad discutiendum & digerendum eos, vt ita animus cerebrum, quo tanquam instrumento medi-

rationis vtitur, ad suum vsum, cum in alienis propulsandis tum occupatum sit, difficulter pertrahere possit. Spiritus quo profundius corporeis impuritatibus immergitur, eo difficilius suas exerit, & obit operationes. Corpus quo impurius est, eo minus aptum est actiones insiti Spiritus promouere.

9. Curis & negotijs mundi ne esto implicitus.

Pluribus intentus non est ad singula sensus. Mundanæ curæ, quia cum sapientia nihil commercij habent, sapientiæ cursum facile impediunt. Nemo potest duobus Dominis simul inseruire, insipientiæ & sapientiæ. Qui terrena volunt homines, cœlestia nolunt.

CAPVT II.

De Deo, via naturalis veritatis prima.

PERCEPISTI lector, qua ratione studiosus Physices dispositus esse debeat ad recipiendam rerum naturalium cognitionem. Viæ, quæ ad eam deducunt, sunt septem: 1. Deus. 2. Homo. 3. Obseruatio propria. 4. Collatio macrocosmi cum microcosmo. 5. Anatomia vulgaris. 6. Astronomia. 7 Chymia. De hisce ordine agam.

1. De Deo exordiar. 1. Quia ens omnium primum est. 2. Quia omnis sapientia ex eo tanquam ex primo fonte dimanat: Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia,

Prouerb.

Prouerb. 2. 6. Sperabam quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam: Sed vt video spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, Iob. 32. 7. 8. 3. Quia ad eum tanquam primum & legitimum possessorem omnis sapientia spectat.

2. Deus vero secreta naturæ nobis ostendit & patefacit. 1. Diligentia meditationis & obseruationis nostræ. 2. Secreta inspiratione.

3. Vtroque medio, quo Deus in reuelatione rerum naturalium, ad nos vtitur, facile potimur, si ad legem ab ipso præscriptam viuimus, atque sobrie Deum sine intermissione in simplicitate cordis & firma fide inuocamus, vt nobis mentem & animum ad percipiendum ea, quæ hoc in naturæ theatro offeruntur, aperiat.

Hæc quæ dixi, Lectori forsan videntur pauca: Sed reuera intimius pensitanti multa sunt. Aperte & sine fraude modus per Deũ ad naturalis sapientiæ penetralia perueniendi à me proponitur. Duplex vero is est: Vnus quo nos Deus mediante nostro labore (qui in diligentia meditationis & obseruationis nostra consistit) instituit, & ad sapientiam solidam perducit. Alter modus est, quo Deus nobis inspirat cognitionem rerum naturalium. Ad vtrumque modum obtinendum requiritur 1. Vita legi Dei in verbo ipsius præscriptæ conformis. 2. Sobrietas. 3. Preces continuæ & sine intermissione. & 4. Fides firma,

qua,

qua, ſpe in Deo collocata, indubitato credimus, Deum nos exauditurum, atque mentem in cognitione rerum naturalium certo illuminaturum. Vita legi diuinæ conformis Deum mouet, vt benedictionem conatibus noſtris adſpiret, vel ſapientiam naturalem ſecreta ratione inſpiret. Princeps qui à ſubditis ſe ſuaſque leges ſperni videt, faciem beneuolentiæ ab iis auertit, & fontem bonitatis ad eos in riualis dimanare non patitur: Quando vero ſe amari & leges ſuas obſeruari à ſubditis animaduertit, omnis generis beneficia in eos confert, & ſupplicantibus præbet aures faciles. Multo magis Princeps omnium principum cuſtodientibus & ſeruantibus præcepta & leges in S. literis ab ipſo per Prophetas & Apoſtolos traditas omnis generis bona offert & communicat. Initium ſapientiæ eſt timor Domini, Sirac. 1. 16. Pſalm. 111. 10. Prouerb. 1. 7. 9. 10. In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore peccatis ſubdito, Sap. 1. 4. Qui remouet aurem ſuam, ne audiat legem (Dei) etiam oratio eius erit abominabilis, Prouerb. 28. 9. *Si vos, ait Chriſtus Ioh.* 8. 31. manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis veritatem. Sobrietas requiritur in eo, qui à Deo ſapientiam Naturæ impetrare & reportare deſiderat. Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas: Quicunque his delectatur, non erit ſapiens, ait Salomon, Prouerb. 20. 1. Influentiæ cœleſtes & theſauri ſiderei, qui ſunt cuſtodes omnis naturalis ſapientiæ, libentiſſime in humiles vereque pios influunt, &

se in animas sobrias sapientię sitientes demittunt. Cæterum ille qui ex Deo aliquid discere cupit, non tantum pie & sobrie viuito, sed etiam Deum sine intermissione inuocato vt sapientiam largiatur. Quærentes Dominum intelligunt omnia, Prouerb.28.5. Optaui, & prudentia mihi data est: Inuocaui & Spiritus sapientiæ obuenit mihi, Sap. 7.7. In fide vero orato, qui precibus à Deo manifestationem secretorum obtinere cupit, vt aperte D. Iacobus docet vbi ait: Si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus afflue̅ter, & dabitur ei: Postulet autem *in fide, nihil hæsitans* Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur. Non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino: Iacob.1.5. Qui fiduciam suam habent in Domino, veritatem intelligent, Sap. 3.9

CAPVT IV.

De homine secu̅da naturalis veritatis via.

1 *VIa prima, quæ Deus est manifestans nobis mysteria Naturæ, quando in vera fide à nobis sobrie exoratur, sufficienter paucis explicata, ad secundam viam, quæ homo est, procedimus.*

2. Homo vero hic tum via à me dicitur, quando studiosum Naturæ in naturalib. reb. informat, atq; ex lumine Naturæ principia Physica aperit.

3. Vnde qui via hac secunda ad perceptione̅ rerum naturalium prouehi ex animo sibi optat; i. e. qui hominis institutione naturalium rerum cognitionem assequi desiderat:

I.

Videlo, vt scientem rerum naturalium obsequio & beneficiis sibi deuinciat.

Ille à quo instrui cupit, probe sciens esto rerum naturalium; cum ignorans de rebus, quas nescit, neminem erudite queat. Obsequium vero & beneficia demulcent animos præceptorum, vt paratiores & promptiores in explicandis Naturæ thesauris discentibus se offerant, atque planiorem viam iis præmonstrent. Amantur amantes.

II.

Fidelitatem & taciturnitatem; si quid ei præ cæteris communicatur, præceptori voueto.

Apud garrulum & perfidum nihil arcani deponendum est: Antiqui Philosophi adeo hanc propositionem obseruarunt, vt illud, quod è naturæ sinu Præceptorum ope & instructione hauserunt, non propriis sed analogicis & parabolicis terminis expresserint, sibique solis & posteris suis reseruauerint. Margaritæ porcis non sunt obtrudendæ, ne luto fœtido immergantur, & de splendore virtutibusque suis aliquid amittant. Fidis & taciturnis conceduntur arcana Naturæ, quia hi soli sciunt, quomodo tam pretiosis thesauris vti frui debant. Nemo ergo sibi persuadeat, quod veri Philosophi mercede aliqua permoueri possint, vt publice sine ænigmate sincerioris & occultioris sapientiæ arcana doceant. Non tamen de nihilo est; quod aliquando ad ingeniorum subtilium excitationem pro re nata semina veræ sapientiæ proferant & explicent. Sapientiæ filij animad-

uertunt: Stulti & stupidi nihil exinde proficiunt. Non autem ideo sapientes inuidi sunt, quia arcana obscure tractant, & ita tantum proponunt, vt digni intelligant, parentes enim non ideo inuident bono liberorum, quia ipsis ante rationis vsum debitum cultellos acutos porrigere nolunt: sibi plus damni ex cultellorum vsu liberi parerent, quam commodi, si parentes permitterent. Sapientes autem soli sciunt vti sapientia, & eius mysteriis.

III.

Dicta diligenter obseruato & attente meditator.

Meditatio enim attenta animo suggerit inuentionem multarum nouarum rerum, suppeditat occasionem in res ipsas profundius & exquisitius inquirendi, & memoriam hominis adeo firmat, vt postea ex ea, veluti ex promptuario quocunq; loco & tempore sapientiæ riuulos de se fundere, &apud dignos perspicuo stylo deponere possit.

IV.

Eorum, quæ non intelliguntur, interpretationem à Naturæ doctore modeste requirito.

Itaque naturæ studiosus in dubiis, quæ proponuntur, Naturæ interpretem consulito, vt certus sit de sensu, quem interpres intendit. Quæ dicuntur, primo intuitu non semper intelliguntur. Dicenti quæ manifesta & satis perspicua sunt, audienti obscura sæpiusculę sunt. Vt ergo mentem docentis discipulus naturæ bene intelligat, eum compellato, atque sensum dictorum petito.

5.

V.

Dicta & lectione & meditatione frequenti repetito.

Præsertim dicta fundamentalia, quæ sapientiæ quasi viæ & ianuæ videntur. Sunt axiomata seu propositiones vniuersales, quæ quia ex plurimis particularibus desumuntur, subministrant rationem de particularibus iudicandi. Repetenda sunt dicta: Nam lectio lecta placet, decies repetita placebit.

CAPVT V.

De obseruatione propria, tertia naturalis veritatis via.

1 *VIa tertia, qua ad cognitionem rerum naturalium deducimur, est obseruatio propria.*

2. *Qui ergo obseruatione propria ad rerum naturalium cognitionem prouehi cupit, intuetor 1. Elementorum tam superiorum, quam inferiorum* (a) *ordinem & dispositionem inter se. 2. Superiorum in inferiora* (b) *influentias. 3.* (c) *Elementatorum generationem, conseruationem & destructionem. 4. Conuenientiam omnium rerum in vno eodemque mundi* (d) *spiritu. 5. Effectus atque accidentia ad eandem certarum rerum dispositionem sæpissime & necessario sequentia obseruato.*

(a) Ordinem superiorum & inferiorum à nobis obseruari Deus voluit, quia ipse in opere crea-

tionis superi⁹ ab inferiori re ipsa separauit, & cuique creaturæ suam genuinam sedem destinauit. Quæ Deus ordine legitimo dispoſuit, ea secundũ eundem ordinem intuemur & conſideramus, ne ea, quæ Deus separauit, confuſe cognoſcamus. (*b.*) Influẽtias superiorum in hæc inferiora qui intuetur, & profunde meditatur, facile inferiora à superiorib. perfici animaduertit. Deus quidem separauit superiora ab inferioribus, ita vt in singulis cõmunionem Naturæ relinqueret, atq; ita iis magneticã Naturæ copulam insinuaret, qua in huius vniuersi perfectionẽ conſpirarent, rerumq; essentia è certis ſeminibus promanans promoueretur: Voluit tamen Deus, vt id ꝙ est perfectius & præſtãtius, in superiori & ampliori situaretur loco, & quia eius vires ſunt eminẽtiores, & quia fortiores. Ab illo vero ꝙ perfectius est, necesse est vt perficiatur illud quod minus perfectũ est, & ab eo, ꝙ purum, mũdum & omnib. corruptionis tincturis vitioſis exemptum est, id quod minus purum est, purgetur, exaltetur, & in summã eminentiam euehatur. Vnde oculis nostris cernimus à cælo eiusq; ſidereis influentiis perfici & depurari, quicquid in hoc impuro terræ Chao est. Solem adſpice: Hic per radios ſuos in aquam agit, quam attenuat atq; attenuãdo in aerem vertit. Nec hoc in opere ſubſistit, ſed pergit, vertitq; vapores aereos in ignem, dũ eos cõtinuo fouet, coquit, & inde in ſubtiliſſimam conuertit naturã, ita vt ſi deinceps ſulphur natiuũ (calorẽ intellige) in aqua ſulphure ſeu calore ſolis incendatur, ex iſtius materiæ coagmẽtatione ignes varij generis prodeant. (*c*) Elemen-

tatorum

tatorū generationem, conseruationem & destru-ctionem ideo studiose obseruato, & vt naturā Elementatorū bene explores, & Elementorū dum ad generationē, conseruationē & destructionem rerum naturaliū concurrunt, transmutationē, exaltationē & clarificationem intelligas. Beatus mihi ille est, qui hanc mente assequitur: Ei n. via ad naturæ miracula patefacta est. (d) Spiritus mundi est subtilissima & virtuosissima (ita mihi loqui liceat) essentia, quæ omnib. hoc vniuerso cōtentis ita inest, & vt per illam operentur quicquid operantur, & vt in ea tanquā in communi natura entia mūdi etiam inter se diuersissimà & à se mutuo remotissima conspirent. Hic spiritus quamuis pro diuersitate entium diuersus videatur, tamen vbiq; reuera vnus est, qui ratione multiplicis virtutis & potestatis varia & inter se contraria præstare potis est. Hic spiritus non diuulsus est à se, sed continuus vbiq;, ita vt rerū diuersitatem, quę per radiorū istius spiritus effluuium ex centro hunc in mundū introducta est, ad vnitatē perpetuam, cuius radix in centro est, reducere quotidie allaboret. Hic spiritus purus & incorruptibilis est, ita vt etiam in & ex impuris & corruptioni obnoxiis corporibus nihil impuritatis, nihil corruptionis sibi contrahat, sed potius in id vnice incumbat, vt impuritatem propulset, & mediante illa corruptione perfectionē, exaltationem, clarificationē summamq; eminentiam entib. corruptibilib. impertiat. Mirabilis hic spiritus est, quē si bene nosses, Deo indesinenter laudes & gratias caneres, qꝑ huius Spiritus notitiā tibi dederit & quasi ingenerauerit. Hic est Spirit⁹

Ad honorem Dei, quia ille est omnium sapientissimus, omnisque sapientiæ si quæ in nobis est, fons & origo. Æquum ergo est, vt testificandæ gratitudinis ergo ad honorem Dei omnia studia & opera nostra dirigamus. Ad proximi vtilitatem: quia nemo sibi sed alteri natus est, & tam elementa quam elementata cõmunia habemus, omnesque in vno spiritu, qui ab vno Deo in hunc mundum perpetuo & indesinenter profluit, atque per omnia corpora diffusus est, sumus, mouemur, & conseruamur.

7. Liber esto.

Ac proinde nullius hominis mancipium, ne cogitationes suas ad alterius arbitrium cogere & determinare teneatur, atque vires animi sui præiudicio quodam informet: Non ergo in Aristotelis nec Scoti, nec alterius hominis, qualis qualis, quantus quantus fuerit, verba iurato, nec ei, à quo beneficium accipit, in veritatis oppressionem adblanditor. Non ad mentem Thomæ, non ad mentem Aristotelis controuersiæ de natura definiendæ & decidendæ sunt, sed ex vnico Naturæ lumine, principiisque, quæ ex eo desumpta sunt, omnis naturæ veritas æstimanda & dubii casus iudicandi sunt.

8. Sobrie & temperanter viuito.

i.e. potationibus & voracitati non indulgeto, quia cerebrum inde crudis & indigestis vaporibus obruitur, atque longo tempore opus habet ad discutiendum & digerendum eos, vt ita animus cerebrum, quo tanquam instrumento medi-

tationis

rationis vtitur, ad suum vsum, cum in alienis propulsandis tum occupatum sit, difficulter pertrahere possit. Spiritus quo profundius corporeis impuritatibus immergitur, eo difficilius suas exerit, & obit operationes. Corpus quo impurius est, eo minus aptum est actiones insiti Spiritus promouere.

9. Curis & negotijs mundi ne esto implicitus.

Pluribus intentus non est ad singula sensus. Mundanæ curæ, quia cum sapientia nihil commercij habent, sapientiæ cursum facile impediunt. Nemo potest duobus Dominis simul inseruire, insipientiæ & sapientiæ. Qui terrena volunt homines, cœlestia nolunt.

CAPVT II.

De Deo, via naturalis veritatis prima.

PERCEPISTI lector, qua ratione studiosus Physices dispositus esse debeat ad recipiendam rerum naturalium cognitionem. Viæ, quæ ad eam deducunt, sunt septem: 1. Deus. 2. Homo. 3. Obseruatio propria. 4. Collatio macrocosmi cum microcosmo. 5. Anatomia vulgaris. 6. Astronomia. 7 Chymia. De hisce ordine agam.

1. De Deo exordiar. 1. Quia ens omnium primum est. 2. Quia omnis sapientia ex eo tanquam ex primo fonte dimanat: Dominus dat sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia, Prouerb.

Prouerb. 2. 6. Sperabam quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam: Sed vt video spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam, Iob. 32. 7. 8. 3. Quia ad eum tanquam primum & legitimum possessorem omnis sapientia spectat.

2. Deus vero secreta naturæ nobis ostendit & patefacit. 1. Diligentia meditationis & obseruationis nostra. 2. Secreta inspiratione.

3. Vtroque medio, quo Deus in reuelatione rerum naturalium, ad nos vtitur, facile potimur, si ad legem ab ipso præscriptam viuimus, atque sobrie Deum sine intermissione in simplicitate cordis & firma fide inuocamus, vt nobis mentem & animum ad percipiendum ea, quæ hoc in naturæ theatro offeruntur, aperiat.

Hæc quæ dixi, Lectori forsan videntur pauca: Sed reuera intimius pensitanti multa sunt. Aperte & sine fraude modus per Deũ ad naturalis sapientiæ penetralia perueniendi à me proponitur. Duplex vero is est: Vnus quo nos Deus mediante nostro labore (qui in diligentia meditationis & obseruationis nostra consistit) instituit, & ad sapientiam solidam perducit. Alter modus est, quo Deus nobis inspirat cognitionem rerum naturalium. Ad vtrumque modum obtinendum requiritur 1. Vita legi Dei in verbo ipsius præscriptæ conformis. 2. Sobrietas. 3. Preces continuæ & sine intermissione. & 4. Fides firma, qua,

qua, ſpe in Deo collocata, indubitato credimus, Deum nos exauditurum, atque mentem in cognitione rerum naturalium certo illuminaturum. Vita legi diuinæ conformis Deum mouet, vt benedictionem conatibus noſtris adſpiret, vel ſapientiam naturalem ſecreta ratione inſpiret. Princeps qui à ſubditis ſe ſuaſque leges ſperni videt, faciem beneuolentiæ ab iis auertit, & fontem bonitatis ad eos in riuulis dimanare non patitur: Quando vero ſe amari & leges ſuas obſeruari à ſubditis animaduertit, omnis generis beneficia in eos confert, & ſupplicantibus præbet aures faciles. Multo magis Princeps omnium principum cuſtodientibus & ſeruantibus præcepta & leges in S. literis ab ipſo per Prophetas & Apoſtolos traditas omnis generis bona offert & communicat. Initium ſapientiæ eſt timor Domini, Sirac. 1. 16. Pſalm. 111. 10. Prouerb. 1. 7. 9. 10. In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore peccatis ſubdito, Sap. 1. 4. Qui remouet aurem ſuam, ne audiat legem (Dei) etiam oratio eius erit abominabilis, Prouerb. 28. 9. Si vos, ait Chriſtus Ioh. 8. 31. manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eſtis, & cognoſcetis veritatem. Sobrietas requiritur in eo, qui à Deo ſapientiam Naturæ impetrare & reportare deſiderat. Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas: Quicunque his delectatur, non erit ſapiens, ait Salomon, Prouerb. 20. 1. Influentiæ cœleſtes & theſauri ſiderei, qui ſunt cuſtodes omnis naturalis ſapientiæ, libentiſſime in humiles vereque pios influunt, &

se in animas sobrias sapientię sitientes demittunt. Cæterum ille qui ex Deo aliquid discere cupit, non tantum pie & sobrie viuito, sed etiam Deum sine intermissione inuocato vt sapientiam largiatur. Quærentes Dominum intelligunt omnia, Prouerb. 28.5. Optaui, & prudentia mihi data est: Inuocaui & Spiritus sapientiæ obuenit mihi, Sap. 7.7. In fide vero orato, qui precibus à Deo manifestationem secretorum obtinere cupit, vt aperte D. Iacobus docet vbi ait: Si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo, qui dat omnibus affluēter, & dabitur ei: Postulet autem *in fide, nihil hæsitans* Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur. Non ergo existimet homo ille, quod accipiat aliquid à Domino. Iacob. 1.5. Qui fiduciam suam habent in Domino, veritatem intelligent, Sap. 3.9

CAPVT IV.

De homine secūda naturalis veritatis via.

1 *Via prima, quæ Deus est manifestans nobis mysteria Naturæ, quando in vera fide à nobis sobrie exoratur, sufficienter paucis explicata, ad secundam viam, quæ homo est, procedimus.*

2. Homo vero hic tum via à me dicitur, quando studiosum Natura in naturalib. reb. informat, atq; ex lumine Naturæ principia Physica aperit.

3. Vnde qui via hac secunda ad perceptionē rerum naturalium prouehi ex animo sibi optat; i. e. qui hominis institutione naturalium rerum cognitionem assequi desiderat:

I.

I.

Videtò, vt scientem rerum naturalium obsequio & beneficiis sibi deuinciat.

Ille à quo instrui cupit, probe sciens esto rerum naturalium; cum ignorans de rebus, quas nescit, neminem erudire queat. Obsequium verò & beneficia demulcent animos præceptorum, vt paratiores & promptiores in explicandis Naturæ thesauris discentibus se offerant, atque planiorem viam iis præmonstrent. Amantur amantes.

II.

Fidelitatem & taciturnitatem; si quid ei præ cæteris communicatur, præceptori voueto.

Apud garrulum & perfidum nihil arcani deponendum est: Antiqui Philosophi adeo hanc propositionem obseruarunt, vt illud, quod è naturæ sinu Præceptorum ope & instructione hauserunt, non propriis sed analogicis & parabolicis terminis expresserint, sibique solis & posteris suis reseruauerint. Margaritæ porcis non sunt obtrudendæ, ne luto fœtido immergantur, & de splendore virtutibusque suis aliquid amittant. Fidis & taciturnis conceduntur arcana Naturæ, quia hi soli sciunt, quomodo tam pretiosis thesauris vti frui debant. Nemo ergo sibi persuadeat, quod veri Philosophi mercede aliqua permoueri possint, vt publice sine ænigmate sincerioris & occultioris sapientiæ arcana doceant. Non tamen de nihilo est; quod aliquando ad ingeniorum subtilium excitationem pro re nata semina veræ sapientiæ proferant & explicent. Sapientiæ filij animad-

uertunt: Stulti & stupidi nihil exinde proficiunt. Non autem ideo sapientes inuidi sunt, quia arcana obscure tractant, & ita tantum proponunt, vt digni intelligant, parentes enim non ideo inuident bono liberorum, quia ipsis ante rationis vsum debitum cultellos acutos porrigere nolunt: sibi plus damni ex cultellorum vsu liberi parerent, quam commodi, si parentes permitterent. Sapientes autem soli sciunt vti sapientia, & eius mysteriis.

III.

Dicta diligenter obseruato & attente meditator.

Meditatio enim attenta animo suggerit inuentionem multarum nouarum rerum, suppeditat occasionem in res ipsas profundius & exquisitius inquirendi, & memoriam hominis adeo firmat, vt postea ex ea, veluti ex promptuario quocunq; loco & tempore sapientiæ riuulos de se fundere, & apud dignos perspicuo stylo deponere possit.

IV.

Eorum, quæ non intelliguntur, interpretationem à Naturæ doctore modeste requirito.

Itaque naturæ studiosus in dubiis, quæ proponuntur, Naturæ interpretem consulito, vt certus sit de sensu, quem interpres intendit. Quæ dicuntur, primo intuitu non semper intelliguntur. Dicenti quæ manifesta & satis perspicua sunt, audienti obscura sæpiusculè sunt. Vt ergo mentem docentis discipulus naturæ bene intelligat, eum compellato, atque sensum dictorum petito.

5.

V.

Dicta & lectione & meditatione frequenti repetito.

Præsertim dicta fundamentalia, quæ sapientiæ quasi viæ & ianuæ videntur. Sunt axiomata seu propositiones vniuersales, quæ quia ex plurimis particularibus desumuntur, subministrant rationem de particularibus iudicandi. Repetenda sunt dicta: Nam lectio lecta placet, decies repetita placebit.

CAPVT V.

De obseruatione propria, tertia naturalis veritatis via.

1 *VIa tertia, qua ad cognitionem rerum naturalium deducimur, est obseruatio propria.*

2. *Qui ergo obseruatione propria ad rerum naturalium cognitionem prouehi cupit, intuetor 1. Elementorum tam superiorum, quam inferiorum* (a) *ordinem & dispositionem inter se. 2. Superiorum in inferiora* (b) *influentias. 3.* (c) *Elementatorum generationem, conseruationem & destructionem. 4. Conuenientiam omnium rerum in vno eodemque mundi* (d) *spiritu. 5. Effectus atque accidentia ad eandem certarum rerum dispositionem sæpissime & necessario sequentia obseruato.*

(*a*) Ordinem superiorum & inferiorum à nobis obseruari Deus voluit, quia ipse in opere crea-

tatorũ generationem, conseruationem & destructionem ideo studiose obseruato, & vt naturã Elementatorũ bene explores, & Elementorũ dum ad generationẽ, conseruationẽ & destructionem rerum naturaliũ concurrunt, transmutationẽ, exaltationẽ & clarificationem intelligas. Beatus mihi ille est, qui hanc mente assequitur: Ei n. via ad naturæ miracula patefacta est. (*d*) Spiritus mundi est subtilissima & virtuosissima (ita mihi loqui liceat) essentia, quæ omnib. hoc vniuerso cõtentis ita inest, & vt per illam operentur quicquid operantur, & vt in ea tanquã in communi natura entia mũdi etiam inter se diuersissima & à se mutuo remotissima conspirent. Hic spiritus quamuis pro diuersitate entium diuersus videatur, tamen vbiq; reuera vnus est, qui ratione multiplicis virtutis & potestatis varia & inter se contraria præstare potis est. Hic spiritus non diuulsus est à se, sed continuus vbiq; , ita vt rerũ diuersitatem, quę per radiorũ istius spiritus effluuium ex centro hunc in mundũ introducta est, ad vnitatẽ perpetuam, cuius radix in centro est, reducere quotidie allaboret. Hic spiritus purus & incorruptibilis est, ita vt etiam in & ex impuris & corruptioni obnoxiis corporibus nihil impuritatis, nihil corruptionis sibi contrahat, sed potius in id vnice incumbat, vt impuritatem propulset, & mediante illa corruptione perfectionẽ, exaltationem, clarificationẽ summamq; eminentiam entib. corruptibilib. impertiat. Mirabilis hic spiritus est, quẽ si bene nosses, Deo indesinenter laudes & gratias caneres, quod huius Spiritus notitiã tibi dederit & quasi ingenerauerit. Hic est Spiritus

—qui cœlum & terras camposque liquentes
Lucentemque globum Lunæ, Titaneaq; astra
Intus alit.

Hic spiritus est anima vniuersi, ob quam omnia in omnibus inueniri, in infimis suprema, in supremis infima; in cœlo terrena, sed cœlesti modo, in terra cœlestia, sed terreno modo Proclus dixerat. Hæc est Natura nihil faciens frustra: De qua in ipso Physico Systemate plura dicemus.

CAPVT VI.

De collatione Macrocosmi cum Microcosmo.

1 *TErtiam viam, qua rerum naturalium cognitionem adipiscimur, insequitur quarta: Quæ est collatio Macrocosmi cum Microcosmo.*

Ex collatione enim huiusmodi dignitas & præstantia hominis, omniumque rerum, quæ hoc in maiore mundo existunt, ad hominem ordo liquet. Imo collatio Macrocosmi cũ Microcosmo perfectam hominis naturam nobis pandit: Cum, quicquid maiore mundo circũcirca diffusum cõtinetur, totum hoc microcosmo ceu compendio cõtrahatur. Ideo enim homo factus est, teste Gregorio Nazianzeno initio libri de hominis opificio, vt Deus in ipso exprimeret sub breui quodã compendio, quicquid diffuse ante fecerat. Deus ergo gloriosus non creauit aliquam creaturam sapientiorem ac nobiliorem homine, quia omnium animalium mos & primum esse in ipso reperitur, ac cum sit omnium creaturarũ fasciculus, se ipsum

ſe ipſum ipſe in omnis carnis faciẽ, in omnis creaturæ ingenium inſtar Prothei alicuius effingit, fabricat & transformat. Nam, vt reconditioris literaturæ ſcientiſſimus Picus Mirandulan. aſſerit, naſcenti homini omnis generis ſemina & omnigenę vitæ germina indidit Pater cœleſtis: Quæ quiſq; excoluerit, illa adoleſcent, & fructus ſuos ferent in illo: ſi vegetabilia, planta fiet: ſi ſenſualia, obruteſcet: ſi rationalia, cœleſte euadet animal: ſi intellectualia, angelus erit & Dei filius: Et ſi nulla creaturarum ſorte contentus in vnitatis ſuæ cẽtrum ſe receperit, vnus cum Deo Spiritus factus in ſolitaria Patris caligine, qui eſt ſuper omnia conſtitutus, omnibus anteſtabit.

2. Duplici vero ratione hic procedimus. 1. Ex macrocoſmo microcoſmum cognoſcimus. 2. Virtutes rerum macrocoſmicarum ad hominem reſpicientes vel ex homine, vel ex operationibus earum, quas in ſe inuicem exercent, deprehendimus.

3. Vt ex macrocoſmo hominis natura & operationes, quæ intra corpus eius contingunt, exquiſite cognoſcantur, macrocoſmus prius bene cognoſcendus eſt.

Id enim per quod aliquid cognoſci debet, prius notum eſſe debet, quam id quod cognoſcendum eſt. Microcoſmus è macrocoſmo cognoſcitur, vel quia vna eademque vtriuſque eſſentia eſt, cum hoc ſaltem diſcrimine, quod ea, quæ in homine ſunt, ſint veluti implicata: quæ vero in ma-

crocosmo, explicita. Implicitum autem ex explicito cognosci æquum est. Vnam esse eandemque essentiam macrocosmi & microcosmi vel hinc liquet, quod vterque mundus ex vna prima materia, quæ est aqua igne & spiritu viuifico actuata, constet. Deus vnam massam sibi æquali forma intrinsecus & extrinsecus constantem & conformẽ creauit: sed cum ea propter organorum carẽtiam vires suas exercere non potuerit, Deus separauit subtile à spisso, subtiliq; imperium in spissum tanquam superiori in inferius concessit, vt inde mutationes variæ oriventur. Verum ne confuse omnia mutationem subirent, Deus per multiplicem mistionem suos gradus habentem impressione specificatarum tincturarum per verbum suũ certas condidit species, partim vt sui similes per secula producerent species, partim vt mutationes rerum promouerent, vsque dum omnia, quæ per separationem primam à se inuicem seiuncta fuere, iterum in puriorem, præstantiorem & perfectiorem substantiam coaluerint, & homo æternitati diuinitus consecratus cum ea in vnitate essentiæ in omnia indesinentia secula consistens Deo soli viuat, eiusque immensam maiestatem summa cum lætitia & perpetuo cantu intueatur. Ad rem: Cum nostrã ipsorum intimam & occultam naturam propter tenebras mentis nostræ non possimus videre & intelligere, Deus posuit nos è tenebris vteri eductos in paradisum terrestrem, nempe in mundum, vt ea, quæ in mundo sunt, beneficio luminis solaris videamus, oculis perlustremus, atq; inde nosmet ipsos cognoscamus.

mus. Cæterum notandum eſt, quod, dum per macrocoſmum, microcoſmum expiſcamur, fieri etiam facile poſſit, vt ex microcoſmo macrocoſmum quodammodo intelligamus: Nam dum vnam partem microcoſmi perſcrutati fuimus, contingere poteſt, vt ex eius partis cognitione alia in microcoſmo ad intellectum noſtrum deueniant: Quæ ſi cum macrocoſmo contulerimus, aliquid in eo manifeſtare poſſunt: Vt ergo vel hac ratione collatio macrocoſmi cum microcoſmo ſit veluti generalis via ad rerum naturalium apprehenſionem. Imo plurimæ humani corporis partes, quia vel per ſe vel mediante artificio anatomes incurrunt in ſenſum, ſuamque figuram ſenſibus ingerunt, nos in cognitionem virtutum & operationum corporum macrocoſmicorum deducunt: vt paulo poſt hoc in capite abunde videre eſt. Summatim dictorũ ſenſum paucis verbis repeto: In corpore hominis ſunt quædam implicita & ſenſibus haud obuia: hæc ex iis quæ in macrocoſmo apparent explicita, & ſenſibus noſtris patent, per collationem facile cognoſcuntur. Sunt & in corpore humano multa ſufficienter expreſſa & in ſenſum incurrentia: ex hiſce ea quæ in rebus macrocoſmicis intus latent abſcondita, per figurarum & qualitatum externarum ſimilitudinem & analogiam facile nobis pateſcere poſſunt. Id quod ex ſignaturarum doctrina aperte liquebit.

Axioma.

Ad macrocoſmi cognitionem non tantum fa-

cit ſen-

cit ſenſuum obſeruatio, obſeruatorum aßidua meditatio, & harmonia rerum natura exiſtentium, ſed etiam (a) *microcoſmus Philoſophica arte præparatus, in quo elementa cum multis quæ Elementis continentur, viua imagine Doctrinæ filiis, iiſq; qui à Philoſophis admittuntur, repræſentantur.*

(*a*) Dicitur Sendiuogio ſpeculum in regno Sulphuris exiſtens. Lubet huc ipſa Sendiuogii verba ex ipſius tractatu de Sulphure transſcribere: Sic autem p. 65. ait: In regno eius (Sulphuris) eſt ſpeculum, in quo totus mundus videtur. Quicunque in hoc ſpeculum inſpicit, tres partes ſapientiæ totius mundi in illo videre & addiſcere poteſt: atque ita ſapientiſſimus in hiſce tribus regnis euadet: quales Ariſtoteles & Auicenna fuerunt, & alii multi, qui ſicut & cæteri anteceſſores, in hoc ſpeculo viderunt, quomodo & mundus creatus eſt: Ex illo didicerunt cœleſtium virtutum influentias in inferiora, & quomodo Natura per pondus ignis res componat: tum etiam motum Solis & Lunæ, præſertim vero motum illum vniuerſalem, quo mater eius gubernatur. Ex illo gradus caliditatis, frigiditatis, humiditatis & ſiccitatis, virtuteſque herbarum ac omnium rerum cognouerunt; vnde optimi Medici facti ſunt.

4. *Qui ergo exquiſite ex macrocoſmo microcoſmum cognoſcere ex animo cupit, conſiderato, 1. Macrocoſmi chaos. 2. Eius ordinem, quo alia ſunt ſuperiora, alia inferiora. 3. Quatuor elementa, vt cœlum ſeu ignem, aera, aquam & terram.*

4. Ele-

4. Elementata ſecūdaria tam ſuperiora, vt ſtellas & meteora, quam inferiora, vt mineralia, plantas & animalia. 5. Generationes, conſeruationes & deſtructiones Elementatorum.

Hæc omnia ſi quis bene obſeruauerit & intellexerit, poſtea collatione adhibita facilius ad hominis cognitionem perueniet.

5. *Vt collationem inſtituam. I. Microcoſmi chaos eſt ſemen hominis in vaſis ſpermaticis natum.*

Quod eſt nihil aliud quam aqua ſpiritus viuifici virtute adeo imprægnata, vt hinc magneticā vim obtineat attrahendi in vtero fœminæ nutrimentum, quo in fœtum excreſcat & conformetur. *II. In homine inferior pars eſt venter inferior cum pedibus: Superior vero caput cum thorace: vel ſi mauis, illud inferius eſſe in homine arbitrator; ex quo aliquid ad altiorem locum eleuari poteſt: quemadmodū ſuperius eſt, vnde aliquid deorſum demittitur.* Caput ergo iure omnium membrorum ſupremum eſt: Ex eo enim catarrhi in inferiores partes defluunt, & ſpiritus animales per neruos in omnem corporis circumferentiam & profunditatem deferuntur. Thorax medius eſt, ac proinde ſuperior & inferior: medius ratione ventris inferioris & capitis, quia inter hæc ſituatus eſt. Superior ratione ventris inferioris tantum: inferior ratione capitis. Vnde quando ex eo aliquid in ventrem inferiorem demittitur, vel ab eo aliquid ex ventre inferiori recipitur, rationem habet ſuperioris: ſecus ſi ex capite thorax aliquid vel accipit, vel ſurſum mediante calore eleuat:

re eleuat: tum n. habet rationem inferioris partis. Non aliter ac aer est superior & inferior: superior ratione terræ & aquæ: inferior respectu cœli: medius, quia inter cœlum & terram interiacet. *III. Elementa hominis sunt, 1. Calor natiuus, qui cœlo, 2. Spiritus qui aeri, 3. humor qui aquæ, 4. vasa continentia, quæ terræ respondent.* Quemadmodum cœlum per astra sua agit in aera, aquam & terram, vt ea exaltet & perficiat: ita calor natiuus per astra sua, quæ sunt in singulis membris propria, agit in spiritum, humorem, & continentia membra, vt ea perficiat, operationibusque eximiis idonea reddat. *IV. Stellæ & astra microcosmi sunt Archæi singulis partibus infixi.* Archæus est ipse calor natiuus, tinctus specifica membri, cui insidet, virtute. Stellæ erraticæ seu Planetæ in homine sunt Archæi principalibus visceribus incorporati, euidentemque suum motum in vniuersum corpus ostendētes: vt est Archæus cordis, qui Soli, cerebri, qui Lunæ, pulmonis, qui Mercurio, hepatis, qui Ioui, renum, qui Veneri, Splenis, qui Saturno; fellis, qui Marti respondent. Qui Planetarum motum, vires & alias qualitates probe norit, exquisitius de operationibus & virtutibus dictorum principalium viscerum iudicabit. Stellæ fixæ sunt Archæi cæteris membris minus principalibus inhærentes. Inquirat ergo veritatis naturalis studiosus in stellas tam erraticas quam fixas; caloris natiui in singulis partibus determinate existentis naturam & operationem plenius intelliget. *Meteora* in homine sunt omnes flatus, ac proinde 1. omnes ignes ac calores, qui præter natiuum calorem subsistunt

ſiſtunt in corpore humano, & ſunt vapores ſulphurei, fuliginoſi & ſicci. 2. Omnes vapores humidi ſiue coagulati ſint, ſiue in forma vaporum exiſtant: ſiue ſal aliquod habeant in ſeſe, ſiue plane inſipidi ſint. *Mineralia* hominis ſunt calculi, ſalia vbiq; partibus adhærentia, & pinguedines. *Plantarum* naturam homini ineſſe ex vi vegetatrice luculenter apparet. Singulæ partes animantur & nutriuntur, creſcunt & viuunt non aliter ac plantæ. Cogita ergo illud quod plantas nutrit & animat: facile tibi etiam patebit in homine illud, quod ſingulis partibus nutrimentum & vitã ſubminiſtrat. *Animalium* brutorum naturam homini ineſſe nemo ſanæ mentis negabit. Senſus habet tam homo quam bruta. In animoſis, audacib. fortibus & magnanimis natura leonum & aquilarum; in amicis fidis, natura Delphinorum; in amicis fraudulenter miſericordiam mentientibus natura Crocodilorum; in amicis corticateis ad fortunæ motum ſe mouentibus natura auium æſtiualium, quæ æſtate fortunante nobis adſunt, inclementia vero frigoris pulſæ recedunt, ſe prodit, & in lucem ſiſtit. Similiter ex cornice, quæ frequenter ſola ſecum ſicca ſpatiatur arena, ambulantes Peripatetici; ex felibus & canibus cauda adblandientibus adulatores; ex coruis auari & auſteri; ex monocerote caſti & cœlibes; ex leæna crudeles & impii, ex alauda & pullis coruorũ deuoti; ex ſimia, pſittaco, Elephante, diſcipuli dociles, ex ariete & aſinis diſcipuli indociles, ex apris diſſoluti & vagabundi, ex pecude fatui, ex tigridibus feroces & ſæui, ex lepore & cuniculo fœ-

cundæ

cundæ mulieres & fertiles, ex coruis & sturnis fures, ex turture & palumbis gementes, ex porcis immundi & spurci; ex muscis (quæ licet sępius abactæ continuo nihilominus redeunt) impudentes & importuni; ex canibus inuida maledicentia mordaces, ex regulo inobedientes & rebelles, ex cuculo ingrati, ex tauro indomiti & fastuosi, ex gallis Indicis præ nimia ira efferuescentibus iracundi, ex vrsis latrones, ex vitibus deputatis lacrumantes, ex noctuis & vespertilionibus, quæ sunt aues nocturnæ, lucifugi, ex tauris magnates consortis impatientes ac de dominatu concertantes, ex palumbis coniuges sincere se mutuo amantes, ex agris mansueti, ex lepotibus meticulosi, ex vpupa (quæ nigris maculis coloratur, & ob id melancholicæ complexionis desertas quærit nemorum & inuias plagas, spurcissima auis, in sepulchris commorans, & oleto nidum circumliniens) melancholici & sordidi, ex catis mundi, ex piscibus muti, (ideo Pythagoræi, teste Athenæo, à piscibus abstinebant ἐχεμυθίας ἕνεκα) ex carduele & philomela (quæ vocis modulatione mirifice delectant, & quibus inter aues nullæ suauiori cātu dulcius aures demulcent) musici, ex anseribus & anatibus gregatim vociferātibus mulieres obstreperæ & loquaces, ex muribus nocui, ex cicadis otiosi, ex vitulo obstinati & lasciui, ex simiis ad omnia imitanda habilibus, parasiti & scurræ, ex hippopotamo, qui patricida ingratitudinem meritorum & iniustitiam nunciat, parricidæ, ex hircis petulantes & salaces, ex hirundine & cygno philostorgi, ex ciconia pii erga parentes, ex serpētibus

tibus prudentes & circumſpecti, ex lucio & accipitre prædones, ex mulis recalcitrantes, ex meo aue riſum & cachinnum humanum vltra modum imitante ridentes, ex formicis & apibus, quæ norunt ſibi prouidere pro hyemis neceſſitate, & tutas parare latebras, ſapientes & prouidi, ex ſpicis granis onuſtis, ſemper ſe demittentibus & inclinantibus ſcientia pleni & humiles, ex ſpicis vacuis ſponte ſe erigentibus ſcientia inopes & tamen videri volentes, ex columbis ſimplices, ex paſtinaca marina, quæ ex occulto in tranſeuntes radiũ figit, ſolertes, ex herinaceo & gliribus, qui totam hyemẽ ſic obdormiunt, ſic ſomno expirant vt vix igne reuocari queant, ſomnolenti, ex aſinis ſtolidi, pigri, patientes, ex canib. ſupplicabundi, ex capris, equis, pauonibus ſuperbi, ex noctuis, quæ aues ſunt Saturnales & ſolitariæ, triſtes & melancholici, ex gallis gallinaceis qui victi ſilent, canũt vero ſi vicerint, & ſuperbo ingreſſu ſpectatiſſimũ illud naturæ inſigne, criſtam videlicet erigunt, triumphantes de hoſtibus, ex chamæleonte, qui pre nimio metu colore mutato multiformis efficitur, verſuti, ex vulpibus, polypo & ſepia (quæ ſuo aſtu non vacant: vbi enim piſcantem ſenſere ſeu præſentiam voraciorum piſcium, effuſo atramento, quod pro ſanguine ipſis eſt, aqua abſconduntur) verſipelles, doloſi & fraudulẽti, hypocritæ, ex capreolo veloces & agiles, ex lupis pilos & oſſa deuorãtibus voraces, inſatiabiles & rapaces cognoſcuntur, atq; cùm iis in natura conuenire iudicãtur. Ex his reliqua quilibet conſequenter iudicare poterit. *V. Cæterum generationes, conſeruationes & cor-*

—qui cœlum & terras camposque liquentes
Lucentemque globum Lunæ, Titaneaq; astra
Intus alit.

Hic spiritus est anima vniuersi, ob quam omnia in omnibus inueniri, in infimis suprema, in supremis infima; in cœlo terrena, sed cœlesti modo, in terra cœlestia, sed terreno modo Proclus dixerat. Hæc est Natura nihil faciens frustra: De qua in ipso Physico Systemate plura dicemus.

CAPVT VI.

De collatione Macrocosmi cum Microcosmo.

1 *TErtiam viam, qua rerum naturalium cognitionem adipiscimur, insequitur quarta: Quæ est collatio Macrocosmi cum Microcosmo.*

Ex collatione enim huiusmodi dignitas & præstantia hominis, omniumque rerum, quæ hoc in maiore mundo existunt, ad hominem ordo liquet. Imo collatio Macrocosmi cũ Microcosmo perfectam hominis naturam nobis pandit: Cum, quicquid maiore mundo circũcirca diffusum cõtinetur, totum hoc microcosmo ceu compendio cõtrahatur. Ideo enim homo factus est, teste Gregorio Nazianzeno initio libri de hominis opificio, vt Deus in ipso exprimeret sub breui quodã compendio, quicquid diffuse ante fecerat. Deus ergo gloriosus non creauit aliquam creaturam sapientiorem ac nobiliorem homine, quia omnium animalium mos & primum esse in ipso reperitur, ac cum sit omnium creaturarũ fasciculus, se ipsum

se ipsum ipse in omnis carnis faciē, in omnis creaturæ ingenium instar Prothei alicuius effingit, fabricat & transformat. Nam, vt reconditioris literaturæ scientissimus Picus Mirandulan. asserit, nascenti homini omnis generis semina & omnigenę vitæ germina indidit Pater cœlestis: Quæ quisq; excoluerit, illa adolescent, & fructus suos ferent in illo: si vegetabilia, planta fiet: si sensualia, obbrutescet: si rationalia, cœleste euadet animal: si intellectualia, angelus erit & Dei filius: Et si nulla creaturarum sorte contentus in vnitatis suæ cētrum se receperit, vnus cum Deo Spiritus factus in solitaria Patris caligine, qui est super omnia constitutus, omnibus antestabit.

2. Duplici vero ratione hic procedimus. 1. Ex macrocosmo microcosmum cognoscimus. 2. Virtutes rerum macrocosmicarum ad hominem respicientes vel ex homine, vel ex operationibus earum, quas in se inuicem exercent, deprehendimus.

3. Vt ex macrocosmo hominis natura & operationes, quæ intra corpus eius contingunt, exquisite cognoscantur, macrocosmus prius bene cognoscendus est.

Id enim per quod aliquid cognosci debet, prius notum esse debet, quam id quod cognoscendum est. Microcosmus è macrocosmo cognoscitur, vel quia vna eademque vtriusque essentia est, cum hoc saltem discrimine, quod ea, quæ in homine sunt, sint veluti implicata: quæ vero in ma-

crocoſmo, explicita. Implicitum autem ex explicito cognoſci æquum eſt. Vnam eſſe eandemque eſſentiam macrocoſmi & microcoſmi vel hinc liquet, quod vterque mundus ex vna prima materia, quæ eſt aqua igne & ſpiritu viuifico actuata, conſtet. Deus vnam maſſam ſibi æquali forma intrinſecus & extrinſecus conſtantem & conformẽ creauit: ſed cum ea propter organorum carẽtiam vires ſuas exercere non potuerit, Deus ſeparauit ſubtile à ſpiſſo, ſubtiliq; imperium in ſpiſſum tanquam ſuperiori in inferius conceſſit, vt inde mutationes variæ orirentur. Verum ne confuſe omnia mutationem ſubirent, Deus per multiplicem miſtionem ſuos gradus habentem impreſſione ſpecificatarum tincturarum per verbum ſuũ certas condidit ſpecies, partim vt ſui ſimiles per ſecula producerent ſpecies, partim vt mutationes rerum promouerent, vſque dum omnia, quæ per ſeparationem primam à ſe inuicem ſeiuncta fuere, iterum in puriorem, præſtantiorem & perfectiorem ſubſtantiam coaluerint, & homo æternitati diuinitus conſecratus cum ea in vnitate eſſentiæ in omnia indeſinentia ſecula conſiſtens Deo ſoli viuat, eiuſque immenſam maieſtatem ſumma cum lætitia & perpetuo cantu intueatur. Ad rem: Cum noſtrã ipſorum intimam & occultam naturam propter tenebras mentis noſtræ non poſſimus videre & intelligere, Deus poſuit nos è tenebris vteri eductos in paradiſum terreſtrem, nempe in mundum, vt ea, quæ in mundo ſunt, beneficio luminis ſolaris videamus, oculis perluſtremus, atq; inde noſmet ipſos cognoſcamus,

mus. Cæterum notandum eſt, quod, dum per macrocoſmum, microcoſmum expiſcamur, fieri etiam facile poſſit, vt ex microcoſmo macrocoſmum quodammodo intelligamus: Nam dum vnam partem microcoſmi perſcrutati fuimus, contingere poteſt, vt ex eius partis cognitione alia in microcoſmo ad intellectum noſtrum deueniant: Quæ ſi cum macrocoſmo contulerimus, aliquid in eo manifeſtare poſſunt: Vt ergo vel hac ratione collatio macrocoſmi cum microcoſmo ſit veluti generalis via ad rerum naturalium apprehenſionem. Imo plurimæ humani corporis partes, quia vel per ſe vel mediante artificio anatomes incurrunt in ſenſum, ſuamque figuram ſenſibus ingerunt, nos in cognitionem virtutum & operationum corporum macrocoſmicorum deducunt: vt paulo poſt hoc in capite abunde videre eſt. Summatim dictorũ ſenſum paucis verbis repeto: In corpore hominis ſunt quædam implicita & ſenſibus haud obuia: hæc ex iis quæ in macrocoſmo apparent explicita, & ſenſibus noſtris patent, per collationem facile cognoſcuntur. Sunt & in corpore humano multa ſufficienter expreſſa & in ſenſum incurrentia: ex hiſce ea quæ in rebus macrocoſmicis intus latent abſcondita, per figurarum & qualitatum externarum ſimilitudinem & analogiam facile nobis pateſcere poſſunt. Id quod ex ſignaturarum doctrina aperte liquebit.

Axioma.

Ad macrocoſmi cognitionem non tantum facit ſen-

cit sensuum obseruatio, obseruatorum aßidua meditatio, & harmonia rerum natura existentium, sed etiam (a) *microcosmus Philosophica arte præparatus, in quo elementa cum multis quæ Elementis continentur, viua imagine Doctrinæ filiis, iisq; qui à Philosophis admittuntur, repræsentantur.*

(*a*) Dicitur Sendiuogio speculum in regno Sulphuris existens. Lubet huc ipsa Sendiuogii verba ex ipsius tractatu de Sulphure transscribere: Sic autem p. 65. ait: In regno eius (Sulphuris) est speculum, in quo totus mundus videtur. Quicunque in hoc speculum inspicit, tres partes sapientiæ totius mundi in illo videre & addiscere potest: atque ita sapientissimus in hisce tribus regnis euadet: quales Aristoteles & Auicenna fuerunt, & alii multi, qui sicut & cæteri antecessores, in hoc speculo viderunt, quomodo & mundus creatus est: Ex illo didicerunt cœlestium virtutum influentias in inferiora, & quomodo Natura per pondus ignis res componat: tum etiam motum Solis & Lunæ, præsertim vero motum illum vniuersalem, quo mater eius gubernatur. Ex illo gradus caliditatis, frigiditatis, humiditatis & siccitatis, virtutesque herbarum ac omnium rerum cognouerunt; vnde optimi Medici facti sunt.

4. *Qui ergo exquisite ex macrocosmo microcosmum cognoscere ex animo cupit, considerato, 1. Macrocosmi chaos. 2. Eius ordinem, quo alia sunt superiora, alia inferiora. 3. Quatuor elementa, vt cælum seu ignem, aera, aquam & terram.*

4. Ele-

4. Elementata secūdaria tam superiora, vt stellas & meteora, quam inferiora, vt mineralia, plantas & animalia. 5. Generationes, conseruationes & destructiones Elementatorum.

Hæc omnia si quis bene obseruauerit & intellexerit, postea collatione adhibita facilius ad hominis cognitionem perueniet.

5. Vt collationem instituam. I. Microcosmi chaos est semen hominis in vasis spermaticis natum.

Quod est nihil aliud quam aqua spiritus viuifici virtute adeo imprægnata, vt hinc magneticā vim obtineat attrahendi in vtero fœminæ nutrimentum, quo in fœtum excrescat & conformetur. *II. In homine inferior pars est venter inferior cum pedibus: Superior vero caput cum thorace: vel si mauis, illud inferius esse in homine arbitrator; ex quo aliquid ad altiorem locum eleuari potest: quemadmodū superius est, vnde aliquid deorsum demittitur.* Caput ergo iure omnium membrorum supremum est: Ex eo enim catarrhi in inferiores partes defluunt, & spiritus animales per neruos in omnem corporis circumferentiam & profunditatem deferuntur. Thorax medius est, ac proinde superior & inferior: medius ratione ventris inferioris & capitis, quia inter hæc situatus est. Superior ratione ventris inferioris tantum: inferior ratione capitis. Vnde quando ex eo aliquid in ventrem inferiorem demittitur, vel ab eo aliquid ex ventre inferiori recipitur, rationem habet superioris: secus si ex capite thorax aliquid vel accipit, vel sursum mediante calore eleuat:

re eleuat: tum n. habet rationem inferioris partis. Non aliter ac aer est superior & inferior: superior ratione terræ & aquæ: inferior respectu cœli: medius, quia inter cœlum & terram interiacet. III. *Elementa hominis sunt, 1. Calor natiuus, qui cœlo, 2. Spiritus qui aeri, 3. humor qui aquæ, 4. vasa continentia, quæ terræ respondent.* Quemadmodum cœlum per astra sua agit in aera, aquam & terram, vt ea exaltet & perficiat: ita calor natiuus per astra suá, quæ sunt in singulis membris propria, agit in spiritum, humorem, & continentia membra, vt ea perficiat, operationibusque eximiis idonea reddat. *IV. Stellæ & astra microcosmi sunt Archæi singulis partibus infixi.* Archæus est ipse calor natiuus, tinctus specifica membri, cui insidet, virtute. Stellæ erraticæ seu Planetæ in homine sunt Archæi principalibus visceribus incorporati, euidentemque suum motum in vniuersum corpus ostendētes: vt est Archæus cordis, qui Soli, cerebri, qui Lunæ, pulmonis, qui Mercurio, hepatis, qui Ioui, renum, qui Veneri, Splenis, qui Saturno; fellis, qui Marti respondent. Qui Planetarum motum, vires & alias qualitates probe norit, exquisitius de operationibus & virtutibus dictorum principalium viscerum iudicabit. Stellæ fixæ sunt Archæi cæteris membris minus principalibus inhærentes. Inquirat ergo veritatis naturalis studiosus in stellas tam erraticas quam fixas; caloris natiui in singulis partibus determinate existentis naturam & operationem plenius intelliget. *Meteora* in homine sunt omnes flatus, ac proinde 1. omnes ignes ac calores, qui præter natiuum calorem subsistunt

ſiſtunt in corpore humano, & ſunt vapores ſulphurei, fuliginoſi & ſicci. 2. Omnes vapores humidi ſiue coagulati ſint, ſiue in forma vaporum exiſtant: ſiue ſal aliquod habeant in ſeſe, ſiue plane inſipidi ſint. *Mineralia* hominis ſunt calculi, ſalia vbiq; partibus adhærentia, & pinguedines. *Plantarum* naturam homini ineſſe ex vi vegetatrice luculenter apparet. Singulæ partes animantur & nutriuntur, creſcunt & viuunt non aliter ac plantæ. Cogita ergo illud quod plantas nutrit & animat: facile tibi etiam patebit in homine illud, quod ſingulis partibus nutrimentum & vitã ſubminiſtrat. *Animalium* brutorum naturam homini ineſſe nemo ſanæ mentis negabit. Senſus habet tam homo quam bruta. In animoſis, audacib. fortibus & magnanimis natura leonum & aquilarum; in amicis fidis, natura Delphinorum; in amicis fraudulenter miſericordiam mentientibus natura Crocodilorum; in amicis corticareis ad fortunæ motum ſe mouentibus natura auium æſtiualium, quæ æſtate fortunante nobis adſunt, inclementia vero frigoris pulſæ recedunt, ſe prodit, & in lucem ſiſtit. Similiter ex cornice, quæ frequenter ſola ſecum ſicca ſpatiatur arena, ambulantes Peripatetici; ex felibus & canibus cauda adblandientibus adulatores; ex coruis auari & auſteri; ex monocerote caſti & cœlibes; ex leæna crudeles & impii, ex alauda & pullis coruorũ deuoti; ex ſimia, pſittaco, Elephante, diſcipuli dociles, ex ariete & aſinis diſcipuli indociles, ex apris diſſoluti & vagabundi, ex pecude fatui, ex tigridibus feroces & ſæui, ex lepore & cuniculo fœcundæ

tibus prudentes & circumſpecti, ex lucio & accipitre prædones, ex mulis recalcitrantes, ex meo aue riſum & cachinnum humanum vltra modum imitante ridentes, ex formicis & apibus, quæ norunt ſibi prouidere pro hyemis neceſſitate, & tutas parare latebras, ſapientes & prouidi, ex ſpicis granis onuſtis, ſemper ſe demittentibus & inclinantibus ſcientia pleni & humiles, ex ſpicis vacuis ſponte ſe erigentibus ſcientia inopes & tamen videri volentes, ex columbis ſimplices, ex paſtinaca marina, quæ exocculto in tranſeuntes radiũ figit, ſolertes, ex herinaceo & gliribus, qui totam hyemẽ ſic obdormiunt, ſic ſomno expirant vt vix igne reuocari queant, ſomnolenti, ex aſinis ſtolidi, pigri, patientes, ex canib. ſupplicabundi, ex capris, equis, pauonibus ſuperbi, ex noctuis, quæ aues ſunt Saturnales & ſolitariæ, triſtes & melancholici, ex gallis gallinaceis qui victi ſilent, canũt vero ſi vicerint, & ſuperbo ingreſſu ſpectatiſſimũ illud naturæ inſigne, criſtam videlicet erigunt, triumphantes de hoſtibus, ex chamæleonte, qui pre nimio metu colore mutato multiformis efficitur, verſuti, ex vulpibus, polypo & ſepia (quæ ſuo aſtu non vacant: vbi enim piſcantem ſenſere ſeu præſentiam voraciorum piſcium, effuſo atramento, quod pro ſanguine ipſis eſt, aqua abſconduntur) verſipelles, doloſi & fraudulẽti, hypocritæ, ex capreolo veloces & agiles, ex lupis pilos & oſſa deuorãtibus voraces, inſatiabiles & rapaces cognoſcuntur, atq; cum iis in natura conuenire iudicãtur. Ex his reliqua quilibet conſequenter iudicare poterit. *V. Cæterum generationes, conſeruationes & cor-*

ruptiones rerum macrocosmicarum probe notandæ sunt, vt ex iis non tantum natiuitatem hominis, sed etiam vitæ continuitatem atque animæ humanæ à corpore separationẽ perfectè intelligamus. Quẽadmodum Solis calore & astrorum influxu, nec nõ propria ac interna terræ caliditate excitati vapores materiam diuersissimis ac stupẽdis meteoris ac corporibus imperfectè mixtis tum in aerea regione, tum in ipsis terræ penetralibus sufficiũt: præsertim ex vaporibus mercurialibus frigidis & humidis nubes, pluuiæ, grandines, niues, gelu & venti generantur: vt ex sulphureis & calidis siccis coruscationes, tonitrua, presteres, fulmina, & id genus alia ardentia meteora effingũtur: Sic in minore mundo, h. e. humano corpore similes & iidem vapores ac exhalationes materiam multis & diuersis meteoris efformandis suppeditant. Vnde tot ac tam varia morborum genera, eaque stupẽda, modo mercurialia frigida ac humida: modo sulphurea calida ac sicca, non forma quidem & accidente, sed substantia, h. e. virtute essentiali talia, tum in inferiore ventre, tum superiore (h. e. in capite & cerebro) partibus vtrique terræ penetralibus & aeris regioni respondentibus prorumpere palam est. Quemadmodum omne quod in Elementis macrocosmi consistit, ex iis & in iis innati balsami virtute conseruatur: ita & microcosmus seu homo ex Elementis suis internis natiui sui caloris efficacia vitam suam prolongat, & in multos continuat annos. Sicut etiam omne quod à corpore aliquo alienum & heterogeneum est, ei corruptionem infert, si se in corporis à quo alienũ

est, na-

est, naturam intrudit: Ita quoque hominis corpori minatur & affert interitum omne quod ab eius natura alienum est, eique assimilari nequit.

6. Hucusq; modum, quo, mediante collatione ex macrocosmo microcosmus cognoscendus est, exposui: iam progredior ad modum, quo virtutes rerum macrocosmicarũ vel ex operationibus, quas in se inuicem excercent, vel ex homine deprehenduntur.

7. Hoc autem cum beneficio signaturarũ contingat, in subiectis propositionibus & regulis modum ex signaturis virtutes corporum macrocosmicorum ad hominem respicientes explicabo.

Res enim naturales signis indicantibus diuinitus iis impressis atque annexis cum hominibus colloquuntur, vires facultatesque declarant, seq; quales sint, magnifice exponunt. Hac scientia ductus Adam, primus omnium nostrorum parens imposuit cunctis animantibus terræ & vniuersis volatilibus cœli nomina sua essentialia & propria. Gen. 2. 19. Ancillante hac Salomon disputare potuit super lignis à Cedro, quæ est in Libano vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete, & disserere de iumentis & volucribus & reptilibus & piscibus. Hoc Alphabetũ in naturæ libro physico-medicum qui discere respuit, veræ medicinæ imperitus & indoctus manebit.

II.

Quodcunq; corpus alii corpori in macrocosmo

vim diu existendi impertit, illud & microcosmi diutinæ conseruationi inseruit.

1. Quia omne quod in mundo est, propter hominem existit. 2. Quia homo totius mundi compendium est. Quicunque ergo animaduertit, aliquid per nobilem quandã natura diu conseruari, curato vt istam naturã longæ eius conseruationis proximam causam proliciat, sibi vniat, & se ea tãquam vero balsamo à putrefactione & morte defendat. Sulphur intuere: Eo vinũ quod cum sanguine nostro maximam analogiam habet, à defectu preseruatur: imo oleo eius ligna, funesq; quorum vsus in aquis est frequentissimus, à putrefactione præmuniuntur. Recte ergo Paracelsus lib. 3. c. 7. de vita longa concludit, in sulphure esse liquores balsami, qui neq; viuum, neq; mortuum quicquam putrescere sinunt, sed corpus ita cõseruant, vt nulla neq; influẽtia, neq; naturalis vel impressa corruptio in corpore deprehendi possit. Quare Quercetanus pharm. rest. c. 19. sub finem, à vero nihil alienum ait, vbi sulphur rite præparatũ verum pulmonum balsamum, verum bechicum, verum looch, sanum & expertum omnibus pulmonum affectibus aptum & salutare appellat. Sal commune à putredine corpora condita vindicat, ac sic diu ea cõseruat: Quare hominis cõseruationem merito promouere iudicatur. Vnde recte omnium condimentorum condimentum appellatur, omneq; quod stomacho insuaue & insuetum est, suaue & nutritioni aptum reddit, atq; humidum superfluum putredinis materiam absumit, & hac ratione vitam producit.

II. Quod

II.

Quodcunq; se per insitum balsamum ab omni elementari corruptione in macrocosmo tuetur, idẽ & microcosmum ab omnibus morbis præseruabit, & per eundem balsamum liberabit.

Aureus hic Canon est, qui ad fontem medicinæ nos perducit, neq; ab vllo homine merito & recte negabitur. Sed tamen notandũ est, è corporibus naturalib. vnum esse à corruptione elementari altero remotius: atq; quo aliquid à corruptine est remotius, eo vniuersalius & præstãtius medium, quo microcosmus à morbis & præseruetur & liberetur, inde elici. Duo corpora in præsentia iam ingenue aperimus: Vnum est in cœlo, & est Sol: alterum est in terra, & est aurum. In Sole est balsamus omnium præstantissimus, qui nũquam se corrumpi patitur. Quem si è Solo eruere sciueris, atq; humano balsamo applicare didiceris, tibi omnium nobilissimam medicinam, quam antiquiores Philosophi semper magnifecerũt, acquires. Prodibunt hic nonnulli, qui id, quod iã protuli, falsitatis sint accusaturi, cum Sol corporaliter hisce in terris haberi, ac proinde balsamus eius ex eo extrahi nõ possit: sed eiusmodi homunciones philosophantur, non prout debent, sed prout ex præiudicio possunt. Errant dum arbitrantur, non posse balsamũ Solis haberi: Quippe singulis diebus videmus balsami solaris magnam portionem ad nos demitti, atq; in lumine omnib. hisce inferioribus communicari. Calorem Solis intelligo: Hic enim est balsamus eius, atq; beneficio radio-

rum inferioribus corporibus impertitur. Quodsi magnete creato calorem solis comprehẽdere, atque ex eo tanquã è tenebris indefesso studio prolicere, & in lucem sistere poteris, thesaurum millies auro & argento pretiosiorem tibi comparabis, illamque medicinam comparabis, cuius robori omnes morbi cedere coguntur. Vnde rectè doctissimus Crollius hanc in sententiam in præfatione admonitoria suæ basylicæ Chymicæ præfixa ait pag. 101. Volentibus in iuuenibus spiritum istum vitalem (qui est humidum & calidum radicale, mumia innata, & principalem sedem in medio hominis corde habet, tanquam sustentaculũ omnis vitæ nostræ) conseruare, in senib. vero languentẽ restaurare, & eos veluti ad iuuentutem reducere, quoad vires, sicq; vitã hominis ad summã sanitatem adducere, opus erit quærere non Elementalẽ, sed calorem illum cœlestem Solis & Lunæ habitantem in incorruptibiliori substãtia sub Lunæ globo reperibili, hũc calori vel spiritui nostro similẽ reddere, quod fit, cum in medicinã & cibũ suauissimũ præparatus fuerit, ita vt per os assumptus statim per humanũ corpus penetret, omne crudũ digerat, omnem excessum cuiuscunq; qualitatis amputet, humidum naturale faciat abundare, & calorem vel ignem naturalem debilem confortari, inflammari & augmentari procuret.

Cæterum post hanc medicinam nobilissima ex auro eruitur: Hoc n. nudis Elementorum qualitatibus quantis quantis corrumpi & destrui nõ potest. Quodsi per conueniens menstruum & non per aquam fortem in vulgus notam soluitur, & in

quin-

quintam essentiam deducitur, grauissimos morbos superat & eradicat, ita vt quibusdam nomen vniuersalis medicinæ recte habere videatur. Hæc quæ iam posui, vix credet ille nouus sincerioris Philosophiæ reprehensor & impugnator; siquidē metalla è numero remediorū ea de causa reiicit, quod sint nostris corporibus maxime dissimilia: cum nostra corpora variis multiplicibusque mistionibus intercedentibus procreata sint, vt nihil in rerum vniuersitate magis compositum sit: metalla vero paucissimis intercedentib. nata mistionibus, fereque ex Elementis leui conflata sint cōfusionis temperie: Verum enimuero sciat autor ille, me non studio ipsius famæ & nomini obtrectare velle, neque ipsius diligentiam & libertatem Philosophicam, si quam habet, improbare; sed potius illum laudare, quod in permultis rebus recte in Paracelsistas inuehatur, eorumque imperitiam carpat. Ego etsi magni Paracelsum facio, eos tamen qui eius asseclæ in re medica haberi cupiunt, non semper dilaudo: Hodie enim longe ab antiqua & sinceriore Philosophia recesserunt; id quod dubio procul breui toti orbi constabit, atque per veros Philosophos demonstrabitur. Semper statui, remedia Chymica non debere administrari, si alia è Galenico thesauro promi possent; Quodsi vero ex Galenicæ medicinæ scrutinio remedia morbis extirpandis sufficiētia produci nequirent, tum necessario confugiendum esse ad vere & legitime secundum naturæ viam præparata medicamenta, præsertim ad ea, quæ menstruis humanæ naturæ maxime consentaneis ex cor-

poribus compositis educta, atq; inde naturæ hominis similia & affinia sint reddita. Cum ergo veræ sapientię & chymiæ addictis liquido cõstet, dicta ratione metalla præparari in præstantissimas medicinas, atq; ita digeri posse, vt summam affinitatem & cognationem cum corpore humano habeant, ingenue affirmo pluris esse æstimandas assertiones verorum Philosophorum, quam vnius alteriusue, qui nunquã vel minimi metalli Philosophicam præparationẽ manu propria tẽtauerit, nec viderit, ratiunculas. Nõ hic necesse est, vt dissimilitudo quædam ex dissimili mistione inferatur, atque quia variæ & multiplices mistiones ad hominis procreationem, ad metallõrum vero generationem paucissimæ intercedũt, affinitas hominis & metallorum pernegetur. Nã 1. dissimilis mistio cõuenientiam naturarũ non tollit: quippe ea quæ inter se conueniũt in plurimis, alio modo dissimilia esse possunt. Vegetabilium elementa aliter, & animaliũ principia aliter miscentur: Et tamen vegetabilia plurima magnam cum corporib. animalium conuenientiam & affinitatem habẽt, id quod ipse, quem iam refuto, nũquam negabit. 2. Aqua vulgaris, quæ sæpe simplicissima est, vel saltem leuissime sibi mixtã habet alterius rei virtutem, nutriendi vim habet, atque magnam similitudinem cum hominis corpore gerit. Præterea & illud insigniter falsum est, quod dicitur ex Elementis leui confusionis tẽperie fere conflata esse metalla; cum aurum & argentum metalla nobiliora temperiem in se habeant longe excellentissimam, ita vt Elementarib. qualitatibus firmiter resistant,

sistant, & se ab iis corrumpi vel omnino non patiantur, vel summa cum virtute alienæ isti alterationi & destructioni se opponant. Metalla etiam imperfecta haud constant ex elementorum leui concursu & confusione: cum ignis (sulphur) cum aqua (argento viuo) per intimam penetrationem in vnum corpus in iis coaluerit. Nec particula (*fere*) hic Antiparacelsistam excusabit: Nulla enim confusionis temperies in metallis vnquam est, ac proinde nullus modus eam determinat. Oppono hic omni sincerioris Philosophiæ osori & contemtori illud Apellis: *Ne sutor vltra crepidam.*

III.

Quicquid è corpore aliquo macrocosmi extrudit naturam alienam, idem quoque è microcosmo naturam protrudit alienam.

1. Aurum purum quando cum argento viuo amalgamatur, Philosophiceque digeritur, argentum viuum eo deducitur, vt deponat suas fuligines & impuritates. Sic aurum etiam ex humani corporis spiritibus propellit omnes impuritates & feces à natura eorum alienas: ac proinde vniuersalis ex eo petitur medicina. 2. Cum materia antimonij sit spoliatiua & mundificatiua, hinc fit vt corporis impuritatem non secus absumat, quam aurum & argentum ab ipso depurari videmus: inprimis autem præter opinionem tollit id ipsum lepram: imo Antimonium omnes, teste Paracelso, tollit morbos, & vires amissas restaurat & renouat. 3. Stoechas citrina tineas ex ci-

ſtulis &pilis pellit: ſimili modo intrinſecus ſi aſſumitur decocta in vino pellit vermes è corpore. Matthiolus. 4. Quemadmodum alce poſterioris pedis dextra vngula ſe Epilepſia exuit, dum eam auribus immittit, & ea ſe perfricat: ita etiam homines eandem vngulam auriculæ ſiniſtræ ingruente paroxiſmo immittunt, ſeque hoc pacto à paroxiſmo liberant. 5. Ceruus telo venenato percuſſus illud dictamni paſtu eiicit & excutit. Vnde recte Philoſophi eandem herbam ad extrahendas ſagittas & clauum pedis plantæ infixum eſſe vtilem iudicarunt. 6. Serpens oculos male affectos fœniculo, vulnera ſerpentina & conſolida curari debere docuit. 7. Chelidonia hirundines pullorum ſuorum oculos medentur: Hinc eadem herba viſui hominis ſalutaris recte ſtatuitur.

IV.

Quæcunque planta habet ſignaturam partium hominis, illa confortationi earundem inſeruit, ac proinde morbos, quibus eæ partes confligantur, fortiter pellit.

Caute Canon hic intelligendus eſt, nimirum 1. de omnibus & ſingulis plantis, quæ in ſe habent temperiem puram noſtræque naturæ conuenientem, & manifeſto veneno deſtituuntur. Napellus ergo cœruleus etſi cranium referat humanum, tamen cum craſis abſit pura, atque ipſe vitam capiti comeſtus demoliatur, ad capitis morbos tollendos nihil confert, quando crudus vel ſaltem vulgarem in modum præparatus homini propinatur. 2. De plantis debito conſtellationis tempore

pore collectis: Etiamsi enim herba signaturam gerat in se alicuius partis humanæ, tamen nihil ei parti confert, nisi iusto tempore vsibus humanis conuenienti colligatur. Quo tempore vero herbæ singulæ legi debeant, illud alibi à me, si aliquandiu superstes fuero, explicabitur.

1. Satyrionis radix formam testiculorum exquisite repræsentat: Vnde Philosophi intellexerunt in eo esse specificum arcanum ad conceptionem, prolisque generationem iuuandam, quod sterilissimis quantumlibet mulieribus fœcunditatis donum impertiat.

2. Quæ cordis figuram referunt: vnde malum citrinum, fructus anacardij, radices anthoræ, nardus, melissophyllon, cardiaca, myrobolanum, mala cydonia.

3. Quæ pulmones repræsentant, pulmonibus prosunt: vt pulmonaria tam saxis quam arboribus instar fungi aut musci, seu potius integumenti alicuius adhærens, cynoglossum.

4. Iuglandes habent integram signaturam capitis. Cortex exterior seu herbaceum inuolucrum pericranij: Qua de causa sal corticum ad vulnera pericranij singulare est. Cortex interior durior seu ligneum putamen, cranij; pellicula circumdans nucleum, meningis & membranarum cerebri. Nucleus ipsius cerebri figuram habet: ideo etiam ad cerebrum conducit, & venena hebetat: nam nucleus tritus si cum quinta essentia vini humectatus vertici capitis imponatur, confortat cerebrum potenter.

5. Folliculus floris pœoniæ conclusus adhuc habet signaturam & analogiam quandam capitis cum suturis, item venulis cerebrum circumdantibus: Flores mox excludendi aperiunt extremam pelliculam cranium repræsentantem, & hac via, sicut & semen postea exsiliendo fulminis instar Epilepsiam seu sideratum morbum expellunt.

6. Papauer cum corona repræsentat caput & cerebrum: ideo decoctum eius in multis capitis affectibus vtiliter exhibetur.

7. Agaricum capitis signaturam obtinet, & caput purgat.

8. Lanugo malorum cydoniorum refert aliquo modo capillos: ideo decoctum eius in restituendis capillis à lue venerea defluxis efficacissimum est.

9. Muscus oblongus arboribus adhærescens pilorũ instar signaturam pilorũ habet: eius decoctum similiter commendatur in casu capillorum.

10 Herba quædam iu palustribus crescit, pilos oblongos forma oblonga penitus referens, aquis innatat, & flosculo albo conspicitur: cuius decoctum etiam conducit (vt & priorum ab extra adhibitorum) in pilorum profluuio.

11. Adiantum, Trychomanes & polytrichon Apuleij sunt etiam capillares plantæ, quæ rigidiusculis cincinnis, exilibus fibrillis capillorum faciem exprimunt, & crines densos crispos & pulcriores reddunt.

12. Thapsia folio fœniculaceo seu capillaceo. Auicenna dicit illam parem non habere in operiendo capillis capite in alopecia. 13.

13. Folia Asari habent signaturam aurium: ideo ex floribus eius conserua paratur, quæ comesta auditum & memoriam plurimum confortat.

14. Notandum hic cochleas auriculis prolongis signatas coqui in aqua & sale, & despumari: post exsiccationem macerantur in oleo succini: & deinde destillatio instituitur: promanans inde oleum mirificum est ad recuperandum auditum.

15. Grana nigra herbæ Paris, seu aconiti salutiferi habent pupillæ signaturam: oleum inde Chymice prolectum vel expressum ad oculorum affectus efficacissimum est medicamentum, nonnullis anima oculorum vocatum.

16. Flos euphrasiæ habet anatomiam omnium vitiorum oculi: ideo oculis mire conducit.

17. Anthemis, caltha, Hieracium (qua herba accipiter oculis hebetudinem discutit) Argemone, Anemone, Scabiosa, flos astri Attici: hæc omnia propter signaturam oculis conferunt.

18. Potentillæ flos pupillam in oculo repræsentat: aqua eius destillata est singularis.

19 Mentastri aquatici folium nasi formam refert, (herba illa est, quæ folia angusta hirsuta habet, flore è puniceo albicante:) extractum eius specificum in amissione odoratus.

20. Sedum minus muris adhærens habet gingiuarum signaturam: ideo succus eius expressus in scorbuto seu stomacace plurimum commendatur.

21. In hyoscyamo receptaculum seu siliquæ semi-

ſeminis habent dentis maxillaris figuram: ideò oleũ eius ſeu liquor per ſe expreſſus vel decoctũ radicis cum herba perſicaria in aceto, elotione calida, dentium dolores efficaciſſime ſiſtit.

22. Acini mali punici dentes repræſentant: ad gingiuarum vitia & dentium firmitatem valet decoctum.

23. Dentaria Herba, quia eius radix velut ex meris dentibus compacta videtur, miroque naturæ artificio compactili ſquammarum ſerie conſpicitur, dentibus mire prodeſt.

24. Pyrola, vuularia, ceruicaria, quia guttur repræſentant, gutturi conducunt.

25. Fungus betulinus & quercinus habent peculiarem iecinoris ſanguinis officinæ ſignaturam: Quo nomine puluis vtriuſque ad miraculum vſque ſanguinem è naribus ac vulneribus erumpentem inſperſione ſiſtit.

26. Iecoraria parietibus fontium adhærens per ſignaturam oſtendit, ſe contra hepatis affectus & ſcirrhos peculiariter valere.

27. Herbaceum viride inuolucrum iuglandis ſi ſuccus eius exprimitur viridis, aſſimilatur ſucco fellis colore & ſapore; & conducit ad fellis expurgationem.

28. Fumus terræ planta iecoralis eſt: eius ſignatura eſt, quod radice ſua ſcirrhoſa iecinoris figuram quodammodo effingit.

29. Lupinus ſua effigie lienem demonſtrat: ideo decoctum eius lienoſis prodeſt. Lienis etiam figuram habent Scolopendrium verum, lingua ceruina & vulgaris phyllitis.

30. Sta-

30. Staphylodendros, colutea, ſolanum ſunt veſicæ ſimiles plantæ. Halicacabum veſiculas veferens humanis ſimiles, intus acinum incluſum gerit, cuius celeberrimus vſus eſt ad calculos lotiumque ciendum.

31. Fabæ habent integram pudendorum anatomiam: ideo à Pythagora damnatæ: Farina illarum ad inflationem pudendorum commode à proprietate ſimilitudinis adhiberi ſolet.

32. Ariſtolochia rotunda fœminei vteri forformam imitatur, & optime puerperis opitulatur.

33. Interior cortex betulæ viridis habet ſignaturam matricis cum venulis ſanguineis: ideo decoctum eius purgat matricem.

34. Sabina venas matricis mentitur: ideo diſſoluit tartarum in venis muliebribus.

35. Cyclaminus ſuo circinnato radicis bulbo muliebrẽ vterũ affabre demõſtrat effigiatũ. Theophraſtus eius bulbum ad amatoria valere dixit.

36. Leontopetalon, cuius radix fœimnæ pubem lanuginoſo molliq; flocco pubeſcentem ſuo intuitu & ſimilitudine affabre oſtendit. Tradit Dioſcorides appenſam ad amatoria valere.

37 Plantago habet integram neruorum & venarum ſignaturam: ſpecificum eſt remedium ad vitia venarum & neruorum.

38. Hypericonis folia perforata poros cutis repræſentant. Tollunt obſtructionem pororum, & ſudorem pellunt. 39. Pingues plantæ ad impinguandum faciunt; vt oleoſæ arbores omnes, & oleoſum fructũ proferentes: nux iuglans, auellana, amygdalus, nuclei pini. 40. Sarſa parilla quia macilenta eſt, corpus pingue emaciat.

41 Plantæ lactuosæ seu fructus lactis generationem promouent, vt ficus, lactucæ genera, hordeum, amygdala.

Obseruatio.

In plantis lactuosis discrimen est adhibendum: nam ex his aliæ sunt serosæ: itaque serosos humores expurgant, vt tithymali genera diuersa, quæ purgant aquam intercutem, vt scribit Mesues. Lathyris quia abundat lacte aqueo, aquas potenter cit. Eiusdem generis sunt Esulæ species.

42. Radices & herbæ, quæ decoctum rubrum seu sanguineum reddunt, eædem sanguinem haud parum mundificant: vt radix chinæ, filicis, acetosæ, agrimonia.

V.

Quæ morborum signaturam habent, illa ad eosdem morbos tollendos faciunt.

Morborum signatura est figura, quam caussæ vel symptomata morborum habent.

1. Lilij conuallij flos habet guttæ signaturam, quia flos quasi gutta pendet: ideo in apoplexia magnus est eius vsus.

2. Calculi signaturam habet Crystallus, silex, lapis citrinus, Iudaicus, Lyncis (Lyncis vrina coit in lapidē: ideo eius vrina ad vesicæ stillicidia peroptima est) calculus microcosmi, qui Paracelso ludus appellatur, saxifragiæ radices, milium solis, fructus alkekengi, nuclei cerasorum, persicorum.

3. Cancri signaturam habet lunaria: cum qua Carrichter affirmat se omnes mammillarum can-

cros curasse. Sic & semen Calthæ, quæ habet brachia cācro similia, medetur cancro, quemadmodum & ipse cancer, animal de genere crustaceorum. Ros solis seu rorella propter signaturam in cancri curatione valde commendatur.

4. Conuoluulus in segetibus proueniens intestina repræsentat: ideo decoctum eius est in Colica singulare.

5. Resiniferæ omnes, quæ caudicis scissuras sustinent, ad cicatrices & vulnera certissimo experimento sunt vtilissimæ.

6. Acori aquatici lutei radix in Maio effossa & collecta singulare amuletum est contra dysenteriam appensum ad ventriculi regionem: habet enim colorem & signaturam excrementorum. Ita baccæ sambuci conferunt.

7. Medulla rubra, quæ in lapicidinarum iuncturis reperitur & eruitur (vulgus iecur lapidum appellat) signaturam dysenteriæ habet, ac proinde in dysentericis fluxibus magno iuuamine adhibetur.

8. Agaricum & reliquæ arborum excrescentiæ, quæ super ramos & frondes contra naturæ ordinem excrescunt, humanorum artuum excrescentibus partibus medentur.

9. Iunci aquatici fistulas exprimunt: ideo sal artificiose extractum intra & extra corpus cum iuuamine offertur.

10. Santalum rubrum signatura sui coloris ostendit, quod ad hæmorrhagiam reprimēdam faciat: ideo decoctum eius in vino rubro styptico mire compescit hæmorrhagiam.

11. Hæmatites, Sarda, Corallium ex signatura sanguinem sistunt, manibus si includantur.

12. Chelidonia, crocus, centaurea, lapis in felle bouis repertus flauus ex signatura Icteritiæ medentur.

13. Betulæ cortex albis interlitus maculis, vt videatur Sturnum imitari, lentigines & faciei maculas abstergit.

14. Flores sambuci etiam maculati sunt: ideo fotus ex decocto florum in aqua commendatur.

15. Flores vulgaris origani exiccati, & cum plantaginis semine ex rubro aspero vino hausti dysenteriæ medentur. Matthiol. ℞. flores origani exiccatos in puluerem redige, & hunc puluerem misce cum vitello oui: forma inde massam, & pinse in calido latere: ede, & dysenteriam curabit. Idem Matthiol.

16. Baccæ myrtilli rubri exiccatæ & puluerisatæ dysenteriæ medentur. Matthiol.

17. Fraga habent signaturam lepræ: ideo illorum destillata aqua palliat rubicundam leprosorum faciem, si bibatur & liniantur maculæ. Quo nomine etiam Raimundus Lullius fragorum in Spiritu vini maceratorum vsum in pallianda lepra commendat in lib. de essent. Item viperæ: ideo illarum caro præparata leprosis cum commodo offertur.

18. Artemisia rubra menstruorum rubeorum effigies est: ideo efficacissimis virtutibus prædita herba in sistendis & corrigendis mensibus superfluis.

19. Flores prunellæ sua forma guttur repræ-

sentantes

ſentantes in hoc morbo vt plurimum commendantur.

20. Carduus benedictus & carduus Mariæ ſuis aculeis curam pleureſis indicant.

21. Archangelica ſeu vrtica alba habet ſignaturam panaritij: contuſa & impoſita cõfeſtim necat.

22. Vites & reſiniferæ, quæ corticem abiiciunt, ad cutem deglubendam & ſquammatum vitia conducunt. Sic ad ſquammas capitis remouendas herba filicis vel filiculæ multum confert.

VI.

Plantæ quæ vel repræſentant ipſa animalia, vel animalium partes, valent ad propellendos morbos, qui ab iiſdem animalib. ſuboriri poſſunt.

Serpentina maior, quæ ſerpentem repræſentat; rhamnus in quo acutæ ſpinæ habent ſimilitudinem dentium ſerpentis, morſum ſerpentis perſanant. Sic orchitis illa ſpecies, quam à floris ſimilitudine Neoterici eleganter μυώδην vocitarunt, apum ictibus confert. Pſyllij ſemen, quod pulicem ementitur, fugat pulices.

VII.

Animalium partes, quarum balſamus eſt valde fortis ad functionem debitam expediendam, vigorem inferunt ſimilibus hominum partibus, vt efficacius præſtent id, ad quod deſtinatæ ſunt.

1. Priapus tauri & cerui penis ἀτονίαν aufert & venerem ſuſcitat: horum enim animalium natura luxurioſa. 2. Mammarum muliebrium fiſſuris medetur inunctio glutinis ex vberibus vaccinis præparati. 3. Cor hominis in cardiaca & ſyncope

corroborat eſſentia præparata de cordis cerui oſſibus. 4. Matricis gallinæ puluis in collum matricis iniectus eiuſdem fluorem exiccat, & ſterilitatem inde cauſatam tollit. 5. Pulmo vulpis pulmoni prodeſt.

VIII.

Omnis beſtia, quæ venenum tantum in aliqua parte ſui corporis habet, in ſe continet balſamum, quo tuto contra venena vti licet.

Iſta enim beſtia in ſe habet naturam, qua à veneni ſui maligna qualitate ſe tuetur. Hac natura tanquam certiſſima antidoto ſi potiri poteris, cōtra idem venenum te defendes. Vnde cor viperarum vel ad ſolem exiccatum & pulueriſatum veneno aduerſatur, illudq; ex corpore noſtro extrudit. Apum aculeos fixos mel ſanat. Homini à ſcorpionibus iſto remedio eſt oleum eorundem: item cinis percuſſo loco impoſitus vel etiam ex vino potus. Vbi tamen notabis, ex ea beſtia, quæ ſimul renouandi & reſtaurandi facultate pollet, potiſſimum balſamum contra quælibet venena eſſe eliciendum & propinandum: virus enim quando expellitur, vires noſtræ veneno debilitatæ reſtituendæ quoq; & corroborandæ ſunt, vt & contra venena perfecte muniamur, & diutius perſiſtamus. Qua de cauſa ex viperis balſamum ſolent Philoſophi producere, quo tanquam vniuerſali antidoto aduerſus quælibet venena vtamur: viperæ enim cum quotannis bis antiquas ſuas exuuias ætherei balſami aſſumptione deponant, virtute renouante & reſtaurante & corroborante

prædi-

præditæ esse rectè à Philosophis iudicantur. Quicquid enim se renouat balsamo aliquo, illud & aliam naturam eodem balsamo renouare quis dubitet?

IX.

Quodcunq; animal citra noxam ex venenatis corporibus alimentum quærit, in se habet balsamicam naturam, quæ contra venena potens est.

Hinc veri Philosophi extractum Ciconiæ peste correptis propinant, quia Ciconia venenatis vermibus vescitur, eosque sine noxa concoquit. Vsu similiter venit, vt, qui alcool viperarum parare solent, ad corroborandum & augendum antidotum, adiiciant stomachum ciconiæ, atq; deinceps aliis illud alexipharmacum exhibeant.

X.

Substantiæ macrocosmicæ, quarum vnius alterius impuritates ita Philosophico artificio pellit, vt coagulatione vnius & solutione alterius in mediam indissolubilem naturam abeant, Philosophice vnitæ microcosmum ab omnibus morbis liberare possunt.

In eiusmodi enim substantiis multæ elegantes signaturæ concurrunt, quæ vniuersorum morborum curationem euidenter exprimunt & ostendunt. 1. Vna substantia alterius impuritates extrudit. 2. Vtraq; in indissolubilem naturam mediam, quæ est summæ & perpetuæ durationis, ac proinde facultatis, qua microcosmum à corruptione præseruare possit, indubitata signatura abit. Quia in Philosophica operatione, & intima ea-

rum substantiarum vnione vna est soluens & altera coagulans, ac proinde nobis indicio est media illa natura, quod habeat facultatem soluendi omnia corpora aliena, quæ in homine coagulata existunt, vt sunt calculi & salia; atque coagulandi Spiritus alienos impetu suo summum dolorem excitantes, vel inflammatione præternaturali tumultuantes, vt ita ad quietem perueniant, & hominis functiones ad mediocritatem redeant. Si me intelligis, insulse sapientiæ Hermeticæ osor, non dices nostram Philosophiam esse phantasticam, sed eam vera experientia niti, atque rationibus firmis non esse destitutam certo cognosces. Duæ sunt substantiæ, quas sapientes ad lapidem suum conficiendum requirunt: Vna est Spiritus, & est volatilis: altera est fixa & est corpus. Quando Spiritus cum corpore miscetur & digeritur, corpus Spiritum impurum & venenatum omnibus impuritatibus exuit, suam purissimam essentiam ei intime vnit, atque illum postquam mediante corpore omnes feces & fuligines venenatas abiecit, intra sinum suum complectitur, vitamq; ab eo reportat, vt ita mutuo inter sese amore ad ea præstanda, quæ verus Philosophus secundum naturæ viam intendit, conspirent. Sed corpus vitam à Spiritu blanditiis non impetrat: verum lubens patitur, vt prius à Spiritu enecetur, in terram conuertatur, atque secunda vice generetur. Sic qui erant prius * infesti inimici, constantes & sinceri amici facti sunt. Vera scribo, non mentior.

Capvt VII.

Vsus collationis hactenus explicatæ.

Collationē macrocoſmi cum microcoſmo percepiſtis. Vſus eius in hoc conſiſtit, vt exempla à me allata diligenter intueamini, atque videatis, qua ratione in ipſis ſignaturas à me nominatas obſeruetis: Sic enim fiet, vt in aliis rebus macrocoſmicis vobis aliunde oblatis vel ſeſe fortuito in ſenſus demittentibus, per ſignaturas virtutes earum facile deprehendatis. Experimentis opus eſt, vt ſignaturæ fides habeatur, quæ Phyſico & Medico non cauſa ſed occaſio eſſe debet ad dignoſcendas plantarum & aliarum rerum virtutes. Signaturam autem intellige non quamuis, ſed quæ fluit ex internis eius rei, quæ in ſe habet ſignaturam, naturalibus principiis. Signaturæ artificio humano effictæ & rebus naturalibus ſuperadditæ, virtutes rerum naturales non demonſtrant.

Capvt VII.

De Anatomia.

1 *QVatuor vias ad cognitionem rerum naturalium deducentes hucuſque dedimus & explicauimus: Quinta via ſequitur, & eſt Anatomia.*

2. *Anatomia eſt ars inſtrumentis corporeis ſine igne aperiendi corpora, vt partes eorum diuerſæ appareant & dignoſcantur.*

Anatomiæ vox ambigua eſt: vel enim actionem anatomaticam ſignificat, vel habitum anato-

micum, vel Systema anatomicum. Si actionem, vel maxime generaliter pro qualibet apertione & reseratione corporum, vt non tantum includat anatomen seu sectionem animalium, sed etiam collationem macrocosmi cum microcosmo (quæ alias anatomia Hermetica & vitalis appellatur) atque omnem aliam resolutionem, siue fiat igne, siue aliorum instrumentorum adminiculo. Specialiter 1. pro solutione corporum ex diuersis constantium partibus, quæ igne perficitur: & diciur alias Chymica solutio, de qua in nono capite huius præfationis seu prodromi Physici disseremus. 2. Pro apertione corporum sine igne. 3. maxime proprie pro sectione animalium: quæ potissimum à vulgo spectatur, & apertioni corporum, quæ sine igne peragitur, includitur: vt paulo post docebitur. Si habitum actiuum anatomia exprimit, etiam pro ratione actionis anatomicæ diuersimode accipitur. Ego hic pro eo habitu anatomico vsurpo, qui actione in secunda speciali significatione explicata determinatur.

Axiomata.

I.

In omni anatomia prudenter procedendum est.

Impetuoso casu & indecenti festinatione corpus nullum aperiendum est, ne ea, quæ minuta sunt, & propter tenuitatem, subtilitatem & exilitatem facile obseruationem sensualem subterfugiunt, prætereantur, & non cognoscantur.

II.

Omnium partium situs, ordo, figura & alia notabilia

notabilia accidentia diligenter inſpicienda & obſeruanda ſunt.

Decet enim omnem anatomicum ſapienter agere, id eſt, ita procedere, vt intellectus noſter in cognitione rerum, quæ non tantum in eſſentiæ, ſed etiam omnium aliorum adhærentium, inhærentium, & circumſtantium accidentium apprehenſione conſiſtit, proficiat & excolatur: ſiquidem nō deſtructionis ergo aliquid deſtruẽdum eſt: temerarius hic conatus & actus eſt: ſed ideo omne corpus aperiendum, vt certa vtilitas exinde ad hominem redundare poſſit.

3. *Anatomia fit vel contuſione, vel attritione, vel ſectione.*

Hic verba, quibus anatomiam explico, actionem ſignificant. Actione probe intellecta habitus facile innoteſcit, vtpote qui ex crebra actionum repetitione originem trahit & ingeneratur.

4. *Contuſio eſt craſſi & obtuſi corporis è longinquo ſubita cum alio corpore colliſio.*

Sic malleo iuglandem contundimus, vt nucleũ exinde in noſtrum reportemus vſum. Violentia in contuſione adhibetur, ſed ea debet ita temperari, vt partium, quarum vſum & cognitionem appetimus, integritas vltra modum & decorum ne deſtruatur.

5. *Attritio eſt duorum corporum, quorum vnum altero vel durius eſt, vel vtrumque friabile eſt, immediata & mobilis compreſſio, vt illud*

quod minus durum est & friabile, in puluerem abeat, atque partes, quæ non sunt vnius formæ & naturæ, liquido separatæ appareant.

Potest enim fieri, vt diuersæ partes in vno eodemque corpore existant, quæ inæqualem duritiem habeant, ac proinde ex diuersa ista dispositione diuersas formas in attritione ostendant: vt dilucide videre est in mola, vbi lapidum mobili compressione frumentum atteritur, atque furfures à polline separati videntur.

6. *Sectio est corporis alicuius per acuta instrumenta in partes dissolutio.*

7. *Huc maxime pertinet anatomia animalium, præsertim cadaueris humani.*

8. *Cadauer enim hominis eo fine secatur, vt partes eius tam similares, quā dissimilares in sensus incurrant, & ex earum ordine & dispositione de functionibus earum iudicetur.*

Quis quæso cordis figuram pyramidalem, pulmonis raritatem, cerebri mollitiem spermaticam, iecoris & fellis constitutionem, membranarum & ligamentorum tenacitatem, aliaque viscera & membra vel saltem nominare potuisset, nisi vel ex sectione animalium, vel cadaueris humani innotuissent.

9. *Quomodo vero secanda sint cadauera, illud ex scriptoribus Anatomicis & αὐτοψίᾳ discendum est.*

Commendo vobis Institutiones Bāuhini anatomicas,

tomicas, & eiusdem Theatrum anatomicum. Is abunde præmonstrat modum secandi cadauera. Si vobis auctor ille nimis obscurus videtur, Andream Laurentium consulite: ille faciliori stylo, meo iudicio, anatomica tractauit, atque doctissime multorum noua obseruatione adauxit.

10. *Præterea anatomia corporis humani, quod ægri hominis per morbum ex hac vita discedentis corpus fuit, hunc habet vsum: Nos ad morbi, quo laborauit homo, cuius cadauer est, cognitionem deducit.*

Quando enim cadauer ægroti hominis secatur, possumus ex ista sectione & partem affectam, & causam morbificam certissime expiscari, si causa morbifica fuerit vel humor aliquis vitiosus, vel solidum aliquod corpus. Sed ais, tibi huiusmodi cognitionem nihil prodesse, cum cadaueri nihil auxilii inde afferre queas. Resp. me facile tibi largiri, eiusmodi cognitionem nihil prodesse cadaueri: prodesse vero posse aliis viuentibus ægris, si symptomata, quibus æger ante obitum discruciatus fuerat, bene obseruata fuerint. Si ea scieueris atque deinceps cum symptomatibus alicuius ægri contuleris, de eius morbo, morbi sede & causa morbifica eo certius feres iudicium, atque in applicatione remediorum tutius procedes, si fueris medicus.

CAP.

CAPVT VIII.

De Astronomia.

1. *ANatomiam insequitur Astronomia, tanquam via sexta veritatis naturalis.*

2. *Astronomia est ars perueniendi ad cognitionem cælestium.*

Vnde docet astrorum numerum, distinctionẽ distantiam, motum, aspectus & influentias, id est, proponit rationem, qua ad dictorum omnium cognitionem prouehi queamus.

3. *Cum vero nulla ars sine medijs aliquid præstare queat, Astronomia quoque sua habet media, quibus inuestigationem cælestium promouet.*

4. *Eaq; sunt vel aliæ artes ministrantes, vt est* (a) *Arithmetica & Geometria, vel* (b) *hypotheses fictæ, vel* (c) *globus proxime nostris sensibus astra, motum eorum, aspectus & mutationem, quã in cælo fieri contingit, directore astronomiæ doctore obijciens.*

(*a*) Hinc Plato diuinus ille Philosophus binas ingenii humani alas, Geometriam & Arithmeticam non inconcinne vocauit, quibus ad cœlum scientiasque argutissimas subuolari possit. Vnde scholæ suæ vestibulo hoc symbolum inscripsisse dicitur; οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω, id est, Nullus, qui Geometriæ ignarus est, intrato: Absque his enim scientiis, quarum semina & principia mentibus humanis à primo ortu quasi insculpta voluit

luit, nullum ad Phyſicæ aut Aſtronomiæ ſtudia aptum exiſtimauit, in quibus omnia numeris & menſuris à natura & arte definita animaduertit. De motibus cœleſtibus, quod certis temporũ & locorum ſpaciis intermediis determinẽtur & abſoluantur, nullum eſt dubium, ideoque non abſque Geometria & Arithmetica indagari aut explicari poſſe, veluti ipſa quotidiana experientia ad oculum demonſtrat. Vide Michaelis Maieri c. 1. lib. de circulo quadrato Phyſico.

(*b*) Hypotheſes fictæ ſunt, quæ nihil ponunt in cœlo, & tamen cœlo ineſſe ad diuerſitatem motuum aſtralium intelligendam dicuntur. Eiuſmodi ſunt orbes cœli diſtincti, & circuli, qui in doctrina ſphærica explicantur.

(*c*) Quia conſcendere cœlum & in propinquo ſtellas intueri non poſſumus, idcirco arte ſuccurrendum eſt huic defectui, vt nempe ſtellæ earumque diſtinctio & ſitus nobis repræſententur peculiari quodam artificio & inſtrumento idoneo, quod à me appellatur globus. Globus autem duplex eſt, pictus aut viuus. Pictus globus eſt, in quo cœli tota menſura ac diſtinctio per circulos itemque præcipuarum ſtellarum numerus, ſitus & diſtributio ita egregie eſt depicta & adornata, vt magna cũ voluptate aſtronomiæ ſtudioſi ex hoc ſolo inſtrumẽto totam doctrinã ſphæricam hactenus traditam, eiuſq; vſum poſſint contemplari. Globus viuus eſt in quo tanquam in totius mundi reali & regenerata effigie artificio vere Philoſophico Sol, Luna, & reliqua aſtra ſpiritu vniuerſi ad eundem modum, quo in cœlo, in orbem agitantur,

gitantur, mutationes cœlestes manifesto notantur, inferiorumq; elementorum operationes vera repræsentatione ita conspiciũtur, vt illum globum minutum mundum recte appellare possis. Huiusmodi globum hereditario iure à fundatore fraternitatis, patre Reuerendo fratres R. C. relictum in hunc vsque diem se possidere, atque tanquam immensum thesaurum custodire aiunt. In Anglia perpetuum mobile visitur, quod similiter vniuersum mundum repræsentat, & astrorũ motus, coniunctiones & oppositiones planetarum mirandum in modum, atque inferiorum dispositiones exacte ostendit. Perpetui eius mobilis autor est Cornelius Drebel, Philosophus non contemnendus.

5. *Præterea est & aliud medium, quod ex harmonia superiorum & inferiorum pendet, atq; via est, qua ab inferiorum cognitione ad superiorum notitiam ascendimus.*

Sed cum hæc via non adeo facilis sit explicatu, neq; cuiuis liceat pedes suos ei infigere, egoq; ipse tantum gustum aliquem, non plenam cognitionem eius habeam, labore expositionis eius viæ iam supersedeo, differens vsq; dum Deus supellectilem meam literariam benedictione sua adauxerit, atq; perfectã accuratamq; harmonici modi scientiam benigne mihi dederit. Interea vos, qui meũ hunc Prodromum Physicum legitis, & ex eo erudiri auide desideratis, cogitabitis, quomodo harmoniam in tribus istis regnis, minerali, vegetabili & animali dignoscere, ex ea de omniũ corporum

porũ genuina generatione & propagatione, conſeruatione & deſtructione iudicare, atque perfectiſſimorum corporum mineralium regenerationem ad vſum hominis intelligere poſſitis. Vnde facile fiet, vt tandem altiſſimam illam harmoniæ viam plene percipiatis, atque ex inferioribus ſuperiora exquiſite veſtigetis. Id quod eſt ſuperius, eſt ſicut id quod eſt inferius, & quod eſt inferius, eſt ſicut id quod eſt ſuperius. Cœleſtia ſunt in terreſtribus, ſed terreſtri modo: terreſtria ſunt in cœleſtibus, ſed cœleſti modo. Plura de harmonia audietis in vltimo mei Hermetici Phyſici ſyſtematis libro.

6. *Vulgaris Aſtronomia ex vulgaribus libris eſt petenda.*

Commendo tyroni Phyſices Aſtronomicum Syſtema Keckermanni: & progredior ad Alchymiam, viam naturalis veritatis ſeptimam.

CAPVT IX.

De Alchymia.

1. *INter veritatis naturalis vias ſupereſt ſeptima, quæ dicitur Alchymia.*

2. *Non vero hic intelligo Alchymiã iſtam Sophiſtarum, qui vndecunq; quodlibet corradunt, in illud quouis modo ſine iudicio operantur, & naturas rerum ſine ratione peruestigare pro more habent.*

3. Ac

3. *Ac proinde nihil loquor de arte impostorum, qui lignorum, carbonum, candelarum, fimi, aliarumque rerum inconuenientium igne eum lapidem, qui ex imperfectis metallis purum putum aurum faciat, quærunt, diuitijs mundi corradendis incumbunt & medicinæ scopum consequi non intendunt.*

Hi inquam, quia cum suo & aliorum, quorum animos occupauerunt, damno suam artem iure ad inferos relegandam tractant, sunt digni, qui vrbibus & omni hominum conuersatione expellantur. De hisce horumque Pseudochymia Augurellus magnus ille Poeta & verus Philosophus in doctissima sua Chrysopoeia ita canit:

Nec miseram magis affirmes veraciter vllam
Artem aliam, quam quæ externis Alchymia verbis
Dicitur, obscurisq; tegens ambagibus errat
Auia per; miserosq; trahit per iniqua sequentes,
Ac tandem eiectos in cæca barathra relinquit.
Vt videas quemcunq; bonum sua prædia ciuem
Vendentem, patriasq; domos, nubesq; repostas
Fornaces inter versari, ac follibus aurum
Captare, in tenuemq; (nefas) conuertere fumum
Rem, dubias dum quærit opes insanus, auitam.
Difficilem interea coniux mœstissima vitam
Protrahit: illacrumant nati, fit sordidus ipse
E lauto, ludusq; patens & fabula vulgi.

4. *Sed intelligo Alchymiam, qua* (a) *secundum Naturæ viam igne* (b) *purum ab impuro separamus, & corpus in sua hypostatica principia parti-*

partimur. 1. *vt* (c) *quid ista principia sint, bene discamus.* 2. *vires rerum* (d) *exploremus.* 3. (e) *in quibus principiis vires corporum primo lateant, videamus.* 4. (f) *naturalem Alchymiam microcosmi inde intelligamus.* & 5. (g) *habeamus purum, quod ad sanitatem restituendam ægro propinemus.*

(*a*) Ita ait Paracelsus paragr. tract.3. de Alchymia, p. 219. So wisset hierin / daß dieser Grundt (Alchymiam intelligit) auß der Natur gehẽ muß / vnd nicht auß den spintisirenden Köpffen. (*b*) Idem vult Philippus à Gabella, cap. 6. considerationis sincerioris Philosophiæ, vbi inquit: Agnosco artem Spagiricam pro ingeniosissima & sagacissima omnium artium: instinctu enim quasi diuino docet separare purum ab impuro, docet res dissoluere, & rursum componere, & quidem hoc secundũ cursum naturæ: Nam discernit clarum à cõturbato, subtile à spisso, leue à graui, ignem ab aere, aerem ab aqua, & aquam deniq; à terra: quẽadmodum ipse Creator id nobis in prima creatione sufficienter monstrauit: cuius imitatores etsi non simus in vniuerso, tamẽ sumus in mundo hoc paruo & diminuto. (*c*) Chymico artificio principia hypostatica à Philosophis primum inuenta fuerunt: Eadem ergo via ea magis magisq; ab intellectu percipiuntur. Artes quas vsus peperit, vsus idẽ illustrat. (*d*) Vires enim rerum per Alchymiam innotescunt, id quod Paracelsus iam dicto tractatu perspicue his docet verbis: So nun so viel liegt in der Alchymey / dieselbe hie in der Artzney so wol zu

erkennen / ist die Vrsach der grossen verborgenen Tugend / so in den Dingen ligt der Natur / die niemand offenbahr seynd / es mache sie dann die Alchimey offenbahr / vnd brings herfür: Sonst ist es gleich / als einer der im Winter einen Baum siehet / vnd kennet jhn aber nicht / vnnd weiß nicht was in jhm ist / so lang biß der Sommer kompt / vnnd eröffnet nacheinander / jetzt die Sprößlein / jetzt das Geblüht / jetzt die Frucht / vnd was denn in jhm ist. Also ligt nun die Tugendt in den Dingen verborgẽ den Menschen / vnnd allein / es sey denn das der Mensch durch den Alchymisten dieselbige innen werde / wie durch den Sommer / sonst ist es jhm vnmüglich. Id est: Si ergo tantum interest, Alchymiam hic in medicina probe cognosci, eius caussa à latente magna virtute est, quæ in rebus Naturæ sita est, quæ nulli patent, nisi per Alchymiam pandantur & prodantur. Alias idem est, ac si quis hyeme arborem videat, illam vero non cognoscat, aut ignoret quid in ipsa sit, tamdiu donec æstas vnum post alterum protrudat, iam ramulos, iam flores, iam fructus, & quicquid eius præterea est. Sic in his quoque rebus virtus iacet hominibus abscondita: Et nisi per solum Alchymistam homo ista cognoscat & experiatur, veluti per æstatem, fieri non potest, vt alio modo ista exploret. Hæc Paracelsus. Quemadmodum ergo nescire potes, quid intus in pomo contineatur, nisi pomum aperueris & dissecueris: ita quoque nisi per Alchymiam, siue naturalem, siue artificialem corpora dissoluas, virtutes eorum medicinales non exquires.

Exemplo

Exemplo fit res manifeſtior: Sal armoniacum naturæ acidum in quocunque corpore reperiatur & eliciatur, eſſe virtutis diſſoluentis & ſimul coagulantis ſola Alchymia docuit: Diſſoluit corpora, coagulat ſpiritus; imo quod omnem prorſus ſuperat admirationem, in media etiam flamma. Sic ſpiritus vitrioli, aut ſulphuris, aut nitri acidus bene præparatus atque ab omni terreſtreitate ſeparatus vel in vola manus diſſoluit corallia atque perlas. Eadem plane diſſoluentia parantur ex ſuccis limonum, granatorum, berberis, ribes, debite & conuenienter depuratis à fecibus ſuis terreſtribus; quæ facultatem diſſoluentem non parum impedire ſolent. Non minus idem præſtat acetum optimum deſtillatum: In hiſce enim duobus ſunt aciditates armoniacæ ſeu vitriolatæ; ac proinde vim habent diſſoluendi. Contra ſpiritus vitrioli acidus Mercurium vulgi (quem nulla frigiditas exterior, nullum gelu elementare, quantum quantum tandem fuerit; coagulare aut fixum reddere poteſt) coagulat, quando cum ſolo vitriolo mediocriter calcinato ſublimatur. Spiritum vitrioli acidum eſſe illud quod Mercurium coagulauerat, patet ex ſublimati reſolutione: quæ fit quando ſublimatus Mercurius aquæ iniicitur (quam acidam omnino reddit) atque aqua deinceps exhalatur, tum reſtabit tãtum liquor acidus veruſq; vitrioli ſpiritus. Et vt conſtet hanc coagulandi poteſtatem ſalis armoniaci acidi naturæ non tantum eſſe in Mercurium vulgi (in

quem hanc vim exercere poteſt) ſed & in ſpiritus nitro ſulphureos corporis noſtri, id hac manifeſta & veriſſima demonſtratione ex Quercetani libro de ſignaturis rerum internis deprompta docebo: Accipe vrinam pueri aut adoleſcentis vinũ bibentis bonam quantitatem, depuretur ſecundum artẽ: cui adde vitrioli Romani vngarici duplum: pone ad digeſtionem in B.M. tepido per ſex vel octo dies in vno aut diſtinctis alembicis vitreis: nam multa opus eſt materia: Hac digeſtione peracta augebis ignem balnei, vt bulliat aqua. Mox impoſito capitello, adhibitoque recipienti deſtillabis aquam. Ac ea quidem quæ primo exibit, erit inſignis aqua ophthalmica: ſecunda paulo acrior ad dolores podagricos tepide cum linteolis applicata confert. Perge ita vrgendo calorem balnei, aut etiam per cineres calidos, donec materia in alembici fundo reſtet inſtar mellis, quam poſtea infundes in vas ferreum, & adhibito igne ſpatula ferrea continuo agitabis, ne adhęreat. hocque eo vſque continuabis, donec omnis liquor vi ignis euaporauerit, & reſideat ſolum ſal vitrioli atque vrinæ in fundo ſiccum, & in maſſa quadam. Hanc puluerifatam in cornutam bene lutatam immittes, adhibito amplo recipiente optime obſignato, ne ſpiritus exhalari poſſint. Admoue ergo ignem vehementem, quali opus eſt ad parandam aquam fortem aut ſpiritum vitrioli: ſed tamen ita moderandus eſt ignis per gradus, donec ad ſummum perueniat, vt ars poſtulat. Et videbis tandem recipientem impleri ſpiritibus albidis vndique qui in ſummo

ſummo aliquo calore tanquam in nubibus aeris in glacies quaqua verſum pro recipientis capacitate dependentes congelabuntur : haud ſecus ſane ac præ ingenti frigiditate hyemis & aeris nubes atque vapores in niuem glacialem ſeu ſquamulas coagulatas arboribus adhærescentes conſpicimus ; Ita ſpiritus hi ſalis (ignis non frigoris violentia) concreſcunt in glaciales illas particulas, & quaſi in media etiam flamma. Sic duo hi prædictorum ſalium vulgaribus Philoſophis pro calidiſſimis habitorum in glaciem per virtutem coagulatiuam ſalis armoniaci naturæ, quem in ſe continent, coeunt. Hæc glacies adſeruari poteſt in modum ſalis nitri, de qua ſi ſcrupulum vnum aut dimidium exhibeas in iuſculo, vino, aut liquore conuenienti ingens erit remedium ad omnes obſtructiones hepatis & lienis, prouocat vrinas, & eſt ſpecificum remedium ad diſſolutionem calculi. Eadem glacies redacta in aquam (nam conuertitur facile in humido) inſigne atque præcipuum eſt remedium ad inflammationes atque gangrænas, quas ſubito extinguit. Ex hac tam pulchra atque nobili experientia omnis verus Philoſophus ac medicus argumentum & occaſionem eliciet vlterius philoſophandi atque inueſtigandi quam ſolet vulgus. Sicque certius diſquirere poterit de cauſis congelationis calculorum, qui ex iiſdem ſalibus aut tartarea materia in diuerſis noſtris corporis partibus procreantur. Idem ſagacius inquiret in alios plures morbos, qui fiunt ex coagulatio-

ne prædictorum ſpirituum acidorum aut vitriolatorum, vel ex euaporationibus aliorum ſalium acerrimorum, à quibus inflammationes & dolores podagrici efflorefcunt, atque tandem tophi ex virtute interna condenſantium ſpirituum. Eadem contemplatio occaſionem ſubminiſtrabit inquirendi in diuerſa meteora, quæ fiunt in microcoſmo homine inquam, ex continuis illis vaporibus atque exhalationibus, quæ ex inferiori ventre (quem merito cum terra comparaueris) in aerem & cœlum, id eſt, ſuperiorem corporis noſtri regionem, quæ eſt pectus & cerebrum, ſubleuantur. Ita patebit meteora ſolis vaporibus mercurialibus in nubes à cerebri frigiditate condenſatis, nec digeri aut diſſipari ab eo potentibus, modo pluuiæ moderatæ & ſimplicis ſpecie, modo in modum denſiſſimarum nubium aut cataractarum deſcendere: vnde catarrhi mites aut violenti, quos ſuffocatiuos nuncupant, quod materia vno quaſi quodam impetu in partes vitales procumbat. Denique ex iiſdem contemplationibus hauries veram originem ventorum, grandium, niuium, à quibus tinnitus aurium, apoplexiæ, & ſimiles morbi à vaporibus Mercurialibus condenſatis excitantur. Quorum ſane morborum cauſa non tantum, quod vulgus facit, ad frigiditatem referenda: ſed etiam reſpiciendum ad aciditatem hanc ſalis vitriolati, quæ vaporibus illis permixta eoſdem repente & quaſi de improuiſo coagulare atque conglaciare poteſt. Vnde apoplexiæ & eiuſmodi morbi producuntur. Nam vel exemplo è corpore noſtro exprom-

prompto, hoc eſt, vrinæ facile patet, qualis iſtis humoribus mercurialibus acido ſale permixtis inſit vis coagulandi. (*e*) Exempli gratia: Cinnamomum & aperiendi & adſtringẽdi facultatem habet. Ex reſolutione in ſulphurea & tenui eius ſubſtantia vim aperiendi: vim vero adſtringendi, poſtquam à fecibus ſulphuream naturam ſeparaſti, in ſale eius aluminoſo deprehendes. Opium habet vim purgandi & ſtupefaciendi: vis eius purgandi eſt in ipſius ſale amaro: vis ancrotica in ſulphure fœtido. (*f*) Exemplum adducam pulcherrimum nempe vini, cuius artificialis & Philoſophica anatomia naturalem noſtri cibi ſanguiniſque anatomiam ſplendide illuſtrat: idque faciam verbis Quercetani doctiſſimi, cum hic adeo docte & perſpicue ſanguinem ſub vino diſſecuerit, vt clarius ego non poſſim. In hunc vero modum libr. de Signaturis rerum internis pag. 121. & ſequentib. ſcribit: Quando vinum paratur, vuæ primum torculari exprimuntur, pelliculæ & acini ſeparantur abiiciunturque: mox ſordibus ac recrementis inutilibus partim hominum induſtria, partim ab ipſius vini natura reiectis vinum in cados refunditur atque dolia: in his digeſtione facta atque ebullitione ſimul etiam fœculentas illas craſſioreſque ſuperfluitates ſuapte vi ſeparat & eiicit. Quo facto vinum iam fere factum eſt, & potui aptum atque nutritioni. Prima illa vini artificioſa præparatio, (quæ vinaceorum ſeparatione & expreſſione fit) nobis repræſentat quodammodo præparationem frumenti,

in qua furfure & palea ſeparatis reliquum in farinam conteritur, vt nutritioni magis fiat idoneum. Itaque in ore noſtro prima fit ſeparatio carnis ab oſſibus & talium ejuſmodi. Expreſſio autem fit ore atque dentibus: mox maſticatione rite peracta cibus in ventriculum deuoluitur. Hæc eſt prima nutrimenti noſtri præparatio analoga cum prima illa vini ac frumenti; reſpondetque id quod ſtomacho committitur, ei vino, quod in dolia primum infunditur, & farinæ iam factæ. Deinceps ergo in ſtomacho altera fit naturæ operatio; illud enim quod concipit ſtomachus concoquit, digerit, hoc eſt, muſtum aut aliud quoduis genus potulenti ex melle, fructibus, hordeo & aqua, cui varia incoxerint, parati. Stomachus itaque dolium illud naturæ eſt, in quo non tantum ei demandata materia coquitur atque digeritur: ſed ab ea quoque ſeparantur feces tartareæ, & quicquid in eo excrementitii per ductus à natura ad id deſtinatos. Tandem multa purificatione peracta ſanguis fit depuratus, rubens, fons & origo ſpirituum vitæ noſtræ: haud ſecus ac vinum rite purificatum cæteris fere, quæ nutritioni ac reſtaurationi vitæ noſtræ deſeruiunt, præfertur. Sed pergamus. Ex hoc vino arte & vel leuiſſimi caloris interuentu per vaſa circulatoria, vt vocant, extrahitur ignis naturæ, quem comitatur humidum radicale: nempe aqua vitæ ignea prorſus & ætherea, ac vere eſſentia quinta, tota ſpiritualis, & naturæ fere incorruptibi-

ruptibilis. Simili prorsus ratione beneficio ignis naturæ & per circulationem, quæ calore cordis & hepatis fit, elicitur ac generatur in nobis ignis ille viuificus, stipatus atque fotus proprio suo humore vnctuoso & radicali, qui est aqua vitæ, ac verum & viuificum illud nectar, quinta essentia & Spiritus æthereus fere incorruptibilis, f[illegible]r atque conseruator vitæ nostræ. Illud etiam in prædicti vini operatione notandum hic obiter occurrit, quodque animaduersione quidem & admiratione dignum est, nempe quod duo tresue solum carbones accensi sub amplissimo vase seu cacabo positi, (quod 20. vel plures vini heminas contineat) calefaciunt ipsum vinum, vinique Spiritum ad destillandum promouent; cum ex illo minimo calore vel multo minor aquæ portio vix tepefieri queat. Sed admirandum magis aut notatu dignum est, quod dum ille vini Spiritus per canales aut fistulas æneas oblongas & retortas, ad hancque destillationem aptas transcendit, ingens aquæ frigidæ plenum dolium, & ab igne satis remotum (in quo prædictæ fistulæ madent) adeo calefaciat, vt vix quis manum admouere queat. Quod sane ingenti calori, quem vini Spiritus per prædictas fistulas transiens aquæ frigidæ impertit, tribuendum est. Nam dum totus extillarit vini Spiritus, etiamsi sub prædictum vas ignem multo vehementiorem adhibeas; calorem tamen illius aquæ in dolio contentæ sensim extingui & refrigerari percipies. Quod sane nobis in mentem inculcare debet, quænam sit caloris nostri emphyti seu symphiti proxima causa, seu origo;

quippe hic calor ex continua & perenni circulatione Spiritus viuifici sanguinis nostri in nobis excitatur. Hæc aqua vitæ dum tota tandem à calore quodam interno seu externo & violento destillata, aut temporis progressu penitus absumpta est, iam procul dubio caloris illius viuifici ext[illegible]io tandem apparet, morsque frigida subsequitur. Sed vt ad rem redeamus, post extractionem veræ & genuinæ aquæ vitæ seu Spiritus vini (qui est tota illa puritas trium principiorum hypostaticorum) cuius liquor Mercurium, flamma (quam prompte concipit) naturam Sulphuream, acumen vero & vis eximie gustum feriens Spiritum salis armoniaci repræsentant; magna restat copia phlegmatis seu liquoris mercurialis, qui adhuc quidem vini aliquid continet: At quod reliquum est, nihil est aliud quam aqua inutilis, quæ mox vapescat atque corrumpatur. Simili quoque ratione post extractionem aquæ vitæ ac vere Spiritualis ex sanguine nostro residuus manet in corpore humidus & humectans ille liquor, quem partim elementosum, partim excrementitium dicimus. Restant vltimo præter prædicta feces seu residentiæ tartareæ & nitro sulphureæ, quæ in se multas fœtidas impuritates & magnam salis copiam continent. Impuritates oculis, & tetri fœtores naribus satis superq; se produnt, dum diuersa ex his olea vehementi igne extillantur.

At ex fecibus calcinatis sal elicitur, idemque fixum cum proprio phlegmate. Sal illud volatile efficitur cum sale armoniaco volatili in pro-

prio

prio Spiritu seu aqua vitæ contento. Similiter & in sanguine præter Spiritum illum vitæ & liquorem mercurialem (quæ duo reuera separari ab ipso sanguine, & ad oculum ostendi possunt post digestiones conuenientes in calore B. M. qui sit analogus calori naturæ, vt melius & facilius constet, quomodo idem calor eademque natura in nobis easdem faciat separationes & separationes) præter illa duo, inquam, quædam consistentia mellis liquidi instar residebit in fundo: in qua mellita consistentia multas impuritates inuenies, si ad ignem cinerum calori febrili analogum materia prædicta exsiccetur: quippe nidorulentus & nitrosulphureus ille fœtor manifeste in nobis causatur meteora ignita, tam in superiori quam inferiori corporis parte, aliaque innumera symptomata parit.

Sic ignis quoque vi (haud secus ac ex vino) ita ex fecibus & tartaro sanguinis separari possunt sulphura atque olea picis in modum crassa atque tenacia: ad hæc tanto fœtore abominanda, vt ne præsens quidem præ abominando illo odore subsistere queas: ex quibus multa symptomata in corpore nostro suboriri posse quilibet facile colligere potest.

Quo peracto restabunt cineres, ex quibus elicitur Sal, quod virtute Salis armoniaci naturæ effici potest volatile, atque fieri id, quod Lullius appellat Lunariam maiorem ad imitationem operis vegetabilis.

Admirandum prorsus est hoc opus, ex quo fit vera mumia, medicina vniuersalis verus-

erkennen / ist die Vrsach der grossen verborgenen Tugend / so in den Dingen ligt der Natur / die niemand offenbahr seynd / es mache sie dann die Alchimey offenbahr / vnd brings herfür: Sonst ist es gleich / als einer der im Winter einen Baum sihet / vnd kennet jhn aber nicht / vnnd weiß nicht was in jhm ist / so lang biß der Sommer kompt / vnnd eröffnet nacheinander / jetzt die Sprößlein / jetzt das Geblüht / jetzt die Frucht / vnd was denn in jhm ist. Also ligt nun die Tugendt in den Dingen verborgẽ den Menschen / vnnd allein / es sey denn das der Mensch durch den Alchymisten dieselbige innen werde / wie durch den Sommer / sonst ist es jhm vnmüglich. Id est: Si ergo tantum interest, Alchymiam hic in medicina probe cognosci, eius caussa à latente magna virtute est, quæ in rebus Naturæ sita est, quæ nulli patent, nisi per Alchymiam pandantur & prodantur. Alias idem est, ac si quis hyeme arborem videat, illam vero non cognoscat, aut ignoret quid in ipsa sit, tamdiu donec æstas vnum post alterum protrudat, iam ramulos, iam flores, iam fructus, & quicquid eius præterea est. Sic in his quoque rebus virtus iacet hominibus abscondita: Et nisi per solum Alchymistam homo ista cognoscat & experiatur, veluti per æstatem, fieri non potest, vt alio modo ista exploret. Hæc Paracelsus. Quemadmodum ergo nescire potes, quid intus in pomo contineatur, nisi pomum aperueris & dissecueris: ita quoque nisi per Alchymiam, siue naturalem, siue artificialem corpora dissolvas, virtutes eorum medicinales non exquires.

Exemplo

Exemplo fit res manifestior: Sal armoniacum naturæ acidum in quocunque corpore reperiatur & eliciatur, esse virtutis dissoluentis & simul coagulantis sola Alchymia docuit: Dissoluit corpora, coagulat spiritus; imo quod omnem prorsus superat admirationem, in media etiam flamma. Sic spiritus vitrioli, aut sulphuris, aut nitri acidus bene præparatus atque ab omni terrestreitate separatus vel in vola manus dissoluit corallia atque perlas. Eadem plane dissoluentia parantur ex succis limonum, granatorum, berberis, ribes, debite & conuenienter depuratis à fecibus suis terrestribus; quæ facultatem dissoluentem non parum impedire solent. Non minus idem præstat acetum optimum destillatum: In hisce enim duobus sunt aciditates armoniacæ seu vitriolatæ; ac proinde vim habent dissoluendi. Contra spiritus vitrioli acidus Mercurium vulgi (quem nulla frigiditas exterior, nullum gelu elementare, quantum quantum tandem fuerit; coagulare aut fixum reddere potest) coagulat, quando cum solo vitriolo mediocriter calcinato sublimatur. Spiritum vitrioli acidum esse illud quod Mercurium coagulauerat, patet ex sublimati resolutione: quæ fit quando sublimatus Mercurius aquæ iniicitur (quam acidam omnino reddit) atque aqua deinceps exhalatur, tum restabit tãtum liquor acidus verusq; vitrioli spiritus. Et vt constet hanc coagulandi potestatem salis armoniaci acidi naturæ non tantum esse in Mercurium vulgi (in

quem hanc vim exercere poteſt) ſed & in ſpiritus nitro ſulphureos corporis noſtri, id hac manifeſta & veriſſima demonſtratione ex Quercetani libro de ſignaturis rerum internis deprompta docebo: Accipe vrinam pueri aut adoleſcentis vinũ bibentis bonam quantitatem, depuretur ſecundum artẽ: cui adde vitrioli Romani vngarici duplum: pone ad digeſtionem in B.M. tepido per ſex vel octo dies in vno aut diſtinctis alembicis vitreis: nam multa opus eſt materia: Hac digeſtione peracta augebis ignem balnei, vt bulliat aqua. Mox impoſito capitello, adhibitoque recipienti deſtillabis aquam. Ac ea quidem quæ primo exibit, erit inſignis aqua ophthalmica: ſecunda paulo acrior ad dolores podagricos tepide cum linteolis applicata confert. Perge ita vrgendo calorem balnei, aut etiam per cineres calidos, donec materia in alembici fundo reſtet inſtar mellis, quam poſtea infundes in vas ferreum, & adhibito igne ſpatula ferrea continuo agitabis, ne adhęreat. hocque eo vſque continuabis, donec omnis liquor vi ignis euaporauerit, & reſideat ſolum ſal vitrioli atque vrinæ in fundo ſiccum, & in maſſa quadam. Hanc puluériſatam in cornutam bene lutatam immittes, adhibito amplo recipiente optime obſignato, ne ſpiritus exhalari poſſint. Admoue ergo ignem vehementem, quali opus eſt ad parandam aquam fortem aut ſpiritum vitrioli: ſed tamen ita moderandus eſt ignis per gradus, donec ad ſummum perueniat, vt ars poſtulat. Et videbis tandem recipientem impleri ſpiritibus albidis vndique qui in

ſummo

ſummo aliquo calore tanquam in nubibus aeris in glacies quaqua verſum pro recipientis capacitate dependentes congelabuntur: haud ſecus ſane ac præ ingenti frigiditate hyemis & aeris nubes atque vapores in niuem glacialem ſeu ſquamulas coagulatas arboribus adhæreſcentes conſpicimus: Ita ſpiritus hi ſalis (ignis non frigoris violentia) concreſcunt in glaciales illas particulas, & quaſi in media etiam flamma. Sic duo hi prædictorum ſalium vulgaribus Philoſophis pro calidiſſimis habitorum in glaciem per virtutem coagulatiuam ſalis armoniaci naturæ, quem in ſe continent, coeunt. Hæc glacies adſeruari poteſt in modum ſalis nitri, de qua ſi ſcrupulum vnum aut dimidium exhibeas in iuſculo, vino, aut liquore conuenienti ingens erit remedium ad omnes obſtructiones hepatis & lienis, prouocat vrinas, & eſt ſpecificum remedium ad diſſolutionem calculi. Eadem glacies redacta in aquam (nam conuertitur facile in humido) inſigne atque præcipuum eſt remedium ad inflammationes atque gangrænas, quas ſubito extinguit. Ex hac tam pulchra atque nobili experientia omnis verus Philoſophus ac medicus argumentum & occaſionem eliciet vlterius philoſophandi atque inueſtigandi quam ſolet vulgus. Sicque certius diſquirere poterit de cauſis congelationis calculorum, qui ex iiſdem ſalibus aut tartarea materia in diuerſis noſtris corporis partibus procreantur. Idem ſagacius inquiret in alios plures morbos, qui fiunt ex coagulatio-

ne prædictorum ſpirituum acidorum aut vitrio-
latorum, vel ex euaporationibus aliorum ſalium
acerrimorum, à quibus inflammationes & dolo-
res podagrici efflorеſcunt, atque tandem tophi
ex virtute interna condenſantium ſpirituum. Ea-
dem contemplatio occaſionem ſubminiſtrabit
inquirendi in diuerſa meteora, quæ fiunt in mi-
crocoſmo homine inquam, ex continuis illis va-
poribus atque exhalationibus, quæ ex inferiori
ventre (quem merito cum terra comparaueris)
in aerem & cœlum, id eſt, ſuperiorem corporis
noſtri regionem, quæ eſt pectus & cerebrum, ſub-
leuantur. Ita patebit meteora ſolis vaporibus
mercurialibus in nubes à cerebri frigiditate con-
denſatis, nec digeri aut diſſipari ab eo potenti-
bus, modo pluuiæ moderatæ & ſimplicis ſpecie,
modo in modum denſiſſimarum nubium aut ca-
taractarum deſcendere: vnde catarrhi mites aut
violenti, quos ſuffocatiuos nuncupant, quod
materia vno quaſi quodam impetu in partes vi-
tales procumbat. Denique ex iiſdem contem-
plationibus hauries veram originem ventorum,
grandium, niuium, à quibus tinnitus aurium,
apoplexiæ, & ſimiles morbi à vaporibus Mercu-
rialibus condenſatis excitantur. Quorum ſane
morborum cauſa non tantum, quod vulgus fa-
cit, ad frigiditatem referenda: ſed etiam reſpi-
ciendum ad aciditatem hanc ſalis vitriolati, quæ
vaporibus illis permixta eoſdem repente & qua-
ſi de improuiſo coagulare atque conglaciare po-
teſt. Vnde apoplexiæ & eiuſmodi morbi produ-
cuntur: Nam vel exemplo è corpore noſtro ex-
prom-

prompto, hoc est, vrinæ facile patet, qualis iſtis humoribus mercurialibus acido ſale permixtis inſit vis coagulandi. (e) Exempli gratia: Cinnamomum & aperiendi & adſtringẽdi facultatem habet. Ex reſolutione in ſulphurea & tenui eius ſubſtantia vim aperiendi: vim vero adſtringendi, poſtquam à fecibus ſulphuream naturam ſeparaſti, in ſale eius aluminoſo deprehendes. Opium habet vim purgandi & ſtupefaciendi: vis eius purgandi eſt in ipſius ſale amaro: vis ancrotica in ſulphure fœtido. (f) Exemplum adducam pulcherrimum nempe vini, cuius artificialis & Philoſophica anatomia naturalem noſtri cibi ſanguiniſque anatomiam ſplendide illuſtrat: idque faciam verbis Quercetani doctiſſimi, cum hic adeo docte & perſpicue ſanguinem ſub vino diſſecuerit, vt clarius ego non poſſim. In hunc vero modum libr. de Signaturis rerum internis pag. 121. & ſequentib. ſcribit: Quando vinum paratur, vuæ primum torculari exprimuntur, pelliculæ & acini ſeparantur abiiciunturque: mox ſordibus ac recrementis inutilibus partim hominum induſtria, partim ab ipſius vini natura reiectis vinum in cados refunditur atque dolia: in his digeſtione facta atque ebullitione ſimul etiam fœculentas illas craſſioreſque ſuperfluitates ſuapte vi ſeparat & eiicit. Quo facto vinum iam fere factum eſt, & potui aptum atque nutritioni. Prima illa vini artificioſa præparatio, (quæ vinaceorum ſeparatione & expreſſione fit) nobis repræſentat quodammodo præparationem frumenti,

in qua furfure & palea ſeparatis reliquum in farinam conteritur, vt nutritioni magis fiat idoneum. Itaque in ore noſtro prima fit ſeparatio carnis ab oſſibus & talium ejuſmodi. Expreſſio autem fit ore atque dentibus: mox maſticatione rite peracta cibus in ventriculum deuoluitur. Hæc eſt prima nutrimenti noſtri præparatio analoga cum prima illa vini ac frumenti; reſpondetque id quod ſtomacho committitur, ei vino, quod in dolia primum infunditur, & farinæ iam factæ. Deinceps ergo in ſtomacho altera fit naturæ operatio: illud enim quod concipit ſtomachus concoquit, digerit, hoc eſt, muſtum aut aliud quoduis genus potulenti ex melle, fructibus, hordeo & aqua, cui varia incoxerint, parati. Stomachus itaque dolium illud naturæ eſt, in quo non tantum ei demandata materia coquitur atque digeritur: ſed ab ea quoque ſeparantur feces tartareæ, & quicquid in eo excrementitii per ductus à natura ad id deſtinatos. Tandem multa purificatione peracta ſanguis fit depuratus, rubens, fons & origo ſpirituum vitæ noſtræ: haud ſecus ac vinum rite purificatum cæteris fere, quæ nutritioni ac reſtaurationi vitæ noſtræ deſeruiunt, præfertur. Sed pergamus. Ex hoc vino arte & vel leuiſſimi caloris interuentu per vaſa circulatoria, vt vocant, extrahitur ignis naturæ, quem comitatur humidum radicale: nempe aqua vitæ ignea prorſus & ætherea, ac vere eſſentia quinta, tota ſpiritualis, & naturæ fere incorruptibi-

ruptibilis. Simili prorsus ratione beneficio ignis naturæ & per circulationem, quæ calore cordis & hepatis fit, elicitur ac generatur in nobis ignis ille viuificus, stipatus atque fotus proprio suo humore vnctuoso & radicali, qui est aqua vitæ, ac verum & viuificum illud nectar, quinta essentia & Spiritus æthereus fere incorruptibilis, fautor atque conseruator vitæ nostræ. Illud etiam in prædicti vini operatione notandum hic obiter occurrit, quodque animaduersione quidem & admiratione dignum est, nempe quod duo tresue solum carbones accensi sub amplissimo vase seu cacabo positi, (quod 20. vel plures vini heminas contineat) calefaciunt ipsum vinum, vinique Spiritum ad destillandum promouent; cum ex illo minimo calore vel multo minor aquæ portio vix tepefieri queat. Sed admirandum magis aut notatu dignum est, quod dum ille vini Spiritus per canales aut fistulas æneas oblongas & retortas, ad hancque destillationem aptas transcendit, ingens aquæ frigidæ plenum dolium, & ab igne satis remotum (in quo prædictæ fistulæ madent) adeo calefaciat, vt vix quis manum admouere queat. Quod sane ingenti calori, quem vini Spiritus per prædictas fistulas transiens aquæ frigidæ impertit, tribuendum est. Nam dum totus extillarit vini Spiritus, etiamsi sub prædictum vas ignem multo vehementiorem adhibeas; calorem tamen illius aquæ in dolio contentæ sensim extingui & refrigerari percipies. Quod sane nobis in mentem inculcare debet, quænam sit caloris nostri emphyti seu symphiti proxima causa, seu origo:

prio Spiritu seu aqua vitæ contento. Similiter & in sanguine præter Spiritum illum vitæ & liquorem mercurialem (quæ duo reuera separari ab ipso sanguine, & ad oculum ostendi possunt post digestiones conuenientes in calore B. M. qui sit analogus calori naturæ, vt melius & facilius constet, quomodo idem calor eademque natura in nobis easdem faciat separationes & separationes) præter illa duo, inquam, quædam consistentia mellis liquidi instar residebit in fundo: in qua mellita consistentia multas impuritates inuenies, si ad ignem cinerum calori febrili analogum materia prædicta exsiccetur: quippe nidorulentus & nitrosulphureus ille fœtor manifeste in nobis causatur meteora ignita, tam in superiori quam inferiori corporis parte, aliaque innumera symptomata parit.

Sic ignis quoque vi (haud secus ac ex vino) ita ex fecibus & tartaro sanguinis separari possunt sulphura atque olea picis in modum crassa atque tenacia: ad hæc tanto fœtore abominanda, vt ne præsens quidem præ abominando illo odore subsistere queas: ex quibus multa symptomata in corpore nostro suboriri posse quilibet facile colligere potest.

Quo peracto restabunt cineres, ex quibus elicitur Sal, quod virtute Salis armoniaci naturæ effici potest volatile, atque fieri id, quod Lullius appellat Lunariam maiorem ad imitationem operis vegetabilis.

Admirandum prorsus est hoc opus, ex quo fit vera mumia, medicina vniuersalis verus-

verusque balsamus naturæ conseruans & restaurans. Atque hæc est vera & vitalis anatomia sanguinis quem non temere sed vera & manifesta demonstratione & quasi ad oculum, ipsaque adeo αὐτοψίᾳ innitenti ostendimus magnam habere analogiam cum vino: cum verus Philosophus æque ex vno atque alio (licet alterum maius artificium requirat) norit separare aquas vitæ penitus spirituales, quæ impetentia dicuntur: præterea liquores mercuriales tam vtiles quam noxios; quæ humectantia: denique halitus & caliginosas exhalationes, quæ effluentia appellantur. Quod si igitur in vino, quo indies ad corporis nutritionem vtimur, eoque puro & claro post separationem Spiritus eius videamus tot res heterogeneas, tamque impuras, quanto, quæso, plures solidioresq; impuritates deprehendemus in tartaro vinorum doliis atque cadis adhærescente, atque ex fecibus & residentia vini eiusdem? Qui eximiam illam tartari nigredinem (quæ in calcinatione manifestatur) separationemque Spiritus eius atque olei rubri nigri & fœtidi, quæ per destillationem fit, norunt atque intelligunt, hi luculenter satis testari, fidemque facere poterunt, quantus fœtor insit in ipsius sulphure: quanta item sit acrimonia eiusdem tartari propter Sal quod ex ipso extrahitur, atque oleo quod fit ex resolutione eiusdem salis tartari. At hercule in eiusdem vini fecibus præter iam dicta, impuriora, fœtidiora, sordidioraque deprehenduntur, vt norunt plus satis illi, qui propter calcinationem earum, vt efficiant cineres, quos vocant clauellatos, extra vrbes in cam-

campos ac loca remota concedere coguntur, propter ingentem earum infectionem atq; fœtorm, quo & ipsa loca vicina infici solent. Quid igitur mirum, vt ostensum est superius, si in sanguine quoque nostro post separationem veri Spiritus reperiantur tot res heterogeneæ, tot impuritates tartareæ fœtidæ atque sulphureæ, quia, inquam, eo etiam magis plures sordes insint atque fœtores in pluribus heterogenei chyli partibus, ex quibus primum ortum compositionis suæ sanguis ipse traxerit? tartarus ille est sanguinis, qui vasis viscerum adhærescit. Iam vero feces chyli nihil aliud sunt, quam tot tantaque diuersi generis excrementa ipsius alimenti, in diuersis corporis partibus existentis. Atque cum à natura omnino digeri, euinci expellique nitro Sulphureæ illæ & tartareæ impuritates non possint, viscera offerciunt: vnde grauissimorum morborum seminarium ac prouentus, vt vel hinc si libere fateri velimus quod res est, cum magno Hippocrate dicere cogamur: morbos & radices & semina in corporibus habere, quod ex prædicta vini & sanguinis analogia euidentissime patet: nam apparentibus nititur fundamentis, & ad sensum patentibus signis seu terminis quibusdam, neutiquam vero imaginatione quadam dubia effictis. Et quemadmodum videmus vernis temporibus, quando natura suos flores protrudit, vini feces ipsi vino permisceri, istud conturbare & sæpe corrumpere. Quemadmodum in calore eximio Solis aut æstatis æstu pars calidior sulphurea eiusdem vini, nempe Spiritus exhalari potest & solet: vnde eiusdem vini corruptio

nicht da ist / dieweil magstu deiner Würckung kein vertröstung haben / es sey denn Sache / daß dir die Natur das Ampt vertrette auß glücklichem Himmel: deiner Kunst halben were es alles vmbsonst. Nun muß das einmal ein rechter Grund seyn / der das Gifft hinweg nimpt / als dann durch die Alchimey geschicht. Id est, iam nihil considerandum est amplius medico, quam vt venenum dematur. Id per separationem fieri oportet: vt e.g. serpens venenosus est, & in cibum adoptatur. Si ipsi venenum demis, comedes nulla noxa. Idem de rebus cæteris vniuersis intelligendum est, videlicet simili separatione opus esse. Ea nondum facta de operatione tua securus esse non potes, nisi forte vices tuas natura suppleat, aut cœli maior benignitas faueat. In arte enim tua nihil præsidij superfuerit. Iam ergo tandem verum illud fundamentum sit oportet, quod venenum aufert: id quod Alchymia præstat. Hæc Paracelsus.

Cum igitur Alchimiæ opera venenum & impurum à salubri & puro in præparatione medicamentorum separare teneamur, Hermetici Philosophi iure correctiones vulgares, quæ, veneno manente & non separato, admixtione aliarum rerum fiunt, improbant. v. g. Veri Philosophi correctiones opij veteribus vsitatas, & per ingredientia adeo calefacientia factas reiiciunt: opium enim ipsum calidum est.

1. Quia sudorem prouocat: diaphoretica vero calida sunt Gal. lib. 5. de simpl. medic. facult. cap. 14.

2. Quia

tatem ignium, pro qua solutiones rerum variant, ponderat, & magna cum diligentia scrutatur. 7. Inter mineralia, vegetabilia & animalia exacte discernit. 8. Vnum genus cum altero non confundit. 9. Corrosiuis quae plane aliena sunt & à natura corporis soluendi, & à natura hominis, non vtitur, nisi à soluto corpore philosophice ea iterum separare queat. 10. non est auarus vt auro inhiet, sed in nominis diuini gloriam & proximi vtilitatem nullis parcit sumptibus, vt medicinam solam inueniat. 11. non est praeceps in operando, sed patiens, pro vt corporis in quo occupatur, natura requirit. & 12. diligenter operatur, eaq; quae Chymia ostendit, attente & studiose obseruat.

CONCLVSIO PRODROMI PHYSICI.

EXPLICAVI hactenus, candide Lector, qualitates, quae in sincerioris & secretioris Physices studioso requiruntur, vt & septem vias, quarum beneficio rerum naturalium non vulgarem cognitionem assequi queamus. Humana natura adeo firma & fortis non est, vt semper sine ductore veram incedere veritatis viam queat. Et qui viam veram nescit, ei monstranda est, vt certum scopum videat, ad quem collimet. Ego hic tantum, quantum potui, praestiti: &, quod scio, vias veritatis secretioris in Naturae scrutinio absconditae candide pro virili aperio. Alio tempore, si Deus oculos intellectus mei magis magisq; illu-

ſtrauerit, planiorem modum, Deo volente, cum ſincerioris Sophiæ ſtudioſo communicabo, nihil que celabo, quod ad Dei ſummum honorem & proximi vtilitatem cedere queat. Interea, ô ſtudioſi, & veræ doctrinæ filij (moneo verbis Seuerini) ite, vendite agros, ædes, veſtes, annulos, comburite libros, emite calceos, montes accedite, valles, ſolitudines, littora maris, terræ profundos ſinus inquirite: animalium diſcrimina, plantarum differentias, mineralium ordines, omnium proprietates, naſcendi modos notate: ruſticorum aſtronomiam & terreſtrem Philoſophiam diligenter ediſcite, nec vos pudeat: tandem carbones emite, fornaces conſtruite, vigilate & coquite ſine tædio: Ita enim peruenietis ad corporum proprietatumque cognitionem. In hoc naturæ Sanctuario curabo vt veræ naturæ ſpecimen à me illuſtratum habeatis.

Deus ille vnus, qui naturam creauit, & ea quæ per eam & in ea ſubſiſtunt, intellectum meum ad gloriam ipſius deprædicandam & ad proximum meum iuuandum miſericorditer illuminet.

AMEN.

PHYSICA HERMETICA

autore

HENRICO NOLLIO.

LECTORI.

TIBI qui prænimia ſapientia intumeſcis, non ſcripſi meos naturæ libros: Nihil enim ex iis proficies, cum ſapientia turgeas, ac proinde nihil amplius admittere poſſis. Vero tamen ſapienti, veræque ſapientiæ ſincero & ſecretiori ſtudioſo hæc, quæ ſcripſi, ſcripta volo: illi vt libere cenſeat & iudicet, occaſionemque inde habeat penſiculatius naturæ fontes conſiderandi & aperiendi: Huic, vt introitus verus in intimum naturæ Gazophylacium ipſi monſtretur. Scholaſticis inflatus nugis multas abſurditates, falſitates, contradictiones, paradoxa colliget: ille vero qui modeſte cum naturæ & gratiæ lumine mea ſcripta conferet, non omnia ad literam intelliget, ſed propter ſtolidos ſapientes & impios mundi ſeruos quædam tranſpoſita, quædam improprie dicta eſſe iudicabit, ne margaritæ porcis obiiciantur. Vtut hæc ſint, ſub vigeſimam lectionis & meditationis immenſæ repetitionem nucleus ſapientiæ naturalis ex hoc meo Sanctuario lectori ſincero ſe conſpiciendum offeret. Vulgaris Sophiæ principiis faſcinati nihil ſolidi vnquam exinde deguſtabunt. id, quod præmonendum duxi.

PHYSICÆ HERMETICÆ

LIBER PRIMVS.

DE CHAO.

CAPVT I.

De Hermetica Physica Definitione & Diuisione.

(a) I. PHYSICA (b) *Hermetica est* (c) *scientia, in qua* (d) *substantias naturales, quæ naturales &* (e) *harmoniam earum explicamus.*

(*a*) Physica deducitur à nomine φύσις, quod est natura: φύσις vero à verbo φύω, quod est nascor: quia naturæ vis & efficacia in generatione rerum ordinaria maxime elucet atque patet. Physicam ergo dixeris quasi naturæ scientiam: Naturam enim & ea, in quibus est, & quæ ex ea promanant, explicat. Definitur alias scientia rerum naturalium: sed ibi vox Physices pro habitu, quo quis aptus est scire naturam, & ea quæ cum ea sunt, & ex ea ortum suum habent, accipitur. Ego vero

vocem Physices pro Systemate, quod naturam & quæ ab ea comprehenduntur, docet, sumo. (b) *Hermetica* dicitur, non quod mea Physica ab vllius hominis arbitrio pendeat, atque tantum Hermetis placita recenseat, sed quod haud vulgari modo in explicatione rerum naturalium procedat, atque methodum Philosophandi secretiorem, cuius rudimenta saltem in fragmentis Hermetis Ægyptij, nempe in tabula eius Smaragdina alibi à me recensita obtinemus, amplificet, dataque occasione, quoad licet, illustret, vt sic seminaria medicinæ vniuersalis in hoc meo Systemate Physico sparsim insinuata & oportune proposita conspiciantur. De Hermete quis fuerit, cum nemine litem mouebo. Aiunt eum fuisse Regem Ægypti, Sacerdotem & Philosophum, atque inde appellatum fuisse *Trismegistum*. Quanquam & sunt, qui eum ideo Trismegistum nominatum fuisse contendunt, vel quia trium regnorum mineralis, vegetabilis & animalis exquisitam habuit scientiã, vel quia eruditione, virtute, dignitate & eminentia alios longe antecessit. Sufficiat mihi, quod eius doctrina naturæ maxime sit consentanea, atque digna, quæ summo in pretio habeatur. Philosophi qui Hermetem admirati & imitati naturæ viam insuetam iuerunt, Hermetici appellati sunt. Quia vero mortalium consuetudine neglecta solitudines quæsiuerunt, famæ popularis egregij hostes, commentariaque obscuritatum & ænigmatum plena reliquerunt, apud vulgus & populares mortalium cœtus memoriam famamque in totum amiserunt: vt vel hinc ipsorum

ſum nomina ad annales hiſtoricorum relata non fuerint: Semen nihilominus immortale & perenni multiplicatione in æuum duraturum reliquerunt: cuius producendi cum iam tempus præ foribus ſit, atque Deus mundo per ſuos miniſtros oſtendere velit, ingentes theſauros in Naturæ ſinu abſconditos, & in humani generis vtilitatem eruendos ſupereſſe, vbique ex omnibus mundi angulis ſapientes prodeunt, qui beneficentiam Dei teſtentur, atque naturæ ſinum inſolito dicendi genere aperiant. Quæ cum ita ſint, ſapientiæ ſincerioris amantiſſimus meum hunc conatum, quo naturalia in ordinem perſpicuum redigere annitor, non improbabit, ſed ſuo tempore & loco ea, quæ obſcuriore filo & ſtylo propono, dignis diſcipulis perſpicue ſine ænigmate declarabit, vt ſincerior philoſophandi ratio ex tenebris eluctetur, atque præ vulgari Philoſophia in lucem emergat. Qui vel vnam guttulam de ſapientia noſtra ſemel deguſtauerunt, illis ita lux affulgebit, vt nunquam ad caſtra Ariſtotelicorum ſomniorum & inane altercandi ſtudium, quod in Scholis hoc tempore tanquam præcipuum ad ſapientiam momentum admittitur & floret, redire cupiant. Philoſophi enim vulgares, vel teſte Lipſio in præfat. lib. de Conſtantia, in ſpinis argutiarum aut laqueis quæſtionum male dediti non aliud quam ſubtili quodam diſceptationum filo texunt eas & retexunt. Hærent in verbis aut captiunculis: & ætatem totam in aditu Philoſophiæ verſantur, adyta eius nunquam vident. Habent eam vt oblectamentum, non vt remedium.

& instrumentum vitæ maxime ſerium, vertunt in ludum quendam nugarum: Hæc Lipſius. Aliorum cogitatis cenſendis & iudicandis qui integrum ſtudiorum curſum impendent, & vanitatibus iſtiuſmodi delectantur, procul à lumine abſunt, & tenebris rationem impletam ſecum gerunt. Noſtra Philoſophia lucis plena eſt. In luce qui ambulat, gaudet in ea, &, ſi ex inſperato tenebræ ipſi obiiciuntur, deterretur ſubito & fugit eas. (c) *Scientiæ* vox hic non notat habitum demonſtratiuum, quo vel ex cauſis vel effectis aliquid alicui ſubiecto ineſſe probare apti ſumus: nec actum ſciendi ſignificat, vt alias fieri ſolet, nec propriam agendi & patiendi poteſtatem denotat, vt aliquoties apud Paracelſum & cæteros Philoſophos legitur: ſed ſyſtema, in quo ſaltem contemplatio rerum proponitur. (d) Subſtantias naturales cum Harmonia ſubiectum Hermeticæ Phyſicæ facio, non corpora: Sunt enim & Spiritus naturales, quæ corpora non ſunt, & tamen in Phyſica declarari debent. Harmoniam includo: quia per huius ſingularem explicationem Phyſica Hermetica à vulgarium Phyſicorum ſyſtematum commercio ſe ſeparat: Hermeticæ enim & ſecretioris ſapientiæ ſtudioſorum proprium hactenus fuit, harmoniam ſibi reſeruare, & in arcana Naturæ ſumma cum delectatione & quiete intueri. Vulgus quidem ſibi Harmoniæ cognitionem tribuere videtur: Verum harmonia vulgi non eſt harmonia, ſed tantum vmbra eius, vt omni ſtudioſo qui per primam ſapientiæ portam in ſecretiſſimum Naturæ ſacratium intrauit, liqui-

liquido vel in ipso limine constitit. (e) Quid sit harmonia, in vltimo libro huius systematis Physici bunde percipietis.

2. *Physica Hermetica est vel simplex vel harmonica.*

Doctissimus ille Philosophus Ioan. Henricus Alstedius in illustri schola quę est Herbornę Nassouiorum, Professor (cuius ego honoris & amoris ergo iure mētionem facio) illam appellat Diacriticam, hanc Syncriticam. Et non inconcinne. Diacritica enim dicitur παρὰ τὸ διακρίνειν à discernendo, quia in simplici physica vnum corpus ab altero discernitur. Syncritica vero παρὰ τὸ συγκρίνειν à conferendo, quia harmoniam explicat omnis collationis fundamentum.

Capvt II.

De aqua primæua.

1. *Physica simplex est, quæ Chaos, Elementa, & Elementata absque harmoniæ explicatione tradit & exponit.*

Simplex dicitur, quia discrete absque concentus, qui in iis est, explicata & perspicua tractatione naturalia declarat.

2. (f) *Chaos est* (g) *corpus ex aqua, igne viuifico actuata* (h) *constans, eoq;* (i) *fine consistens, vt omnia quæ mundo comprehenduntur, ex eo per verbum Dei producerentur.*

(f) In S. literis legimus, quòd DEVS creauerit cœlum, terram & aquam, atque post ab aqua terram seiunxerit. Vnde ita argumentari lubet. Illa quæ separantur à se inuicem, antea coniuncta fuere. Cum ergo terram ab aqua DEVS separauerit, terra & aqua vnam constituere massam, quam Chaos appello. Ex hac massa non excluditur cœlum, quippe ipse diuinus Moyses in principio Genes. 1. cœlum, terram & aquam coniunctim ponit. Addo quod DEVS vers. 5. cap. dicto lucem à tenebris separasse dicitur. At tenebræ fuerunt in abysso terræ vers. 2. Ergo & lux in abysso terræ fuit abscondita: Secus si esset, lux à tenebris, quæ in abysso fuerunt, non potuisset separari. Vnde cum lux sit de cœli natura, cœlum terræ immixtum fuisse: & cum ea confusum Chaos sub initium constituisse nemo negare debet. Præterea conspiratio rerum inter se mutua & Elementorum in se transmutationes euincunt Chaos fuisse, & iam in Elementis & Elementatis delitescere. Chaos dicitur alias mysterium magnum indeterminatum & informe, & est diuinior essentia singulis Elementis diuinitus insita ad eorum, qui in iis viuunt, vitam fouendam. Ex hoc Chao spiritus rationales in Elementis habitantes suum nutrimentum hauriunt.

(g) Chaos corpus dicitur: 1. Quia tres dimensiones habuit: in ipso enim profunditas fuit, vt patet ex Genes. 1. vers. 2. At profunditas reliquas duas dimensiones longitudinem & latitudinem præsupponit. 2. Quia tenebræ in Chao fuerunt: at tenebræ omnes è corpore crasso, obscuro

ſcuro & denſo tanquam è radice & origine ſua fluunt. 3. Quia ſpiritus naturales ex Chao facti ſunt: Sed omnis ſpiritus naturalis ex corpore oritur. 4. Quia corpora per ſeparationem diuinam è Chao educta fuerunt. Chaos vero aqueum corpus eſt: quare Græcis etiam ὕλη dicitur: Quæ vox & materiam & aquam denotat, Aquam ex priſcorum Syrorum vſu: Materiam ex Græcorum conſuetudine. Confirmat Scalig. exerc.39.

(*h*) Participium præſens hic habet præteritam ſignificationem, & ſumitur pro eo quod conſtitit. Similiter participium *conſiſtens* paulo poſt accipitur.

(*i*) Finis hic ex creatione mundi Geneſ. 1. recenſita dilucide nobis patet. Ea enim quæ ſub initium creationis confuſa erant, poſtea à Deo inter ſe ſeparata fuerunt, vt ex iis omnes mundi ſpecies diſtincte verbo Dei fierent.

Obſeruatio.

DEVS ignis & lux eſt: in cuius eſſentiæ imperſcrutabili abyſſo latitat punctum caliginis, quod eſt potentia creandi id, quod opacum & tenebricoſum eſt. Id punctum caliginis cum in Deo ipſo non prodire, neque in ipſius eſſentia maculam & tenebras præ æternæ & maieſtaticę lucis eminentia mouere poſſit (apud ipſum enim nulla eſt viciſſitudo tenebrarum & lucis, ait D. Iacobus Epiſt. ſuæ c.1. Deus lux eſt, & in eo tenebræ nō ſunt. 1. Iohan. 1.) Deus creauit Chaos, in quo tenebræ & lux,

& lux, & calor & frigus, ignis & aqua, perspicuũ & opacum tanta vnione inter se vincirentur & vnirentur, vt nulla creatura, quæ ex Chao producta est, tenebrarum fonte & lucis splendore careret. Chaos hoc est omnium creaturarum, tam superiorum quam inferiorum prima materia & subiectum; ac proinde Deus ex eo primum domicilia & habitacula creandorum fecit, vt cæteræ creaturæ inde haberent id, in quo conuenienter consistere potuerint; inferioribusque inferior, & superioribus superior locus concederetur. Post DEVS eduxit primum subtilissimas naturas, vt subtilissimum habitaculum sua inhabitatione incolerent, crassissimas, vt crassissima elementorum corpora occuparent, ac tandem intermedias, vt intermedia de corporis & spiritus natura fere æqualiter participantia loca possiderent. Obscura tibi, Naturæ sincerior studiose, si hæc sunt, en clariori stylo eadem euoluta habe. DEVS è chao creauit supremum, infimum, & intermedium: Supremum summa subtilitate, puritate, luce, constantia & eminentia beauit: infimum vero summa crassitie, impuritate, opacitate, inconstantia & humilitate donauit: intermedium autem intermedio statu ditauit: ita tamen infimum se habet, vt omnium superiorum creaturarum vires sub se occultet, atque id, quod superiores creaturæ sunt actu & manifesta forma, inferiores creaturæ idem sint potentia, & occultata essentia. Supremum ita è Chao factum est, vt nihil sit in inferiori, cuius naturam & virtutes in se non habeat. Id quod superio-

ſuperiores eſſentiæ ſunt exterius, illud idem ſunt inferiores naturæ interius: Et quod inferiores ſubſtantiæ ſunt exterius, illud ſuperiores ſunt interius: Sed tamen hæ duæ diuerſæque creaturæ æqualiter id, quod in ipſorum viribus eſt, è ſe exerere nequeunt: Superiores enim creaturæ rationales omne id poſſunt, quod inferiores, ſine vlla exceptione, ſi modo voluerint: contra inferiores tamen haud exercere poſſunt vires ſuas propter tenebrarum maiorem copiam ſibi inſitam, ne id, quod Angeli ſua virtute diuinum præſtare & efficere valent, producant, & vere imitentur, niſi inferiores creaturæ ex altiſſimo irradientur, cœleſtibusque & diuinis virtutibus exornẽtur. Quod ad ſuperiora adſpirat, diuinaq; opera tractare cupit, ſuperius & diuinum vt fiat neceſſe eſt.

3. *Circa Chaos tria maxime conſideranda ſunt, Aqua nimirum, Ignis viuificus, quo aqua illa* (k) *actuatur, & modus, quo è Chao Entia producta ſunt.*

(k) Ad productionem Elementorum & Elementatorum, Deo dicente, diſponitur & impræ gnatur.

4. (l) *Aqua quæ in Chao primum conſideratur, eſt* (m) *corpus liquidum informe, quod propter ſummam imperfectionem per ſe ad aliquam perfectam ſubſtantiam producendam idoneum non eſt, nec ſufficit: ſed ad perfectionem rerum* (n) *aliarum ignem quendã viuificũ requirit.*

(l) Aqua

(*l*) Aqua hæc distinctionis ergo aqua primæua dicitur: & ideo primæua. 1. Quia ante aquam elementarem extitit. 2. Quia in prima creatione Deus elementa & elementata ex ea creauit.
(*m*) Chaos cum sit substantia ita corporea, vt sibi inclusum habeat ignem, illud ex corpore & spiritu constitisse liquet: Aqua enim è qua constat, habet rationem corporis, & ignis propter admirandam eius subtilitatem, & euidentem efficaciam spiritus nomine recte insignitur: Omnium ergò rerum remotissima materialia principia erunt duo: Corpus & Spiritus. Quod tamen ita intelligendum esse arbitrator Naturæ studiosus, quod corpus & spiritus inter se summe conspirent, atque vnius forma in alterius statum propter essentiarum conuenientiam permutari queat, nisi indiuidualem Naturam, omnis mutationis expertem, diuini numinis ordinatione id quod spiritus est (vt & id quod in corporis naturam constantissimam abierit) adeptum sit. Si autem quærere tibi libuerit, quam ob causam materiam vniuersi ex corpore & spiritu constare oportuerit, respondeo tibi, id eo fine factum esse, vt tam crassæ substantiæ quam subtiles spiritus ex Chao creari potuerint. (*n*) Dico *aliarum*: quia ad sui perfectionem non indiguit igne viuifico, id est, ad perfectionem suam, qua debuit materia igni subiecta esse, non opus habuit igne: quippe imperfectio aquæ primæuæ fuit ipsius perfectio: Si enim ita aqua illa imperfecta non fuisset, ex ea nihil produci potuisset.

5. It

5. In aqua primæua quatuor fuerunt (o) *radicales & (p) primæ (q) potestates, (r) frigiditas & humiditas, (s) crassities & impuritas. A frigiditate & humiditate aquæ primæuæ omnis est* (t) *cruditas &* (u) *indigestio: A crassitie vero & impuritate eius omnes* (x) *tenebræ.*

(o) Radicales appellantur potestates, quia in intimis aquæ penetralibus & visceribus radices egerunt. (p) Primæ nominantur, quia omnes alias potestates, virtutes & tincturas in elementis & elementatis existentes, quæ aliquid imperfectionis important, originaliter antecedunt.

(q) *Potestates* vocantur, quia per eas aqua primæua potis est ad rerum productionem suum conferre momentum, quod etsi per se est incompletum, tamen igni viuifico quando actuatur, Deo disponente perfectionem aliis rebus conciliare potest.

(r) Frigiditatem & humiditatem hanc intelligimus, 1. per analogiam qua frigiditatem eam cum hyemis primaria qualitate & humiditatem cum maris riuorum & fontium liquoribus conferimus. Alias quia primæ potestates aquæ primæuæ sunt, difficulter definiri possunt. 2. per oppositionem, quia ex ignis potestatibus cognoscuntur.

(*s*) Crassities est inconstans & rudis densitas. Impuritas quid sit, per se patet.

(*t*) Hinc humiditas & frigiditas relollaceę potestates, quæ vim digestiuam nesciant, sed digeri

atque

atque ſub igne occultari appetant, vt hac ratione tandem aliquando conſtantiam impetrare poſſint, nuncupantur. (*u*) Ex indigeſtione iſta aquæ Chaos dicitur indigeſta moles & maſſa cruda, quia ſub initium creationis frigiditas & humiditas in Chao dominabantur, ac proinde plus erat aquæ quam ignis, non virtute ſed mole. (*x*) De tenebris iſtis apud Moſen Geneſ. 1. verſ. 2. legitur. Tenebræ vero ſunt radii ex obſcuro & impuro aquæ primæuæ puncto effluentes in elementa in Chao latentia. Deus vt corpus condidit craſſum; ita quoque illud, quod cum craſſo corpore eiuſdem naturæ eſt, è corpore ſpiritualiter effluere atque ab eo inſeparabiliter pendere voluit, vt id, quod anguſtia craſſitiei ſuæ paruum occupat ſpatium, radiorum tenuiorum effuſione & emiſſione plura conquirat loca in vſum plurium.

Axioma.

Aqua vt fœmina per ſe frigida, & ad generationem inepta eſt, niſi excitetur calore & motu ignis ſui, tanquam agentis maſculi: à quo vt initium generationis capit, ſic perfectionem & finem nanciſcitur.

Aqua etſi per ſe perfecta eſt qua aqua, tamen quia plures aliæ formæ & eſſentiæ ex ignis inſiti variis & diuerſis tincturis atque poteſtatibus ipſi imprimi & infigi ad vberiorem perfectionem acquirendam debuerunt, imperfecta cenſetur, & vicem fœminæ gerit, vt quæ à variis & multipli-

cibus ignis scientiis tanquam à multis masculis impraegnanda erat ad rerum naturalium productionem.

CAPVT III.

De Igne primæuo.

1. AQuæ primæuæ vmbra adumbrata, Ignis (quo illa aqua ad productionem rerum intime impraegnatur, & radicaliter ad fæcunditatem conciliandam diffuse tamen per omnes partes informatur) iam explicandus est.

2. Ignis hic dicitur, 1. ignis primæuus, quia in Chao fuit, quod omnia quæ ex eo sunt, antecedit, 2. ignis viuificus, non tantum quod aquā primæuam viuificet, sed quod alia omnia ex Chao producta inde viuificentur, 3 ignis naturæ, virtutis, sapientiæ, quem Hermes Solem & animam, alii animam mundi & spiritum vniuersi appellant.

3. Ignis primæuus est spiritus per vniuersam primæuam aquam subtiliter diffusus, vt eam ad suscipiendum varias variarum specierum formas disponat.

Axiomata.

I.

Ignis primæuus separatim extra aquam non subsistit.

Radices enim egit in aqua, in qua tanquam in elemento & matrice propria habitat.

Consectarium.

Itaq; Elementis & Elementatis inest per aquæ primæuæ communicationem.

Vnde aqua primæua est quasi vehiculum, quo in naturalia corpora spiritus vniuersi igneus trans-fertur & immittitur.

II.

Ignis primæuus per se sine externo subsidio suas virtutes & operationes exerere non potuit.

1. Quia aqua ipsi dominata fuit sub initium. 2. Quia impuritate terræ immixta operationes ignis in aqua præpeditæ & repressæ fuerũt. 3. Quia creatio Elementorum & Elementatorum à Deo facta est.

III.

Deo Chaos mouente per Verbum suum ignis operari cœpit.

1. Quia motione ea ignis, qui primum radices superficiarie in aqua egit, magis magisque in intimum sinum se insinuauit. Id quod operationis initium fuit. 2. Quia Spiritus Domini Genes. 1. latus dicitur super aquas. 3. Quia quando DEVS dixit: *Fiat*, omnia facta sunt. 4. Quia omnis ignis motu excitatur. Lima qua ferrum cõminuitur, incalescit. Corpus hominis laborando calorem sibi adauget. Ignis externus internum motu suo prouocare potest.

IV.

Impreßione diuersarum tincturarum ignis primæuus in diuersas egit species.

Tincturæ hic dicuntur punctuales & astrales potestates, quibus ignis omnia, etiam inter se diuersissima præstare potest. Tinctura ergo est instar puncti essentialis, è quo veluti è centro radii exeuntes multiplicantur ad operationes perficiendas. Cũ vero eiusmodi radii in se operari nequeãt, quia vbiq; sibi similes sunt, à quecum corpus datur quod ipsis secundum proprietates dissimile est, vt ex eo & igne disponente Dei Verbo, res producantur.

V.

Ignis primæuus corpus non est sed illud aliunde assumit, atq; ad suam naturam, tincturarumque varietatem varie disponit.

Ignis primæuus in corpore est, illudque ad vlteriorem perfectionem spiritualiter disponit & prędestinat: ac proinde corpus non est. Illud enim quod alicui corpori intime implantatum est, atq; spirituali modo perfectionem eidem affert, corpus esse non potest. Siquidem talis est essentia, qualis est modus, qui ab essentia ea fluit.

VI.

In corpore quod est constans & purum, spiritus vniuersi potentius habitat, quam in corpore minus constanti & puro.

Sic in Sole & auro Spiritus vniuersi potentius habitat, quam in Luna & argento. Erue eum ex iis, & habebis lapidem Philosophorum.

VII.

Ignis primæuus omnium rerum ideas in se habet, & pro virtute imaginationis suæ per diuinum Verbum impressæ secundum eas ideas seminum rationes varias in se recepit.

Ignis primæuus diuina res est, & aquæ primæuæ indita, vt eam exaltaret & ad varias rerum formas suscipiendas aptam redderet: vnde virtutem intellectualem igni primæuo Deus insinuauit, vt ex aqua illa creaturæ rationales postea creari potuerint, quibus naturæ regimen debitum committeretur. Tincturis infinitis eiusmodi ignis dotatus fuit, vt infinitæ ipsius potestates postea in diuersissimis rebus prodirent & luci prostituerentur ad amplificandam DEI Magni gloriam. Tincturæ eæ seminum appellantur rationes, quæ secundum ideas in anima illa mundi existentes formabantur ad variarum virium exertionem & editionem. Si sane ignis ille primæuus absq; aqua extitisset, per se perfecta creatura intelligens mãsisset, & Dei admirandum habitaculum fuisset. Deus vero per illum aquam tanquam indigniorem substantiam eleuare & ad perfectum exaltationis gradum prouehere volens illum aquæ inclusit, & ex aqua illa & igni primum subtilissimas naturas produxit, atque in omnium supremum locum eminentissimamque dignitatem cõstituit, fecitque eas sui habitaculum gratiosum, vt in iis gloria eius eminentissima ante omnia illucescerer, & æternum gloriosum eius nomen celebraretur. Hæ creaturæ præstantissimæ sunt mun-

dus

dus angelicus, de quo capite 1. libri sequentis, Spiritusque sancti & quoad essentiam, & quoad vitam purissimi in vna Dei voluntate immobiliter acquiescentes. Post has substantias excellentissimas mundum inferiorem cœlum sidereum inferioraque elementa cum omnibus Elementatis, quæ in eo macrocosmo existunt, Deus condidit, & omnis generis venustate & præstantia ita condecorauit, vt ille qui aquilinis oculis ad huius mundi supremum apicem & profundam lucis in eo contentæ abyssum pertingere valet, non possit non mirari tanti opificis prudentiam, infinitamque sapientiam, & perpetuas ei decantare laudes.

4. In igne primæuo quatuor consideranda sunt radicales & primæ potestates, (a) *caliditas &* (b) *siccitas,* (c) *tenuitas &* (d) *puritas. A caliditate & siccitate omnis maturitas, &* (e) *digestio: à* (f) *tenuitate vero & puritate eius omnis* (g) *lux dependet.*

(*a*) Caliditas est potestas, qua ignis primæuus aquam fouet, & productioni rerum idoneam reddit. Hæcque est omnis caloris in Elementis & Elementatis fons & origo. (*b*) Siccitas hæc est fundamentum constantiæ in creaturis, quemadmodum ex humiditate cruda creaturæ mutationem subire coguntur. (*c*) Tenuitas est ignis maxima subtilitas, qua aptus est densissima corpora penetrare. (*d*) Puritas ignis omne illud, quod de ignis natura non est, excludit: vnde ignis potens est omnes impuritates corporum propulsare

atque separare. Cum ergo purum & impurum in vno corpore perpetuum stare non possint, ignis quia purus est, ac proinde potentior, calore suo impurum separare annititur, vt illud corpus, in quo ignis est, perpetuam acquirat constantiam & durationem. (*e*) Digestio est ignis calidi & subtilissimi intima per corpus penetratio, qua dissoluit illud, vt impurum inde separari & extrudi queat. Dissolutio fit, 1. quando purus ignis puritati corporis se coniungit, atq; postquam purum & idoneum subiectum, in quo tanquam proprio domicilio habitat, adinuenit, impuritates admixtas fortiter adoritur, vt ex eiusmodi conflictu necesse sit corpus corrumpi. 2. Quando impurum & purum in corpore diuiduntur, atq; impurum per conuenientia emunctoria & poros sine corporis destructione expellitur. (*f*) Tenuitatem intellige non simpliciter, quatenus tenuitas est, sed quatenus in se habilitatem obtinet, qua ignis in se coire & condensari potest. Tenuis enim ignis quando in se coiuit & coagulatur, in lucem efformatur, vt radios & lumen de se effundere possit. Tenuitas ignis in suo statu tenui manens radios emittere non potest, sed potius causa est, vt alii radii corpus, in quo ipsa tenuitas est, penetrare queant. (*g*) Lux est ignis è circumferentia ad centrum reductus, id est, ignis ex tenuib. & puris radiis primæui ignis in vnum angustum corpus coarctatis & condensatis productus. Lux à lumine differt tanquam causa ab effecto homogeneo. Lumen ergo est ignis è centro ad circumferētiam illustrandam protensus, i.e. ignis ex igne condensato

to effluens in proxime adiacentia peruia & tenuia corpora, vt ea illustret.

5. *Ignis primaeuus nihil aliud est, quam Natura ipsa, quae Aristoteli definitur principium (h) motus & (i) quietis in eo, cui inest per se, & non secundum accidens.*

(*h*) Principium motus dicitur, quia à natura & ab igne interno quodlibet corpus, quod ab externa causa non mouetur, mouetur. (*i*) Natura principium quietis est. 1. Quia ignis per se si in alieno & inconstanti corpore non est, quietissimus est, cum proprio habitaculo valde delectetur. 2. Quia à corporibus densis se includi patitur, neque nisi violentia ex iis elicitur, vt vel hinc videamus ignẽ delectari quiete. Quod vero in hisce inferioribus adeo tumultuari & moueri videatur, non mirum est, quia ignis constans & perfecta natura est, & non delectatur habitaculo inconstanti & imperfecto, vt vel hac de causa ad superiora adspiret, atque in iis, quia ignea & constantia sunt corpora, quietem sibi inueniat. At obiicis, superiora astra, quæ ignea merito habentur, citissimo motu ferri: Respondeo: Deus qui ignem impuris hisce Elementis inclusit, noluit tam præstantissimam creaturam per impuritates terreas ad perpetua secula detineri, ac proinde ipsi in subsidium mittit superiorum influentias, vt tandem per varias mutationes & alterationes ex omnibus feculentis vinculis ereptus redeat ad puritatem summam, atque cum superioribus perpetuam possideat constantiam. Quod sane sine motu superio-

rum fieri non potuit. Frater æquo animo ferre nõ potest, vt frater in vincula coniectus pereat, sed omnia media meditatur, quibus inde eripiatur. Sic & ignis superior vbi in impuritatum sentina ignem inferiorem occultum esse persensit, à DEO impetrauit vt ei subsidio veniret, &ad se tanquam ad puritatis fontem perduceret. O magnum mysterium! Deus aperiat omni sincerioris sapientiæ sincero studioso animum, vt bene intelligat & lumen lumine videat. Amen.

6. *De Natura hæc obseruabitis axiomata.*

I.

Natura nihil facit frustra.

Omnia enim, quæ facit, propter hominem facit, 1. vt ex iis homo Deum cognoscat, 2. eum perpetuum ex ea cognitione collaudet, nomenq; ipsius prędicet, 3. ea ad vsum sibi applicet, & 4. proximum suum per ea iuuet, atque sic dilectionem suam in Deum & proximum re ipsa ostendat.

II.

Natura nescit errare in suo officio, Sendiuog. de Sulph. p. 21.

Nam quia simplex est, simpliciter etiam operatur, nisi externa violentia & arte simplex eius motus præpediatur.

III.

Natura suos natos non destinat interitui, sed perpetuitati.

Scilicet per se: Quamuis per accidens fiat, vt ea quæ à natura fiunt, destruantur & interire videantur. Dico per accidens; quia quando corpora quædam

quædam corrumpuntur, eo fine non corrumpuntur, vt non sint, sed vt in meliorem statum proue- hantur.

IV.

Naturæ beneficio omnia, quæ hoc in mundo continentur, conspirant.

Spiritus enim vniuersi, qui corporibus huius mundi implantatus & insitus est, vbique idem est, & in se non variat, licet operationes & vires eius propter tincturarum diuinitus in creatione inditarum diuersitatem sint diuersæ, ac proinde Spiritus subiecta, in quæ agit, varie pro habilitate ipsorum disponat: Vnde fit, vt natura non omnia, quæ potest efficere, in quolibet subiecto propter ipsius inhabilitatem efficiat. Siquidem agens non agit nisi in subiecto idoneo, &, dicente Scaligero exercit. 16. sect. 3, receptiuum non recipit per modum imprimentis, sed per modum receptiuitatis. Itaque quia vi insiti seminis & ordinationis Dei corpus quodlibet, in quo est natura seu Spiritus vniuersi, non est aptum in se vires naturæ vniuersas suscipere, atque organum fieri omnium actionum, quæ ignis primæui infinitis potestatibus tinctam essentiam comitantur, particulæ virium ipsius naturæ hic atque illic conspiciuntur dispersæ, ita tamen vt in quibusdam corporibus copiosiores, in quibusdam pauciores reperiantur. Verum non potest non fieri, vt cum Spiritus vniuersi in omnibus idem sit, etiam easdem in diuersis corporibus sæpissime exerat operationes, ac proinde conspiratio rerum

in vno isto Spiritu se ostendat. Vnde signaturæ oriuntur, de quibus antea in prodromo Physico disseruimus.

V.

Natura non prius operatur, nisi quando illi materia porrigitur.

Prima materia à Creatore, secunda à Philosopho. In operatione vero Philosophica natura habet excitare ignem, qui à Creatore occulte in centrum cuiuslibet rei occlusus est. Talis ignis excitatio fit per velle Naturæ, aliquando per velle sagacis artificis naturam disponentis. Sendiu. de Sulph. p. 30.

VI.

Quo aliquid in natura nobilius est, eo etiam & facilius & simplicius.

Quoniam omnis veritas simplex est. Deus altissimus conditor rerum nihil difficile posuit in natura. Si igitur vis esse imitator naturæ, tibi suadeo, vt in simplici via naturæ maneas: tum omnia bona inuenies. Sendiuog. in præfatione tractatus de sulphure.

CAPVT IV.

De modo, quo Entia producta sunt è Chao.

1 ETSI de modo, quo Entia è Chao orta fuerint, in Physicis haud tractandum esse videatur, quia plane diuinus est, & Naturæ regulam

lam longe ſuperat, tamen mihi non inconueniens viſum fuit, aliquid de modo eo proponere & explicare: & quia modus ille ex primo capite Geneſeos nobis patet, & quia Hermetis filii eum in productione perpetui mobilis ex diuino indultu auxilioque optime imitari didicerunt.

2. Creato ergo Chao Deus aquam primum ſtatuit tenebris denſiſſimis perfuſam & circumfuſam, vſque dum lucis portionem primam tenebricoſo iſti corpori infuderit, quod tenebras ad centrũ aquoſæ illi primæ materiæ compulerit, atque ea ratione effecerit, vt Spiritus ipſius in ſuperficie aquarum ſe oſtenderet. Hinc Deus ſeparans lucem à tenebris, tenebris infimum & medium locum per verbum ſuum adſignauit, luci vero ſupremam ſedem deſtinauit. Vbi quia propter ſummam imperfectionem primæ illius materiæ Deus Chaos nigerrimum ſumme vna vice perficere luceque verbi ſui illuſtrare noluit, ſecundo lucem verbi ſui, vt legitur Gen. 1. verſ. 6. inſinuauit, & ſubtiliſſimum è Chao ſeu aqua illa primæua extraxit, atque per interpoſitionem firmamenti à corporeis aquis ſeparare voluit, idque eo fine, vt ex ſubtiliſſima illa aqua cœlum inferioreſque creaturæ Spiritum ſuæ conſeruationis haberent, & ſic continuo per firmamentum ratione ſpirituali inferioribus creaturis communicaretur. Quoniam autem hac lucis eſſentia mundus non potuit eſſe contentus, tertiam lucem verbi ſui Deus materiæ primæ inſpirauit, & aquas inferiores à terra ſecernere voluit: Nec

hoc

hoc sufficiebat: nam lucis vis terræ penetralia intima permeare debuit, vt quarto gramen, arbores, & herbas fructiferas secundum distinctas species proferret. Insuper aliam lucem verbi sui quinto superaddidit, & firmamentum cœli, quod ad separandas aquas superiores ab inferioribus secundo creatum erat, luminibus, quæ influentias suas ad conseruationem fructuum terrestrium emitterent, dies noctesque discernerent, & essent in signa cum tempestatibus, tum diebus & annis, decorauit. Ne vero aquæ separatæ relinquerentur vacuæ, Deus præterea lucem verbi sui eis incorporauit, vt pisces inde fierent, & in eis tanquam in propriis domiciliis versarentur, prætereaque volatilia ex eis producerentur. Quod quia bonum erat, Deus etiam vltimo terram luce verbi sui beauit, & ex ea animalia produxit terrestria, & inter ea nobilissimã creaturam hominem totius macrocosmi clausulam & compendium, illumque & naturalibus & supranaturalibus virtutibus mirabiliter condecorauit.

3. Ad hunc modum Philosophi secretiores accipiunt aquam cœlestem, illamque bene purgatam includunt vitreo vasi rotundo, & primum olei sui benedicti & incombustibilis vnã guttulã immittunt, & sic faciunt successiue apparere tenebras super omnem abyssum: Deinde duas guttulas insinuant, & tum tenebras à luce separant, & tandem successiue paulatimque tres, quatuor, quinque, sex guttulas inserunt, efficiuntque vt omnia cum singulari iucunditate & admiratione

ne appareant, quæ Deus in prima creatione mundi intra sex dierum spacium creauit. In huius rei confirmationem placet verba, obscuro tamen stylo scripta autoris, qui apertam arcam arcani artificiosissimi conscripsit, & absque omni dubio scientiam L. Philosophici habuit, subnectere, & veritatis amanti consideranda proponere: Verba autem eius hæc sunt: Wir sambleten ein groß Faß mit Regenwasser/ liessen dasselbe seine Zeit putreficiren / darnach haben wir per cohobationem das klare blawechtige à fecibus separirt / vnd in ein rein Hölzenes offenes Züber / Kübel oder Bütten gethan vnnd an die ☉ gesetzt/ als bald ein tröpfflein Olei nostri benedicti & incombustibilis hinein tropffen lassen: da kamen successiue tenebræ super omnem abyssum, gleich wie am ersten Tag der Schöpffung geschehen/ demnach 2. Tröpfflein / da hat als bald das Finster vom Liecht sich verloren vnd geschieden Entlichen haben wir mit weil vnnd der Zeit gelegenheit 3. 4. 5. 6 Tröpfflein hinein gethan; Nach dem allem ist erschienen vnnd herfür kommen sehr lieblich vnd verwunderlich alles was in prima creatione mundi in sechs Tagen geschaffen vnd gemacht ist / mit allen vmbständen vnd vnaußsprechlichen Herrligkeiten: auch dermassen daß mir solches zu erzehlen Sinn vnd Vernunfft gebricht / vnnd benommen wirdt: vnd gebühret mir auch hie von nicht weiter zu reden. Dahero sagt Hermes in tab. Smar. recht:

Ita mundus creatus est.

LIBER

LIBER II.
DE ELEMENTIS.
CAPVT I.
De Elementis in genere.

1 C*Hao explicato ad Elementa progredimur.* Elementa enim quia per separationem diuinam ex Chao proxime prodierunt, proxime etiam post Chaos explicanda sunt.

2. (a) *Elementum est* (b) *corpus* (c) *è Chao separatum,* (d) *vt ex eo &* (e) *in eo elementatum consistat.*

(*a*) Elementi vox ambigua est. 1. In genere idem est, quod principium alicuius rei. Sic literæ Elementa appellantur, quia sunt principia syllabarum & dictionum. Semen Elementum dicitur, quia ex eo aliquid per generationem oritur. 2. Pro subtilissima natura, qua Elementa postea à me explicanda intus imprægnantur, & ad conseruationem totius mundi disponuntur: in qua omnium rerum semina & virtutes spiritualiter latitant. In hac significatione doctissimus Seuerinus frequentius vocem Elementi vsurpat. 3. Pro eo corpore accipitur, quod tanquam genus sub se concludit ignem, aerem, aquam & terram, vt in hoc loco. (*b*) Corpus est, quia in se corpora gerit atque sustinet, atque quæ ex eo originem suam sumunt, corporis naturam vt plurimum induunt, atq; si non induunt, tamen ita se habent, vt induere possint. (*c*)E Chao quia Elementum est, igni

igni & Spiritu vniuersi ditatum est, ac proinde vitali validaque potestate munitum. (*d*) Quia ex eo Elementatum consistit, illud in Elementato necessario existit. (*e*) Vnde Elementum recte appellatur locus, matrix, domicilium, quod semina generationi consecrata foueat, digestis temporibus fulcitet, ad maturitatem promoueat; & emeritis receptaculum concedat immutabili quiete beatum. Sendiuogius Elementa appellat quatuor status mundi ex Chao in creatione mundi à diuina sapientia separatas, quę hanc machinam mundi per suum actum contrarium in æqualitate & proportione teneant, ac virtutum cœlestium inclinatione omnes res infra & supra producant.

Annotatio.

Elementorum doctrina non exigui momenti est: Eam si bene tenueritis, secretorum mysteriorum in Naturæ abysso latentium sinum vobis apertum videbitis. Sine Elementis neq; Naturam, neq; nosmetipsos cognoscimus. Drebel. Omnis inquisitor, ait Sendiuogius in conclusione tract. de Sulph. huius artis debet in primis maturo iudicio quatuor Elementorum creationem, operationem & virtutes cum suis actibus examinare: Si enim horum originem & naturam ignorat, ad cognitionem principiorum non perueniet, nec materiam veram lapidis cognoscet, multo minus finem bonum assequetur.

3. De Elementis notabitis hæc axiomata.

I.

Elementa ita inter se conspirant, vt vnum in alterum facile transmutari queat.

1. Quia

1. Quia elementorum eadem est proxima origo & materia, cum ex Chao singula constent, atque ex eo separata fuerint. 2. Quia videmus ex terra aquam, ex aqua aerem, ex aere ignem fieri. Ex terra tum fit aqua, quando aqua calore, qui in centro terræ est, specie & forma vaporum intima terræ penetralia permeat, atque eam subtilitatem in se recipit, ita vt inter aquam & terram nulla appareat differentia. Hæc terra in aquam resoluta quando ad terræ superficiem delata est, calore Solis ad mediam aeris regionem eleuatur, ibique aliquandiu decocta impuritates alienas reiicit, & in ignem conuertitur, vt inde tonitrua, coruscationes & fulmina fiant. 3. Quia Philosophorum experientia re ipsa idem confirmat. Vnde Alexander libro secretorum: *Si conuerteris Elementa vnum in aliud, inuenies quod quæris.*

Et Sendiuogius sub finem Epilogi: Qui optatum desiderat finem, sciat conuersionem Elementorum, & leuia facere ponderosa, & Spiritus facere non Spiritus: tum non laborabit in re extranea. Commodissime hoc explicat Cornelius Drebel. c. 10. lib. sui de natura Elementorum: vbi in hæc verba fatur: Wir machen von Wasser Erden/ durch Krafft deß Fewers: Fahren weiter fort/ wie die Natur/ machen die grawe Erde weiß klar vnnd durchscheinend wie die Lufft/ doch in ein sichtbarliche Gestalt: Darnach auß der Gestalt deß Luffts in ein Fewrige klare saubere vnd vnbefleckte rothe Farb als ein Rubin/ welches in der perfection alles Geschöpff vbertrifft. Id est, ex

aqua

âqua facimus terram vi ignis inde pergimus ſicut natura, & terram cineream in albam mutamus, quæ eſt clara & tranſparens ſicut aer, quanquam ſpecie viſibili. Deinde ex aeris ſpecie conficimus tincturam igneam, claram, puram & immaculatam, rubentemque inſtar rubini, quæ perfectione ſua omni creaturæ excellit.

Annotatio.

Duo circa Elementorum Philoſophicā tranſmutationem notanda ſunt. 1. Materia, in qua Elementorum transmutatio fiat, & 2. modus quo Elementa tranſmutari debeant. *Materia* in qua Elementorum tranſmutatio à Philoſophis cernitur, à me in hoc libello aperte nominata & explicata eſt: quamuis expreſſe non addiderim, eſſe veram medicinæ vniuerſalis materiam. Eſt vero Chaos quoddam vniuerſale, in quo veluti in centro omnium tam ſuperiorum quam inferiorum vires concurrunt & concentrantur. *Modus* vero hic eſt: Terra in aquam, aqua in aerem, & aer in ignem per aquam mediante digeſtione abit & transmutatur.

II.

Elementorum vnum ſine altero exiſtere non poteſt.

Ignis ſi aere deſtituitur, extinguitur. Inde ſciunt Alchimiſtæ ignem per aera diſtribuere in gradus, & ſecundum menſuram aeris regiſtra ſua, vt vocant, ordinant. Aqua ſine aere ſordeſcit & putreſcit. Terra ſine aqua per ſe globum non efficit, neç quicquam ſine igne, aere & a-

qua producit. Vnde recte Sendiuogius tractat. 12. ait: Elementum quodlibet in sua Sphæra est, sed vnum absque altero esse non potest: vnum ex alio viuit, & tamen coniuncta non conueniunt. Hoc ipsum in tract. de Sulph. clarius explicat, vbi sic ait: Sciant omnes huius artis (Hermeticæ) inquisitores, quod terra & aqua vnum globum habent, & omnia simul faciunt, quia sunt Elementa tangibilia, in quibus alia duo occulta operantur. Ignis conseruat terram ne submergatur vel dissoluatur: Aer conseruat ignem ne extinguatur: Aqua conseruat terram ne comburatur. Hæc bene notari debent, vt sciant studiosi, in quibus fundamenta Elementorum consistant, & quomodo Philosophi eorum actus contrarios obseruauerint, ignem cum terra, aerem cum aqua copulantes, licet, quando aliquid nobile voluerunt, ignem in aqua decoxerint, animaduertentes, quod sanguis vnius altero purior, sicut & lacryma purior est vrina. Consentit cum dictis Cornelius Drebel, vbi cap. 3. tractat. de Elementis sic ait: Vt reliqua tria Elementa absque igne sunt mortua: Ita & ipse sine illis est mortuus. Vnde perfecta Dei sapientia cernitur, quæ nihil frustra creauit: Nam vt ignis est vita, & in aere viuit: sic aer viuit in igne, & aqua in terra; terraque in aqua, aqua in aere, &c. Ignis purgat aerem, aer aquam, aqua terram, & per ignem vnumquodque reddit alterum suæ claritati simile.

III.

III.

In omni (a) *compositione natura plus de alijs Elementis, quam* (b) *de igne apposuit. Sendiuog. de Sulph. p. 44.*

(*a*) Inferiorum Elementatorũ actu ignem non ostendentium. (*b*) Quare natura, vt suppetias igni ferat, secundum placitum vel mouet ignis subiectum, vel addit ignem externum ad excitandum internum: Qui vbi superat, perfectæ res: vbi superatur, imperfectæ res fiunt. Aliquando ergo ignis, quando excitatur, eluctari molitur: Sed cum compositi corporis vinculis adeo constrictus teneatur, vt se compedibus eximere non possit, imperfectum opus, ad cuius tamen perfectionem collineat, relinquit: Quando vero corpoream molem adeo per suum subtilissimum innatum sal sulphure penetrantissimo impraegnatum relaxauit, & porosam effecit, vt nullus in corpore composito sit angulus, quo constrictus habeatur, tum in perfectiorem & eminentiorem dignitatem essentiam compositi transplantat.

Annotatio.

De natura lapidis Philosophici axioma datum commodissime intelligi potest: Natura enim ita eam formauit, vt ignis in profundissimo eius sinu & intimis visceribus lateat, ac proinde opus habeat, quo ab externo igne prouocetur, & ad agendum animetur. Hinc ingeniosissimus Lullius cap. 16. theor. test. pag. 87. ait: non capias de igne Elementari in generatione rerum naturæ, nisi quatenus indigebis ad proportionem

ignis naturæ, qui mouetur per totam materiam.

Non intrat quidem, ait Sendiuog. de Sulph. p. 44. ignis extrinsecus in profundum compositionis essentialiter, sed tantum virtute, quoniam ignis intrinsecus materialis sibi sufficit si tantum nutrimentum habet: & ignis intrinsecus est illi nutrimentum, & quasi lignum respectu ignis culinaris: Et secundum tale nutrimentum crescit & multiplicatur. Cauendum tamen est, ne nimius ille ignis adueniat: Quoniam si quis multum vltra vires comedit, suffocatur: Paruum ignem magna flamma deuorat. Ignis externus debet esse multiplicatiuus, nutriens, non deuorans: ita enim res perficiuntur. Quod si, inquam ego, ignis externus violentus fuerit atque maxime intensus, citius quam par est, materiam destruet, atque secum internum ignem abripiet, & sic impediet, ne ignis internus suum domicilium præparare & ad perfectionem perducere queat præstantissimam.

IV.

Elementum quo est superius, eo purius, subtilius, ac proinde actiuius est.

Elementa & actiua & passiua sunt. Actiua sunt, quatenus vnum in alterum ad productionem alicuius corporis noui ex iis constituendi agit: Passiua, quatenus vnum ab altero patitur eo fine, vt aliud inde constituatur: Nam dum vnum in alterum agit, alterum patitur: & tam patitur ignis à terra, quam terra à cœlo: terra in ignem id agit,

agit, vt eius amplissimam & subtilissimam substantiam coarctet, & in certos concludat cancellos. Ignis vero agit in terram, vt eam in suam eminentissimam substantiam conuertat, & hoc tam diu continuatur, vsq; dum mutua actione & passione in mediam, purissimam & perfectissimam naturam omnia Elementa coaluerint. Errant ergo omnes, qui terræ meram passionem adscribunt. Verum facile largior, Elementis suos gradus esse in agendo. Quo enim Elementum superius est, eo in agendo virtuosius & efficacius est: quia purius est, cum minus impuritatum in se habeat, quibus actiones eius intercipiantur, impediantur, & retundantur. Vnde nobis liquido constat, cœli seu ignis actiones esse virtuosiores & eminentiores operationibus reliquorum Elementorum, cum illud omnium sit supremum, purissimum, & à fecibus maxime depurgatum.

V.

A superioribus inferiora Elementa exaltantur, & superiora ab inferioribus humiliantur.

Donec tandem Deo volente & iubente ex æquali omnium Elementorum concursu prodeat media perfectissima & constantissima natura. Deus non vult vt humilis substantia pereat, sed vt perpetuum maneat. Cum vero per se suis viribus ad perpetuam istam constantiam & eminentiam peruenire haud potuerit, Deus creauit sublime, vt huius subsidio & aquilinis alis ad summum perfectionis gradum euehatur: & quia sublime humili non potest subsidium afferre, nisi inter v-

trumque intercedat copulatio, Deus iussit sublime vt se submittat, humile sibi copulet, & hoc medio illud sibi intime in omne æuum vniat, eminenterque extollat. Si vis vt me bene intelligas, arrige aures & attende. 1. Deus creauit Chaos, & ex eo Elementa separauit, & primum quidem omnium Elementorum subtilissimum, purissimum, eminentissimum & perfectissimum, illudque in supremo loco propter ipsius dignitatẽ collocauit, & vt cætera Elementa concluderet, & vt in eo veluti in sinu genuino fouerentur, eiusq; Spiritu cum omnibus, quæ in Elementis consistunt, conseruarentur. Hoc Elementum dicitur ignis, & est ipsum cœlum, in quo astra videtis lucentia, vt cap. seq. docebitur. 2. Deus ex Chao elementum, quod subtilitate proxime igni accedit, segregauit, illiq; dedit medium locum. 3. Post separationem subtilium crassa elementa aqua & terra remanserunt, & ad imum subsederunt. Deus tamen hæc Elementa indistincta non reliquit, sed quod inter ipsa fuit subtilius per humiditatem suam, separauit ab eo, quod per siccitatem corpoream fuit crassius. Illud aqua est, hoc terra: Sic ignis supremum, terra infimum occupat locum. Vt ergo terra ab igne exaltetur, & ad summam perfectionem euehatur, necesse est, vt igne omnes eius impuritates extrudantur, atque ignis se è suo loco in vterum terræ submittat, ibiq; tam diu operetur, vsque dum intime puram terræ naturam reiectis omnibus fecibus sibi vniuerit. Sed cum ita in eiusmodi alteratione procedendum sit, ne temere quippiam de terra virginea pereat, ignis

ignis sine mediis Elementis nihil agit, ac proinde ignis per aerem agit in aquam (quæ cum terra vnum globum constituit) vt aquam calore subtiliet, & subtiliata aqua, quæ instar vaporum existit, actiuitatem sic nanciscatur, eoque allaboret, quo terram in suam conuertat naturam: Natura enim saltus nescit, sed ab inferiori loco per medios sibique paulatim succedentes gradus ad superiorem apicem progreditur. Aqua vero, quia terra compactissimum & impurissimum corpus est, vna vice & subito terram in suam naturam transmutare haud potest: Quare necesse est, vt calore Solis aqua aliquoties eleuata ad terram redeat, vimq; ignis secum afferat, atq; sic multoties repetita irrigatione terra in seminibus suis soluatur, & soluta exaltetur. Dico in seminibus suis: Semina enim terræ inhærentia habent in se ignem naturæ, qui de igne cœlesti participat: hic ignis naturæ per aqueos subtilissimos vapores terram tanquam nutrimentum seminum genuinum in aquam soluit, vt omnia solida seminum viscera permeare possit. Deinde continua digestione in crystallinum oleum, quod sua perspicuitate & tenuitate aerem repræsentat, conuertit, & tandem remotis & abiectis omnibus impuritatibus sua ardente flamma accendit, facitque vt de die in diem exspiret, & per aera ad supremum locum abeat, vbi cum igne in vnitate naturæ quiescit, & cum eo vna res media facta est. O admirandam sapientiam, quam Deus in hac terræ exaltatione contemplandam nobis offert. Beatus in hoc & in futuro mundo, qui tantum thesaurum

veræ, & solidæ sapientiæ intuetur, & conquirit.

VI.

Elementum vnum de natura alterius participat.

Cœlum itaque terræ, aquæ, aeri; terram aquæ, aeri, cœlo; aquam aeri & cœlo & terræ, aeremque cœlo terræ & aquæ immixtum esse quis negare ausit? Hinc recte terræ aerea, aquea, cœlestis; aqua aerea, cœlestis, terrea; aer cœlestis, terreus, aqueus; cœlum terreum, aqueum, & aereum, dicitur & est.

VII.

Omne Elementum est corpus spirituale.

Id est in omni Elemento duo sunt, corpus & Spiritus, spissum & subtile. Cum vero Elementa iam quiete beata non fruantur, sed in perpetuo motu propter rerum generationem consistant, videmus non mediam naturam, sed extremas ab ipsis occupari formas, ita vt quædam extrinsecus magis ad corpoream, quædam ad spiritualem magis accedant formam. Quod si vero omnia Elementa omnibus impuritatibus exempta fuerint, tunc corpus & Spiritus tam intrinsecus quam extrinsecus in æquilibrio stabunt, & æternitatis vinculo ita sibi cohærebunt, vt secundum essentiam intus & extra vtriusque sit futura eadem forma.

VIII.

Elementum quanto magis penetrat, tanto magis agit.

Illud

Illud vero maxime penetrat, quod maxime ſubtile eſt. Cœlum itaque cum omnium Elementorum ſit ſubtiliſſimum, illud etiam reliqua omnia penetrando vt ſuperet, neceſſe eſt.

IX.

Quod in ſuperioribus Elementis viſibiliter eſt, illud in inferioribus eſt inuiſibiliter: & quod in inferioribus eſt viſibiliter, illud in ſuperioribus eſt inuiſibiliter.

Hinc harmonia inferiorum & ſuperiorum, de qua in libro vndecimo. Quæcunque in cœlo explicata conſpiciuntur, in cæteris quoq; Elementis virtute & vitali poteſtate continentur. Seuerinus c. 6. ideæ medic. Phil.

X.

Quando Elementa in Elementati compoſitionem ingrediuntur, ſingula ſecum afferunt omniū ſeminum, quæ in ipſis continentur, tincturas.

Vnde quidam Philoſophi dixerunt: omnia inueniri in omnibus, ac proinde ſententia illa de nihilo non eſt, qua ſtatuitur in corporibus maxime perfectis perpetuum exiſtentibus & ſe aduerſus iniurias Elementorum externorum tuentibus omnium tam ſuperiorum quam inferiorum vires contineri. Itaque mecum conſiderate aurū, quod in ſe Elementa habet maxime adæquata & ſumme purificata. Illud è numero materiæ ſummæ medicinæ excludi non poteſt: quia talia Elementa in ipſo reperiuntur, & aurum ratione tincturarum, quas ſingula Elementa in ipſum aurum cōtribuerunt, omnium rerum virtutes & poteſtates

excellenter in se continet. Quæ cum ita sint, cum iis non facimus, qui & medicinam vniuersalem dari negant, & eos qui veræ medicinæ se totos cõsecrarunt, ludibrio habent, cum in auro, teste Philosophorum vnanimi cõsensu propter allatas rationes, facile obtineri queat. Addam hoc: Philosophi id, quod Deus in creatione macrocosmi per sex dierum interualla certo ordine creauit, imitari didicerunt, & ex subiecto secundum externum ipsius habitum vili & abiecto in terræ mineris reperibili vniuersi huius Elementa & virtutes etiam sub forma perpetuæ mobilitatis, Deo inspirante, producere, & sic admirãdum microcosmum cum motibus astrorum & reliquorum Elementorum specie & operationibus constituere norũt. Quod sane fieri non posset, nisi singulis Elementatis omnium Elementorum tincturæ & potestates simul inessent.

XII.

Omne Elementum cum iis quæ ab Elementis continentur, in essentia conuenit.

Deus enim ita Entia creauit & ordinauit, vt quodque sit in loco sibi conuenienti.

XII.

Quodlibet Elementum suo intrinseco purificatur. Sendiu. de Sulph. p. 4.

Terra ergo igne insito, qui in centro eius radicem egit, purificatur. Centrum terræ est terra summe pura mixta igne.

CAPVT II.

De Igne seu Cœlo.

1. E*Lementa sunt, vel superiora, vel inferiora.*
2. *Elementa superiora sunt Ignis & Aer.*

3. (a) *Ignis est Elementum omnium supremũ,* (b) *perfectissimum*, (c) *subtilissimum*, (d) *purissimum*, (e) *rotundissimum, omniaq; alia capaci circuitu in se includens.*

(*a*) Dicitur alias ignis Elemẽtalis. (*b*) Vnde habet vim perficiẽdi omnia corpora inferiora. (*c*) Ac proinde simplicissimum: Quo n. corpus subtilius est, eo simplicius est: & quo simplicius est, eo nobilius & potẽtius: vt vel hinc ignẽ Elementorum potentissimũ propter spiritus vniuersi eximiã possessionẽ recte statuere vobis liceat. (*d*) Ignis quia purissimũ Elementũ est, nullas admittit impuritates, ac proinde nõ patitur, vt aer, qui sibi propter haud sũme perfectã digestionẽ impuritates quasdã (pauciores tamẽ iis, quę in inferiorib. Elemẽtis existunt) admixtas habet, ignẽ penetret, & ei intime se vniat, nisi ante omnia omnes feces abiecerit atq; ad inferiora corpora demiserit. (*e*) propter capacitatem: rotũda enim figura capacitati maxime idonea est: & corpora quæ in igne Elemẽtari sunt, rotunda maxime sunt, vt lib. 6. audietis.

4. *De igne Elemẽtari obseruabitis hæc axiomata.*

I.

Ignis non nisi coagmentatus de se calorem & lucem fundit.

Quando

Quando enim in ſua natura eſt, nimis ſubtilis, tenuis & rarus eſt, vt caloris & lucis natura in eo quaſi diſſipata & diſperſa iaceat. Si vero à latitudine circumferentiæ ad anguſtiam centralem per compreſſionem & coagmentationem deducitur, tunc radios calore & lumine refertos affluenter emittit, & potenter in alia corpora ſuas influẽtias immittit. Quod in Sole & reliquis ſtellis luculenter toti orbi apparet. Virtus vnita fortior eſt diſperſa.

II.

Ignis ſe corrumpi haud patitur. Lull. cap. 51. theor. teſt.

Eſt enim Elementorum omnium ſimpliciſſimum & perfectiſſimum. Quod vero aliquãdo per aeris priuationem extinguatur, nihil refert: Extinctio enim ignis non eſt eius corruptio, ſed occultatio; Siquidem ignis corporum inferiorum actu iam ardens & accenſus, vt ad ſuum fontem nimirum ad cœlum reducatur & redeat, vtitur aere tanquam medio & vehiculo: Aere vero intercepto, debitum vehiculum (ac proinde magnes qui ignem è corpore cui ineſt ſibi alliciat) abeſt, vt ſic in ſuo corpore concluſus ignis manere cogatur: vel ſi mauis, ſic rem intellige; Omnis ignis inferiorum impurorum corporum incenſus pellit ſimul impuritates fuliginoſas: has oportet ventilari per aerem & diſcuti. Si vero interiectu corporum aer igni adimitur, impuritates eiuſmodi coaceruantur, & ignem reprimendo ſuffocant, id eſt, nõ patiuntur vt corpus impurum magis magiſq; ardeat & pur-

&purgetur, sed efficiunt, vt ea ratione ignis diutius absċōditus maneat. Considerate vero oleum Philosophorum, quod quia purissimum est, de se nullas impuras fuligines emittit, ac proinde in capsula, cuius circūferentia ita compacta est, vt aeri exteriori aditum occludat, perpetuo ardere & lucere potest, si semel incensum fuerit. In huius assertionis fidem notabitis sequentem historiam. Patauii in Italia repertum est monumentum vetustissimum, nempe vrna fictilis, cum inscriptione huius hexastichi:

Plutoni sacrum munus ne attingite fures:
Ignotum est vobis hoc quod in vrna latet.
Namq; elementa graui clausit digesta labore
Vase sub hoc modico maximus Olibius.
Adsit fœcundo custos sibi copia cornu,
Ne pretium tanti depereat laticis.

Intra hanc vrnulam erat altera vrnula cum inscriptione horum versuum: Abite hinc pessimi fures; vos quid vultis cum vestris oculis emissitiis? Abite hinc vestro cum Mercurio petasato caduceatoque. Maximus Maximo donum Plutoni hoc sacrum facit. Rursus intra hanc vrnulam reperta est lucerna adhuc ardens intra duas ampullas, alteram ex auro, alteram ex argento, purissimo quodam liquore plenas, cuius virtute creditur per multos annos lucernam hāc arsisse, vt annotarunt in suis inscriptionum antiquarum collectaneis, Petrus Appianus & Bartol. Amantius. Meminit huius rei Hermolaus Barbarus etiam in corollario in Dioscoridem, vbi de aquis in commune agit.

III. *Ignis*

III.

Ignis clarificat & permutat omnia ad eum modum, quo in principio apud Deum fuerunt.

Ita Drebelius: Das Fewer verkläret vnd verändert alle Ding/wie sie im Anfang bey Gott gewesen seynd/so wol Wasser als Erde vnd Lufft. c. 2. lib. de Elementorum natura. Huiusmodi clarificationis & admirandę permutationis imaginem Deus suis filiis, profundis Philosophis & Theosophis proposuit euidẽtissimam in terra præstantissima, quã non prius ad summum claritatis fastigium per ignem vere congeneum sapientes exaltant, quam illam in puluerem mortuo cadaueri similẽ, & ex hoc in aquam, & ab hac in aerem mutauerint.

IV.

Omnes impuritates & pollutiones igne naturaliter purgantur. Sendiu. de Sulph. p. 30.

Ignis enim ipse purus est, ac proinde impura corpora dissoluit, vt ex iis impuritates separet, propellat & eiiciat. Ignis duplex est; Internus & externus. Externus interno excitando succurrit, vt in impuritates corporis, quibus corpus implicatum est, agere, easq; valide exturbare possit. Imo externus & internus tanta familiaritate & affinitate sibi iuncti sunt, vt quando in vno subiecto coeunt, vires vniant, vnusq; alterum corroboret, & sic perfectionem subiecti promoueat. Nisi Solis calore calor natiuus in homine quotidie foueretur, balsamoque alimentorum confortaretur; homo diu stare non posset: cum ita calor natiuus impuritatibus nimiis obrueretur, & vel recedere, vel se

vel se in intimam solidarum partium substantiam occultare cogeretur.

V.

Ignis ignem non comburit. Paracels. in cœlo Philosoph.

Ideo aurum igne non consumitur, quia ipsum ignis est.

VI.

Omnia solo igne & ignis regimine fiunt & perducuntur in Esse. Sendiu. de Sulph. p. 37.

Præsertim in lapidis Philosophici confectione secundum naturæ simplicem viam instituta.

VII.

Ignis Elementum (a) *quietissimum est, & excitatur motu.* Sendiu. tract. de Sulph. p. 29.

(*a*) In terra quietissima, qualis est in metallis & lapidib⁹. Excitatur vero ignis ex terra illa per motum. Ex duorum lapidum attritu elicitur ignis. Ferrum dum lima comminuitur & teritur, motu ita incalescit, ac si ad viuum ignem fuisset admotum.

VIII.

Ignis Elementũ in centrum cuiuslibet rei agit.

Et quidem hoc modo: Natura dat motum, motus excitat aerem, aer ignem: ignis vero separat, purgat, digerit, colorat & maturescere facit omne semen, maturumq; expellit per sperma in loca & matrices, loca pura vel impura; calida magis aut minus, sicca vel humida, & secundum dispositionem matricis seu loci variæ res producuntur in terra. Sendiu. de Sulph. p. 31.

IX. *Ignis*

IX.

Ignis (a) *aquam crudam ferre nequit, ac proinde calor ab igne procedens aquæ humorem apprehensum pellit, & in vapores eleuat.*

(a) Aquæ crudæ nomine intelligo omnem aquam communem, Mercuriumque vulgi: Hæc enim cum sint maxime humida, & ignis cum calore maxime siccus, simul cum calore & igne stare & consistere non possunt. Quare calore ignis cuiusuis extranei in vapores facile abeunt & sursum euehuntur. Potest tamen & naturæ, & artis beneficio cruditas aquæ & Mercurii tolli, & per fixam constantemque substantiam, mediantibus digestionibus & circulationibus conuenientibus tolli, atque aqua cum igne ea ratione in gratiam ita redire, vt aqua cum calore vnita in media & summa ignis flamma firmiter persistat, nec ignis & aqua à se inuicem separentur, quantus quantus modo fuerit ignis. Binarius reiiciatur, & ternarius per quaternarium ad Monadis simplicitatem reducatur: tum aqua cum igne in gratiam redit.

5. *Ignis Elementaris est vel sidereus, vel summus.*

6. *Sidereus ignis est cælum seu firmamentum ipsum, in quo astra visibilia sustentantur.*

Sunt qui negant cœlum esse Elementum: ac proinde ignem sub concauo Lunæ collocant; sed errant. 1. enim de cœli substantia aliquid inest mixtis, vt patet ex mixtorum operationibus. 2. Cœlum conseruationi omnium Elementatorum

rum inseruit, vt patet ex astrorum manifestis influentiis. 3. In se corpora visibilia gerit & complectitur. 4. Plinius, Paracelsus & ex eo Petrus Seuerinus cœlum in numerum Elementorum referunt. Obiicis; cœlum esse incorruptibile, ac proinde non esse Elementum. Resp. 1. Corruptibilitas non est de Elementi ratione: sed ad Elementi constitutionem requiritur vt Elementatum ex eo sit & in eo sustentetur. 2. Cœlum quidem, quia perfectissimum Elementorum est, in se incorruptibile esse censetur: verum portionem eius alterari & transmutari posse vel ex eo patet; quod tam visibiles quam inuisibiles eius radii alterationem subeant, cum singulis diebus noui radii suboriantur, & ad inferiora demittantur corpora. Alteratio tamē hæc non est cœli corruptio: manet enim cœli essentia in corporibus, quibus insinuatur: etsi aliam formam pro ratione vitalis sulphuris in corporibus, quorum sinui influentiæ cœlestes infunduntur, contenti suscipiat. Elemēta omnia hoc potestatis habent, vt in varias formas transmutentur, & tamen Elementa maneāt: alias postquam ex iis aliquid factum esset, & iam constaret, in eo Elementa amplius non essent.

7 *De cœlo hæc habete axiomata.*

I.

In cœlo spiritus vniuersi potenter habitat.

Spiritus enim vniuersi est ignis, & ignes conglobati lucentesque in cœlo apparent, qui mūdo inferiori, & lumen & calorē inferunt. Addo quod

 aer id-

aer ideo inter inferiorem Elementorum globum & cœlum interiaceat, quia virtutes & influentiæ astrorum, quæ spiritu vniuersi summe abundant, propter vigorem sine damno à terra & aqua immediate recipi nequeunt, ac proinde prius medîante aere remitti ac mitigari debent. Quod manifestissimum indicium est summi vigoris spiritus, qui in cœlo eiusq; corporibus habitat.

II.

Omnium viuentium vita à cœlo originaliter est.

Ein jedes lebandiges Ding ist Fewer. Paracelss. lib. vex. p. 930.

Vita enim est fluxus ignis natiui in viuente corpore. Fluxus autem ignis natiui est radiorum eius actualis emissio. De corporum vita loquor, non de vita animæ rationalis: huius enim vita, quia supercœlestis substantię vita est, est fluxus ignis longe purioris & subtilioris, qui in se ipsum sine diminutione reciprocat, atque in DEO, corpore tamen nostro purificato, omnem thesaurum sapientiæ apprehendit. Hanc vitam in hoc mundo viuere quidem incipimus, dum ad Legem DEI vitam nostram componimus, & ex verbo eius Naturæque habitaculo, quod mundus cum Elementis & Elementatis est, DEVM cognoscimus: in futuro vero seculo, in quo corporis molestiam deposuimus, atque impuritates eius abiecimus, ac proinde ad thronum Dei summa omnium puritate coruscantem, omnisq; maculæ impatiētem propius accedere poterimus, Deum de facie ad faciem intuebimur, atq; ex eo aquā profundissimæ & perpetuum admirandæ sapientiæ hauriemus.

III. Cor-

III.

3. *Corpora quæ in cœlo sustentantur, à cœlo aluntur & fouentur.*

Ex cœlestibus corporibus quæ astra sunt, continuo effluunt astrales radii (qui vulgo influentiæ respectu inferiorum substantiarum in quas influunt, appellantur) atque se corporibus inferioribus adeo inserunt & incorporant, vt inde mutatio quædam & singularis energia prodeat. Huiusmodi radiis cum superiora corpora ita priuentur, necesse est vt aliunde refocillationem, restaurationem & redintegrationem per aliorum eiusdẽ naturæ radiorum subministrationem necessario requirant. Cum ergo videamus, ab inferioribus elementis alimenta elementatis, quæ in elementis sustẽtantur, suppeditari, idem fieri in cœlo necessario statuendum est. Duo autem sunt quæ alicui hic dubium mouere possunt. 1. Opinio quæ cœlestia omnibus mutationibus eximit. 2. Quomodo fieri possit, vt sine detrimento & diminutione sui cœlum astris alimenta suggerat & subministret. Resp. ad 1. Opinio ea falsa est: 1. Luna quæ est planetarum infimus, singulis mensibus crescit & decrescit: 2. Multoties stellæ nouæ in æthere oriuntur. 3. Ecclipses Solis & Lunæ non raro contingunt. Ad secund. Quia quotidianæ sunt resolutiones corporum inferiorum in sua Elementa, atque calor natiuus in viuentibus singulis momentis exspirat, id quod ex cœlo est, ad cœlum per aerem transit, atque ab eo tanquam ab Elemento suo maxime principe in intima penetralia

suscipitur, ita vt, quod cœlum in alimenti subministratione de sua substantia de astris communicat, ex inferiorum resolutione, & natiui caloris in corporibus viuentibus existentis continuo defluxu, admiranda Dei ordinatione, postquam sat purgatum est, per aerem recipiat.

IV.

Firmamentũ quo subtilius est cæteris Elementis, eo magis fructus eius aliorum trium Elementorum fructus superant subtilitate & operatione.

Fructus cœli seu firmamenti, sunt corpora stellarum. Sicuti ex terra crescebant herbæ, flores & arbores, & manebant in terra: ita etiam crescebant (tempore creationis) ex cœlo per Verbum DEI corpora stellarum, & manebant in firmamento. Croll. præfatio. admonit. D. Basil. Chym. p. 22.

8. *Ignis summus Elementaris appellatur* (a) *Cœlum Empyreum, in quo* (b) *astra spiritualia sine lucis corporea compactione consistentia habitãt.*

(*a*) Alibi à me appellatur macrocosmus superior. (*b*) Astra hæc sunt subtilioris & eminentioris essentiæ, quã astra visibilia cœli siderei, ac proinde maioris efficaciæ & potentiæ. Suntq; meri spiritus, quorum singuli vniuersi totius imaginem vires & virtutes in se gerunt, singularique & ineffabili beatitudine, cuius præstantia angustiis humanæ mentis propter annexas ingentes tenebras hoc in corruptibili mundo comprehendi nequit, triumphantes, harmonicam vitam inter se in stupenda vnitate degentes, & ad DEI profundissimum

ſimum ſinum capita ſua reclinantes in eo vno momento plura quam omnes homines hactenus in immundo hoc mundo ab initio in hunc vſque diem viderunt, vident & videbunt, cognoſcunt, & admirando concentu in vnius Dei immenſam gloriam deprædicandam voces ſuas attollentes ſe Dei mandatis & regimini ſine omni macula ſubmittunt.

Axiomata.

I.

(a) *Aquæ ſupercæleſtes* (b) *cum diuiniori aere & igne conſtituunt cælum Empyreum.*

(a) Aquas eſſe ſupercœleſtes S. Scriptura aperte nobis explicat Gen. 1. Fecit Deus firmamẽtum, diuiſitque aquas, quæ erãt ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum: Et factum eſt ita; vocauitq; Deus firmamentum cœlum. Dan. 3. 60. Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, Domino. Pſ. 104. 3. Extendens cœlum ſicut pellẽ: qui tegis aquis ſuperiora eius. Pſ. 148. 4. Laudate Dominum cœli cœlorum, & aquæ quę ſunt ſuper cœlos, laudent nomen Domini. Quales autẽ ſint aquæ ſupercœleſtes; cuius generis ſubſtantiæ atque naturæ, Cabala ſecretiorque Philoſophia per Spiritum ſanctum ſapientibus ſecretioribus aſſiſtentem, veramque Theoſophiam docentem nos aperte docet. Statuimus ergo aquas ſupercœleſtes eſſe ſubſtantias puriſſimas, ſubtiliſſimas, igneas, luciduſſimas, pluſquam perfectas, incorruptibiles, perpetuo in ſe fixas, h. e. permanentes, liquidas tamen & fluidas, inflammabiles, minime combuſtiles, in vſum hunc, vt in regione ſuper-

suprema sint atq; constituãt Schamajim siue cœlum tertium supra Empyreum dictum, quod in superficie citima aqueum est, extima igneum, ignis flagrans, aqua ardens: Est habitaculum omnium Angelorum, Sanctorum, piorumque hominum sincero ex corde Deum colentium: Est verus Paradisus, in quem positus fuit Adam ante lapsum: Est summus macrocosmus: cõtinet enim omnia, quæ in hoc macrocosmo & microcosmo, in se secundum eminentiam. Est eiusmodi aqua, cuius perpetuo & continuo influxu in hæc inferiora omnia animantur & disponuntur ad suscipiendam exaltationem: Primum se communicat astris visibilibus, per astra aeri, per aerem aquæ & terræ. Et ne frustra tam diuinus thesaurus descendere & se humiliare videatur, sui perfectam imaginem cuidam mineræ coram mundo abiectæ, quæ magnesia sapientum & materia Lapidis Philosophici debita & genuina dicitur, impressit, illamque sic disposuit vt facili negotio Deo singulariter benedicente & industria ingenii humani inde erui possit. & sic etiam sanctis vereque piis Philosophis in hac vita domiciliũ beatorum eiusque natura ob oculos ponatur. Quare Sendiuogius ille vere sapiens paulo ante ænigma suũ Philosophicum pręsumma cordis exultatione in hęc verba erumpit: Credite mihi, si nõ essem eiusmodi status ac conditionis homo, sicut sum, nihil mihi solitaria vita foret iucundius, vel cum Diogene sub dolio delitescere: Video enim omnia quæ sunt, vanitatem esse, fraudem & auaritiam inualuisse, vbi omnia venalia sunt, & iniquitatem virtutem

tutem superasse. Futuræ vitæ meliora præ oculis „ video, hisce gaudeo: Iam non miror, vt antea feci, „ cur Philosophi habita tali medicina non curarũt „ abbreuiare dies suos, quia omni Philosopho ita „ est præ oculis vita sequens sicuti in speculo appa- „ ret tibi tua propria facies. Quæ cum ita sint recte „ statuo cum Theosophis aquas supercœlestes esse eiusdem naturæ cuius est latex ille æthereus incombustibiliter ardens ex magnesia sapientum Philosophica & regia via erutus: in quam sapientiæ mineram DEVS non tantum posuit sapienterque reseruauit cœlum, verum etiam terram & aquam, Hylen nimirum aut semina mundi huius totius in statu primordiali Catholico adhuc hodie existentia. O mysterium mysteriorum! O thesaurum profundissimæ sapientiæ inexhaustum! O DEVS quando mihi immensum illud gazophylacium aperies, eiusque dulcissimis fructibus me frui concedes? Veni ô DEVS, & conatibus meis auxiliares porrige manus.

(*b*) Mundus hic inferior & corporeus est imago mundi Angelici: vt ergo hic supra aquam aer, & supra aerem ignis constitutus est: ita etiam in mundo angelico seu cœlo Empyreo in ordine constantissimo sibi mutuo adhærent, & perpetuitatis lege connexa sunt aquæ supercœlestes, aer supercœlestis, (qui est spiritus vniuersi sine corpore existens) & ignis omnium purissimus & præstantissimus, qui est lux inaccessa, in qua Deus sibi habitaculum constituere voluit, ad ostendendam gloriæ suæ immensam maiestatem. Hic est Thronus Dei, ad quẽ Sancti stant & Deo per-

petuas laudes gratesq; admirando concentu canunt: ac proinde clamando clamant: *Sanctus, Sanctus, Sanctus est Deus Zebaoth*. Quamuis autem mundus ille supercœlestis propter datam distinctionem diuersitatem quādam in se admittere videatur, tamen diuersitas ista cum vnitate essentiæ ita est connexa, vt nec ignis, nec aer aquas supercœlestes destruant, sed potius cum aquis crystallinis admirando modo ad vnius supernaturalis systematis, quo tanquā genuino habitaculo omnes puri spiritus dignantur, conseruationem ita propendent, vt cum sint eiusdem plane naturæ, soloque gradu subtilitatis inter se differant, vinculo vnionis perpetuo essentiam vnam à se indiuisibilem constituant, ignisq; ille cœli empyrei sit extima superficies, aquæ vero supercœlestes eius citimam superficiem faciant, aerq; diuinus inter tam nobiles substantias medium sine separatione occupet locum, tanquam verum medium, quo spirituales creaturę in annos vitę perpetuos & indesinentes propter ipsius incorruptionem animentur, & per Dei verbum aeri illi diuino supranaturaliter implantatum conseruentur. Si quæris fortassis hic, quare terræ mentionem haud faciam in descriptione cœli Empyrei: R. terrā supercœlestē in intima aquarum supercœlestiū substantia esse conclusam, & cum iis vnam homogeneam constituere essentiam & globum, ac proinde separatam terræ supercœlestis non fieri mentionem. O admirandam sapientiam! O stupendam Triunitatem in omnibus rebus se ostendentem!

II. Cui-

II.

Cuicunque rationali creaturæ, aquæ supercœlestes sine velamine in potum cedunt, omnium rerum tam superiorum, quam inferiorum perfectam cognitionem adipiscitur.

Esra hisce aquis potus sapientia profundissima implebatur, vt liquido constat ex cap. 14. vers. 39. & seqq. lib. 4. Vbi sic ait: Me aperiente os meum, ecce calix plenus porrigebatur mihi, plenus rei liquidæ sicut aqua, sed calore igneo: quem accipiens bibi: cumque bibissem ex eo, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectore meo intumescebat sapientia, quam Spiritus meus voluit conseruare memoriæ. Aquæ ergo supercœlestes sunt fons aquæ viuæ de quo Apoc. 21. 1. Iohannes disserit, & eum qui in throno sedebat, sic dicentem introducit: *Ego sitienti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit, possidebit omnia: Et ero illi Deus, & ipse erit mihi filius.*

Quare nemo mirabitur, quod Philosophi secretiores miraculum naturæ, adepti Angelica sapientia induantur, cum Deus supercœlestes aquas in abiecta minera vbique reperibili etiam concluserit, illasque Philosophis eliciendas & externo vestitu ablato educendas concesserit, sapientesque omnibus temporibus extiterint, qui Dei inspiratione tanti thesauri subiectum cognouerint, & exinde eruerint.

CAPVT III.

De Aere.

1 *COELO proxime adiacet aer, ac proinde hic iam explicandus est.*

2. Aer est Elementum (a) *subtile*, (b) *diaphanum*, (c) *leue, inuisibile, inter cœlum & inferiorem Elementorũ globum* (d) *interstitium superiorum & inferiorum firmissimum vinculum, meteororum sustentaculum, iisque quæ à cœlis ad inferiora Elementa demittuntur, liberum transitum præbens.*

(*a*) Penetrat enim crassiora corpora, terram & aquam, facileque cedit compactissimis corporibus, quæ penetrare nequit. (*b*) id est radiis lucis & tenebrarum permittit liberam penetrationem, vt inde vel illustrari vel obtenebrescere possit. (*c*) Leuitas definienda est non ab ascensu, quemadmodum nec grauitas à descensu: Sic enim radij Solares essent graues, & aquei vapores essent leues, quæ omnia falsa sunt, vt per se patet. Definienda vero leuitas est per remotionem à centro mundi: Quo enim elementum aliquod est à centro mundi, quod in medio terræ est, remotius, eo est leuius: & quo est propinquius centro, eo est grauius. Aer ergo cum à centro terræ, quod & vniuersi centrum est, longe remotius sit, leuem eum esse recte concludimus: Leuissimum vero cœlum dicimus, quia à centro mundi remotissimum est: Aquam autem & ter-

tam

ram grauia Elementa statuimus, quia centro mundi proxime adiacent, atque circa illud proxime situm suum naturaliter habent. (*d*) Aer inter cœlum & inferiora Elementa interiacet, quia impurissima corpora cum purissimo immediate, cum constantia, cohærere nequeunt.

3. *De aere hæc axiomata accipite.*

I.

Nihil est in mundo, quod aere ad sui conseruationem carere possit.

Quia omnia Elementata ex aere constant. 2. Quia reliqua Elementa propter vniuersi structuram ex aere viuunt. 3. Quia aer animalia refocillat: Nam temperat feruorem cordis inspirando attractus, fouet humidum radicale, præbet materiam Spiritibus vitalibus, volucribus commodum exhibet volandi spacium, & est medium per quod animalia his in terris tum vident tum audiunt: Sine aere nec visio nec auditio quicquam est. In orbe nihil cresceret, si non esset vis aeris penetrantis & alterantis, attrahentisque secum nutrimentum multiplicatiuum. Homo creatus de terra, inquit verus Philosophus Michael Sendiuogius in Epilogo duodecim tractatuum de lap. Phil. ex ex aere viuit: Est enim in aere occultus vitæ cibus, quem nos rorem de nocte, de die aquam vocamus rarefactam, cuius Spiritus inuisibilis congelatus melior est quam terra vniuersa.

II.

II.

Aer est purior aqua, impurior respectu cœli.

Elementa dum ex Chao separata fuerunt, gradibus puritatis & impuritatis inter se distincta fuerunt, vt quod omnia puritate antecederet, primum & supremum occuparet locum, & quod impurissimum esset, in infimo loco situaretur: reliqua Elementa vero, aer & aqua de puritate supremi & impuritate infimi participarent, quamuis non æqualiter: Aer enim quia purissimo Elemento proxime adiacet, purior aqua est: aqua quia terræ impuræ implicata est, eaque fertur, aere impurior est.

III.

Aer virtutis diuinæ plenus est. Sendiuog. de Sulph. p. 19.

In illo enim inclusus est Spiritus altissimi, qui ante creationem ferebatur super aquas: ac proinde Deus hoc Elementum Spiritu vitali omnis creaturæ ornauit.

CAPVT IV.

De Aqua.

1 *Superiora Elementa explicauimus: ad inferiora procedimus.*

2. Inferiora Elementa sunt Aqua & Terra.

Axioma.

Inferiora Elementa quo melius subtiliantur, & pu-

& purificantur ascendendo, eo præstantiores producunt fructus.

Inferiorum enim exaltatio à superiorum eminentia dependet, ac proinde necessarium est, vt inferiora Elementa, quæ per se sunt satis humilia, sæpius eleuentur, & in sublimem locum ferantur, atque exinde id, quo ad apicem eminentiæ euehantur, assequantur, si in superiorum naturam transplantari desiderant. Vno ictu arbor haud cadit: sæpius ictus reiterandus est. Sæpius ergo mouenda terra per eleuationem aquæ, vt hac via ignis, qui in intimo terræ sinu intimius latet, appareat, & per manifestas operationes erumpat. Aqua quoties ad terram redit toties aliquid ad eam affert, quo purgetur & subtilietur: Aqua autem terram subtiliare non potest, nisi calore prius animetur & subtilietur: Siquidem actio aquæ virtuosa consistit in ratione vaporum. Id quod aperte videre est in æstate, vbi Sol calore suo aquam attenuat, atque attenuatam, inque vapores eleuatam per radices vegetabilium cogit, vt in iis amplius coquatur indeque ad summitates plantarum ad producendos flores & fructus beneficio caloris insiti euehatur. Considera quæso, quæ profundissimus Basilius Valentinus in sua claue de magno lapide antiquorum sapientum adducit, vbi sic ait: Wenn die Feuchtigkeit der Erden aufsteiget / vnnd der Nebel auffgezogen wirdt / gibt es sich in der höhe zusammen / vnd fället durch seine schwere nieder/dardurch dem Erdreich seine verlohrne Feuchtigkeit widergegeben wirdt/ das erquicket dann die Erden/vnnd gibt jhr nahrung

nahrung vnnd fügung / daß das Laub vnnd Graß auß jhr wachsen könne. Darumb müssen etliche bereytung deiner Wasser im destilliren offt widerholet werden/daß du deinen Abzug seiner Erden vielmal widergebest/vnd aber davon treibest: gleich wie das Meer Euripus die Erden offter verlest vnd entblösset/vnd wider bedecket/biß es zu einem gewissen Ziel komme. Ideo, inquam, inferiora eleuantur, vt ex superioribus vim acquirant cælestem ac eminentem, & proinde superiora aliquid de sua substantia inferioribus impertiant: non aliter ac terræ, ad quas mare abit & mouetur, noua bona mari communicant, vt mare loca, ad quæ redit, iis ditet, & exornet. Hinc sic Basilius: Durch den täglichen ablauff deß wüttenden Meres vnnd seine widerkunfft/welches sich auß eingegossener Lieb/so es von oben herab auß dem günstigen Himmel empfangen / also artet vnnd erzeiget / werden viel mächtige Reichthumb den Landen dadurch bewiesen: denn also offt sein widerkunfft geschicht / bringt es dem Menschen zu gut das seinige mit.

3. Aqua est Elementum humidum, crassum, graue, piscium habitaculum; mineralium & plantarum nutrimentum; animalium refrigerium, generationum promotrix, atque medium, quo intus assumpto corpora in inferioribus Elementis subsistentia influentias cæli ipsi incorporatas in se recipiant.

Non est in hoc mundo homo, qui virtutes aquæ satis deprædicare queat. In aqua non tantum sunt cætera Elementa terra aer & ignis, sed

etiam

etiam per aquam ea corpora, quæ hisce in inferioribus Elementis consistunt, producuntur, conseruantur, augentur, & incrementum virtutum accipiunt. Imo in aqua præstantissima sunt medicamenta, quæ vires omnium superiorum & inferiorum corporum in se eminenter possident, ita vt nemo dubitare debeat, vniuersalem quandam medicinam ex aqua confici posse. Hoc nobis deest, nimirum scire modum, quo præstantissima illa medicina ex aqua vulgari erui possit. Qui scit cogulare aquam calido, & Spiritum cum ea coniungere, inueniet rem millesies pretiosiorem auro.

4. De aqua propono hæc axiomata.

I.

Aqua omne solutum coniungit. Sendiuog. de sulph. p. 30.

Vt ignis omne coniunctum separat, & quod suæ naturæ & proprietatis est, optime purgat & augmentat, Coniungit vero aqua solutum beneficio humiditatis suæ, quæ in ea dominatur.

II.

Aqua terræ porrigit, quicquid aer causante igne in aquam stillat. Send. de sulph. p. 4.

Natura enim per media infimum & supremum connectit, & propter spissitudinem terram disponit, vt omnium seminum sit receptaculum. Omnis spissitudo, ait Plato in turba, in terra quiescit: Spissum namque ignis in aerem cadit, & spissum ignis & aeris in aquam, & densum quod ex ignis, aeris & aquæ spisso coadunatur, cadit in terram.

III

Aqua præseruat terram à combustione.

In terra enim ignis centralis latet, qui nisi aqua continuo terram permearet, erumperet atq; tumultuari inciperet.

IV.

Sine Elemento aquæ nihil putrefieri potest. *Basil. clau. 8.*

V.

Scaturigines & exitus aquarum promanant ex centro maris, in illudque refluunt, ac sic motum continuum obseruant.

Non ergo generantur ex astris, sed ex centro maris per poros terræ in vniuersum mundum egrediuntur, in illudque relabuntur. Si enim hoc non esset, nihil omnino in terra & supra terram produceretur, imo ruina mundi necessario sequeretur. Verum ne obiicias, quod in mari omnes aquæ salsæ sint, & aquæ scaturientes dulces; scito hoc ideo contingere, quia aqua maris per poros terræ beneficio caloris intra sinum existentis destillatur, & multa milliaria per angusta loca ac per arenas transiens amissa salsedine dulcoratur. Quia etiam in aliquibus locis pori & meatus maiores atque largiores dantur, per quos salsa aqua erumpit, salis fodinæ vel salini fontes ibi reperiuntur, vt Allentorffij in Hassia, Halæ Saxonum, Naumij in Veterauia: in quibusdam etiam locis sal in arenis relinquitur, aqua vero in alios poros sudat: vt in Polonia, Wieliziæ & Bochniæ. Vide Sendiu. de sulph. p. 15.

VI.

VI.

Aquæ quæ per poros terræ è mari effluunt, naturam terræ, quam permeant, induunt.

Si igitur aqua proxime loca calida sulphurea continuoque ardentia transit, incalescit: vnde thermæ oriuntur: Sunt enim in visceribus terræ loca, in quibus natura mineram Sulphuream destillat separatque, vbi ab igne centrali illa accenditur. Per hæc loca ardentia aqua currens secundum proprietatem & remotionem magis minusue incalescit, & sic in superficiem terræ erumpit, ac Sulphuris saporem retinet. Sicut omne iusculum à sua decoctione saporem carnium sibi incorporat & seruat: ita etiam aqua per loca mineralia, siue cuprea, siue aluminosa, siue vitriolata, siue antimonialia, &c. transiens eorum saporem acquirit. Talis igitur est destillator Conditor omnium rerum: in cuius manu hoc destillatorium est: ad cuius exemplum destillationes omnes à Philosophis inuentæ sunt: Quod ipsemet altissimus & misericors Deus absque dubio hominibus inspirauit. Hic Deus poterit, quando erit sancta eius voluntas, aut ignem centralem extinguere, aut vas frangere, & erit omnium finis. Sed cum eius bonitas creaturas in melius disponat, exaltabit aliquando SS. Maiestatem suam, & ignem illum omnium purissimum, qui aquis cœlorum in firmamentum est, altius extollet, dabitque gradum fortiorem igni centrali, vt & omnes aquæ in aera eleuentur, & calcinabitur terra. Atque ignis consumpto omni impuro sub-

K tiles

tiles & circulatas in aere aquas purificatæ terræ reddet, sicque multo nobiliorem mundum efficiet. Vid. Sendiu. de sulph. p. 16. Ad hunc modum si materia Lapidis Phil. tractabitur, arcanum arcanorum facile conquiretur. Vnde & Lullius c. 51. theor. testamen. ex destructione & clarificatione mundi filium doctrinæ ad productionem lapidis deducere sibi proponit; vbi hæc in verba erumpit: Omne illud quod non erit de pura Elementorum natura, comburetur, & ex toto annihilabitur: Et tunc ipsa Elementa pura clara & munda apparebunt, & terra resplendens clarior crystallo. Et hanc purgationem faciet supremus creator, quousque magnus mundus in suam rem primam conuertetur, scilicet omnia Elementa in suam primam essentiam, quæ postea ignem cœli non timebit. Sic, fili, opus tuum quod nominatur minor mundus, assimilabis purgationi magni mundi, quousque motus eius absque aliqua corruptione permaneat, & tunc amplius non timebit ignem, sed omnia Elementa magno quiescent amore.

VII.

Omnis aqua in sese salem habet soluentem, etiamsi salis præsentia gustu non deprehendatur.

Huius autem axiomatis veritas patet ex eo, quod omnis aqua soluat: solutio vero non nisi ex sale procedat: Cum ergo videmus aquam dulcem terræ immixtam penetrare semina iniecta eaque soluere, statuimus illud fieri beneficio salis profun-

funditati aquæ intime insiti. Huc spectat illud quod Rogerius Bacho Philosophus eximius in libro de compositione lapidis Phil. ca.1. asserit in hæc verba. Wenn nun der Same in solche gesalgene feuchte Erden geworffen ist / so fähet erstlich an das Saltz sich zu resolviren / vnd bricht das corpus von einander / da den nachfolgends ein perfecta putrefactio geschehen mag. Das sollet ihr aber auch wissen / daß kein Safft noch Wasser eines solchen Saltzes mangelt / ob es gleich offtmals mit dem Mund oder Zungen nicht empfunden / vnd mit den Augen scheinlich gesehen wird. (das merck wol.)

CAPVT V.

De Terra.

1 P*Ost aquam terra declaranda est.*

2 *Terra est Elementum* (a) *omnium infimum* (b) *impurissimum, crassum,* (c) *aridum, durum, animalium* (d) *extra aquam viuentium, & plantarum sustentaculum,* (e) *seminibus variis & fere infinitis impragnatum, nutrimentumque inferiorum corporum partim* (f) *producens, partim* (g) *sustentans.*

(*a*) Cœlum omnium supremum est: huic succedit aer: aere aqua inferior est: terra autem infra aquam est. 1. Quia difficilius quam aqua ascendit. 2. Quia aqua impurior est, 3. Quia aqua supra terram mouetur. (*b*) Impurissimum Elementum est, quia digestiones & resolutiones, quæ

fiunt in omnibus Elementis impuritates crassas in terram reiiciunt & ablegant, crassitieque terra aquam longe superat. Impuritas hæc terræ magna quidem est: sed tamen Deus ignem indidit terræ, qui impuras ipsius tincturas in certis separaret partibus, exureret, propulsaret & exterminaret, vt etiam media in ipsius impuritate puræ prodirent substantiæ. Vnde recte Drebelius: die Erde ist nicht so simpel als Fewer/Lufft vnnd Wasser/sondern ist der vnreine Rest: denn man findet vollkömlich vier Elementische Naturen in der Erden vnnd jhrem Gewechß/damit wir vnser Werck vollbringen. Id est, terra non adeo simplex est, ac ignis, aer & aqua, sed est impura fex, quippe perfecte quatuor Elementares naturæ in terra & eius germine, quo nostrum opus perficimus, reperiuntur. (c) Vide Gen. 1. vers. 9. 10. (d) Pisces sunt animalia, & tamen in terra immediate non viuunt, ac proinde terra eorum sustentaculum non dicitur. (e) Sidera in cœlo existentia sunt corpora maxime actiua, propter igneam naturam pure in ipsis vigentem, ac proinde in se plurimarum & variarum operationum radicales tincturas diuinitus implantatas possident: quæ tincturæ cum sui amplificationem, incrementum & prædestinationis complementum summo desiderio expetant, in se cœli fœcunditate inflammantur, sibique similes tincturas concipiunt, atque cum in eodem subiecto æquali ordine manere nequeant, tincturæ tincturas sibi similes in aerem proiiciunt, non aliter ac colonia ab apibus expellitur.

Aer

Aer vero eas aquæ tanquam viciniori Elemento communicat, vt per hanc terræ imprimantur & infigantur, atque ex iis velut ex cœlestibus seminibus vires superiorum, cum è terræ centro in superficiem tincturæ astrales erumpunt, toti inferiori orbi patescant. Terra quia fixum corpus est, ab ipsa constanter ac firmiter influentiæ sidereæ retineri possunt, ac proinde in aere ac aqua non persistunt, sed vlterius ad terræ intimum centrum & sinum deuoluuntur, vnde ad superficiem tanquam ad circumferentiam copiose prodeunt. (*f*) Terra mineralia producit, vt ex iis vegetabilia nutrimentum & potestates hauriant, vegetabilia vero in alimentum animalibus cedant. (*g*) Terra sustentat in se bestias, quarum carne homo ad sui conseruationem vescitur.

3. *De terra hæc accipite axiomata.*

I.

Terra & aqua vnum globum constituunt,(a) *omniaque simul faciunt.*

Vide axioma 2. cap. 1. huius libri. (*a*) In producendis & conseruandis tam vegetabilibus quam animalibus. In terra enim est Spiritus quo omnia crassa corpora fouentur & conseruantur: Hic Spiritus cum sit naturæ salinæ, patitur se ab aqua, quæ terram penetrat, resolui & in naturam vegetabilium beneficio accedentis caloris intrudi, vt & conseruentur, & ad suæ speciei propagationem promoueantur. Animalia, quæ vel in

aqua viuunt, vel ſupra terram exiſtunt, partim in vegetabilibus, è quibus alimenta ſibi deligunt, partim ex aqua ipſa, quam per naturam inhabitant, ſalino iſto terræ balſamo fruuntur, & ſic ſe nec aqua ſine terra, nec terra ſine aqua, ſed vtraque coniunctim ad vitæ continuationem vti teſtantur.

II.

Terra aeris & aquæ mollitiem ſua ſiccitate & ſoliditate temperat, humorem quemuis extrinſecus terminat & cohibet, corporaque conſolidat, vt certam figuram recipiant & conſeruent.

III.

Terra eſt receptaculum & ſubiectum aliorum Elementorum. Sendiuog. tractat. de ſulph. p. 42.

Ac proinde in terra certant duo iſta, ignis & aqua mediante aere. Si prædominatur aqua, producit res temporales & corruptibiles. Sin autem ignis vincit, producit res perpetuas & incorruptibiles. Quare recte eidem Sendiuogio p. 4. eiuſdem tractatus terra dicitur domicilium omnis theſauri.

Conſectarium.

Igitur in terra cætera Elementa & præcipue ignis requieſcunt.

Nimirum ſecundum ſpiritualem naturam, quam

quam intus posſident infinitis aſtris & tincturis ſpiritualibus refertam.

Quare quicquid reliqua Elementa in terram ſtillant & proiiciunt, omne recipit, ſeruandum ſeruat, manifeſtandum manifeſtat: in ea omne productum manet, ac per calorem motiuum putrefit, & per eundem ſeparato puro ab impuro multiplicatur: Quod graue eſt, in illa occultatur, & leue pellit calor in eius ſuperficiem.

Eſt ergo omnis ſeminis & commixtionis nutrix & matrix, tueturque ſemen & compoſitum ad maturitatem vſque. Sendiuog. de Sulph. p. 3.

Annotatio.

Inſuper & huius te, Candide Lector, admoneo, quod non minus ex terra quam ex aqua vniuerſale remedium confici poſsit: Terra enim eſt vniuerſale receptaculum omnium virium ſuperiorum & inferiorum, atque in ſe Spiritum vniuerſi fixit: quem ſi exinde Philoſophica ſolutione eruere per longam experientiam didiceris, tibi Catholicum antiquorum ſapientum remedium comparabis, atq; omnes huius mundi diuitias poſsidebis.

Neceſſe vero eſt, ſi tantum theſaurum inuenire deſideras, vt ante omnia Dei auxilio conuerſionem terræ in aquam, aquæ in aerem, & aeris in ignem probe ſcias.

In der Erden / ait Baſilius Valentinus in claue 4. ſtecket der Natürliche Balſam / vnnd das Saltz derer ſo da geſucht haben die Wiſſenſchafft

aller dinge: id est, in terra naturalis continetur balsamus, & Sal eorum, qui omnium rerum scientiam quæsiuerunt. In der Erden / ait idem in claue 8. ist das Saltz der Herrligkeit. Id est, in terra est Sal gloriæ.

Huc spectant & hæc Cornelii Drebelii, quæ in præfatione sui libri de Elementis de terra affert, vbi sic ait: Ich ersuchte die Elementen / die mich lehrten die Natur der Erden: ihren Crystallinen Geist sahe ich wie ein Nebel / ihre gefarbte Seel wie ein Blut / ihren standvesten Leib wie ein Crystall. Den Geist sahe ich fechten vnnd vberwinden Leib vnnd Seel / welche doch sich vereinigten. Der Leib diente dem Geist vnnd der Seelen für ein veste Wohnung: der Geist erleuchtete den Leib vnnd die Seele wie ein Crystallener Himmel: die Seele ziehrete den Leib vnnd Geist mit ihrer Himmlischer Rubin roter Farbe.

Præterea è terra cœlitus demissa perpetuum mobile microcosmumque vere omnium Elementorum & Elementatorum operationes ad oculum tibi demonstrantem obtinebis, si eam Philosophico igne in sua aqua solueris, & in formam, quam terra ante Elementorum & Elementatorum eductionem in Chao habuit, reduxeris, animamque vniuersi è Sole in ipsam affatim singulari artificio impresseris.

O mirabilium mirabilissimum! ô immensam DEI sapientiam, quæ tanta mysteria fragilibus hominibus ex abundanti benignitate concessisti! Quando tandem aliquando vmbras deponemus, vt in perfecta luce te absque

ænigmate

ænigmate videamus, & æternum tuam immensam præstantiam dilucide in operibus naturæ limites excedentibus intueamur, atque in Deo vno tanquam in libro summe perspicuo omnia mysteria aperte legamus?

HERMETICÆ PHYSICÆ LIBER III.

Capvt I.

De Spiritibus.

1. *Chao & Elementis explicatis, ad Elementatorum explicationem progredimur.*

2. *Elementata sunt substantiæ, quæ ex Elementis constituuntur.*

Axioma.

Elementatum cum Elementis affinitatem quandam habet.

Alle Ding/ ait Drebel. c. 2. de Element. haben Gemeinschafft mit dem Ding/ darvon sie gemacht seynd.

3. *Elementata sunt vel spiritualia, vel corporea.*

4. (a) *Spiritualia sunt in quib. corpori* (b) *natura spiritualis cum ratione dominatur.*

(a) Vno verbo appellantur Spiritus; Spiritus autem vocabulum ambiguum est: 1. denotat ventum, sed is ad doctrinam meteorologicam refertur. 2. vaporem quemlibet è corpore effluentem. 3. Creaturam subtilem, quæ ratione prædita intus in suo centro corpoream gerit naturam, eamque pro arbitrio suo in circumferentiæ lucem sistendi potestatem habet. In Elementis habitat, & ibi suo officio, quod illi diuinitus iniunctum est, defungitur. Significatio hæc posterior huius loci est. (b) Natura spiritualis est subtilissima essentia, per quam etiam solidissima & crassissima corpora penetrare spiritus potest: Cuius virtute & efficacia corporeitas occultari, & in centrum cogi potest, ne penetrationi & nobilibus spirituum operationibus impedimento esse queat. Si lubet, spiritus ita definio: Spiritus sunt substantiæ subtilissimæ, ex subtilissima Elementorum quæ inhabitant, portione diuinitus extractæ, & Spiritus diuini afflatu rationem adeptæ.

Axiomata.

I.

Spiritus ex subtilioribus Elementorum essentiis creati sunt.

Deus ex Elementis primum separauit subtilissimum & potentissimum, vt ex eo subtilissimas & potentissimas creaturas faceret, quæ id haberent in superficie, quod homo in profunditate corporis sui. Spiritus ergo, quia tales creaturæ sunt, Deus ex elementorum essentiis subtilioribus intus intra corpora ipsorum consistentibus creauit.

II. Quo

II.

Quo subtiliores sunt spiritus, eo potentiores & actiuiores.

Præstantia enim operationis à subtilitate essentiæ pendet. Crassities omnis potentias rerum limitat, & in certos cancellos adigit.

III.

Elementum quod inhabitant spiritus, quo superius & subtilius est, eo etiam superiores, puriores & durabiliores sunt spiritus inhabitantes.

Spiritus enim ex Elementis quæ inhabitant, id Dei ordinatione intra se admittunt, quod ad naturam ipsorum firmandam & conseruandam facit. In omni Elemento duo sunt: Verbum DEI implantatum, & id in quo Verbum DEI existit, seu cui Verbum DEI adiunctum est. Ex Verbo DEI vnumquodque quod in Elementis existit, sui conseruationem haurit. Verbum DEI vero quo in puriori Elemento locum (ita mihi iam dicere liceat) sibi fecit, eo præstantiores & efficaciores fructus conseruationis ad eas creaturas deponit, quę in puriori isto Elemento habitant. Ais forsan hic, Spiritus ex Elementis, in quibus sustentantur, nihil assumere, nec ea conuertere in suam naturam, quia perpetuitati destinati sunt diuinitus, nec corruptionem in se admittunt: Sed sciendum tibi ęst, spiritus inter se certis gradibus differre, ac proinde non omnes vno & eodem modo perpetuitati esse consecratos. Qui in inferioribus Elementis habitāt, quia illa impuriora sunt, per se

perpe-

perpetui esse non possunt, sed mutationem quandam necessario subire coguntur, si ad perpetuitatis apicem peruenire debent; Spiritus vero qui in superioribus & summe puris Elementis habitaculum sibi diuinitus statuerunt, ii absque omni mutatione perpetuum suam sibi insitam formam sibi retinent, & ab Elemento summe puro, quod inhabitant, defenduntur Dei ordinatione contra omnes iniurias omnium impuritatum ex inferioribus Elementis, præcipue ex iis, in quibus tenebræ magna cum copia redundant, scaturientium. Elementum autem illud in quo purissimi spiritus habitant, est & extra substantiam spirituum purissimorum collocatum, & eorum naturæ ita tamen insinuatum vt quocunq; ferantur, cœlum & habitaculum suum, ex quo conseruantur, secum portent.

CAPVT II.

De Spiritibus purissimis & supremis.

1. *Spiritus sunt vel superiores, vel inferiores.*

Quia Elementa, quæ à spiritibus inhabitantur, sunt talia, id est, superiora vel inferiora, spiritus ex iis nomina sua merito sortiuntur.

2. *Superiores spiritus sunt, qui superiora Elementa inhabitant.*

3. *Superiores sunt vel cœlestes, vel aerei.*

4. Cœle-

4. Cœlestes sunt vel primarii, vel secundarij.

5. Primarij sunt, qui cœlum Empyreum inhabitant, & omnium aliorum spirituum creatorum sunt supremi & potentissimi.

Sunt dubio procul homines, qui nos temerariæ audaciæ sint accusaturi, quod in ea inquiramus, ad quæ sensus corporis nostri circumscripti pertingere nequeant. Sed cordatus lector sciat, ausum nostrum non esse temerarium: Quippe ex eo dilucidissime patet, quod substantia primariorum Angelorum vestiganda nobis necessario sit, tum quia ex Dei mandato cum quibusdam hominibus locuti sunt, seq; iis conspiciendos præbuerunt, vt occasionẽ in iis excitarent, qua de eorum statu & domicilio cogitarent: tũ quia natura spirituum illorum in hoc mundo etiã reuelari & cognoscenda exhiberi hominibus debet: quippe nihil adeo occultum est, quod non suo tẽpore eatur reuelatũ, teste Christo: Tũ quoq; quia Scriptura S. de spirituum illorũ officio perspicue nos instituit & informat. Accedit quod dato infimo detur ẽt supremum, & in infimo supremũ adumbretur, vt ex cognitione infimi facile ad cognitionem supremi peruenIri queat. Nemo ergo vitio mihi vertat, quod conet tantum aliquid in re adeo abstrusa. Agnosco meam ipsius imbecillitatem & mentis meæ arctissimas angustias, quibus corpus, cui annexa est, eam obsidet & circumscribit. Deum autem adoro meum, vt scintillulis meis lumen immensæ suæ misericordiæ in auxilium mittat, meumque animum ita illustret, vt tantum ea quę

cum

cum vera & solida pietate stare possunt, meditatione assequar, veritatemque si non perfecte de tantis mysticis rebus, tamen aliquo modo adumbrem. Spiritus primarii Genes. 12.2. nuncupantur Exercitus DEI.

Axiomata.

I.

Omnium spirituum primariorum eædem vires & potestates sunt.

Id est, vnusquisque Spiritus tot & tantas habet vires & potestates, quot alius: cum hoc tamen discrimine, quod in quibusdam spiritibus potestates aliæ centro, aliæ circumferentiæ propius accedant, nec simul vno & eodem momento virium istarum fluxus ad extranea fiat, sed ex Dei ordinatione & mandato potestatum istarum deductionem in actum plane pendeat. Ne tamen otiosæ creaturæ spiritus isti videantur esse, singuli aliquid agunt, præsertim illud, quod ad harmoniam & concentum mirabilem stabiliendum faciat, & in vnione cum Deo eos conseruet.

II.

Omnes & singuli spiritus supremi eadem & pari facilitate vires suas sibi inclusas exerere possunt.

Igitur DEO mandante tam inferioris ordinis spiritus, quam superioris eadem admiranda præstare eodem modo valet: sed quia ad conseruationem harmoniæ non conuenit, vt superiores & potentiores vires vno & eodem tempore prodeant, spiritus inferioris ordinis vires superiores in

se oc-

ſe occultatas retinet, vſque dum DEVS ex ſuo imperueſtigabili decreto ſuperioris ordinis ſpiritui impoſuerit manifeſtarum operationum occultationem.

III.

Quot vires vno & eodem tempore ita ad actū deduci queunt, vt harmonicum concentum inter ſe firment & ſtabiliant, tot ſunt ſpiritus inter ſe diſtincti in cœlo Empyreo.

Nam in cœlo Empyreo lux infinita eſt, qua ſimul vno eodemque momento omnium virium efficaciæ patere poſſeſſoribus debent. Iam verò ad harmoniam conſeruandam ex vno ſpiritu vnius generis virtus ſe exerit, nec reliquæ virtutes ſine confuſione ſimul prodire poſſunt. Vnum hominis corpus non cōſeruaretur à tot diſtinctis partibus, niſi partes harmonice inter ſe operarentur, vt vnionem ſuam inter ſe tuerentur, & arctam animæ copulationem firmarent. Quot vires in corpore humano eodem temporis momento ſe exercere poſſunt, ita vt harmonia operationum firmetur, tot neceſſario erunt partes.

IV.

Spiritus primarij in rerum cognitione omne tempus excludunt.

Igitur quæ homo intelligit ſucceſſiue, ſpiritus ὑπερχρόνιοι intelligunt vno momento ſimul. Aſtrorum in cœlo ſidereo exiſtentium motus & operationes ſunt eminentiores & celeriores motibus eorum, quæ in inferioribus Elementis extrinſecus

secus corporea mole induta sunt, ita vt non sine admiratione Lunæ & Solis celerrimam circumgyrationem circa terræ huius centrum intueri cogaris, nisi plane stupidus fueris. Considerent quæso omnes homines, qui sensibus exterioribus quiescentibus, & ad centrum eorum operationibus reductis in Ecstasin incidunt, quod vno veluti intuitu infinitarum rerum cognitionem apprehendant, & tam infima quam suprema sine omni tẽpore intelligant. Perpendant cordati viri velocissimum mentis humanæ discursum, qui vel vno momẽto dum homo somno breuissimo corripitur, plurima fere innumera distincte homini proponit, vt plane impossibile sit, sensibus vigilantibus, adeo celerrimo discursu tam varia perscrutari. Quantum quæso superabũt discursus & motus spirituum summorum nostræ mentis corporis vinculis alligatæ imperfectos discursus?

V.

Spiritus primarij ex sua abysso corpus impurũ & crassum, cum quo in perfectam vnionem abeant, producere nequeunt.

Etsi corporum inferiorum, quæ infinitis tenebris & impuritatibus scatẽt, natura in centro primariorum Angelorum latere à Philosophis statuatur, tamen caute illud accipiendum est: Nam sapientes probe norunt, in impuris creaturarum inferiorum corporibus delitescere corpoream substantiam purissimam, quæ tota extra inferiorem compositionem sine vllis relictis feculentiis sese pro rationis diuinitus insculptæ & impressæ dire-

directione è centro seu condensatione suâ in circumferentiam seu dilatationem maiorem vltra mundi immundi terminos deduci possit. Huiusmodi corpora spiritus primarij in intimis sinibus, singuli singula pro naturæ suæ exigentia gerunt abscondita, iisque si pro imperio supremi ea ex silentio in lucem sistere iubētur, tam varias formas corporeas imponere & induere sciunt, quam varias ipsorum ratio concipere valet.

VI.

Omnia quæ homo indultu Dei extra carnalem copulam præstare potest, primarij spiritus etiam, eminentiori tamen modo efficere possunt.

Carnalis copula est manifestissimum signum magnæ imperfectionis, qua hominis singularis perpetuitas in perpetuitatem speciei permutatur, & sic homo homini ex hac vita cedere cogitur. Et carnalis copula argumento nobis est summæ impuritatis, quæ in spiritus istos purissimos nunquā cadit, ac proinde cum hominibus carnale commercium non habent, quia longissime hac ratione à Dei facie sic recederent, & impurissimis tenebris se contra voluntatem Dei immiscerēt. Si homo, qui singulari aliquo modo Deum alloqui sibi proponit, à muliere se abstinere tenetur, multo minus Sanctissimi illi Spiritus in tantas tenebras se demittent, vt cum impuris corporibus cōmercium habeant, cum tenebræ huiusmodi cū summa luce in quā persistunt, stare nequeant. Præterea si quid cum lucis perfectione simul stare potest & ab homine interiore producitur, illud idem,

perfectiore tamen ratione à sanctissimis illis creaturis peragi potest.

6. *Quemadmodum in omnibus aliis inferioribus regnis distincti ordines sunt: ita etiam in hoc regno creaturarum purissimarum & potentissimarum distincti gradus & ordines inueniuntur.*

Sic vides thronos, dominia, principatus, potestates aperte per vocem εἴτε Coloss. 1. 16. inter se distingui: Archangelos esse 1. Thess. 4. 16. Iud. v. 9. legis. Angelos à virtutibus separatas substantias esse liquido tibi cōstat ex v. 38. c. 8. Epist. ad Rom. Angelos alios appellari Cherubim, alios Seraphim ex V. Testamento habes. Quis ergo negare ausit inter angelos esse ordines certos cum ordinibus qui in inferioribus regnis sunt, conuenientes? Quot vero Angeli singulis ordinibus subiaceant, & quot sint ordines, hoc in mundo à nobis vix apprehendi & intelligi potest: Interim tamen non dubitamus, quin innumeri sint spiritus, qui à Dei stēt seruitio. Antiquo dierum Dan. 7. 10. millies mille ministrant, & coram eo stat myrias myriadum. Eorum septem referunt preces Sanctorum, & egrediuntur coram gloria Sancti, vt Tob. 12. 15. videre est.

CAPVT III.

De Salamandris, seu Intelligentiis.

1. *Secundarij cœlestes spiritus sunt, qui cœlum sidereum, eiusq; astra visibilia inhabitant.*

Aristo-

Ariſtoteles Aſtris viſibilibus intelligentias adiudicauit ad promotionem & conſeruationem motus ipſorum. Sed nos in largiori ſignificatione vocem Intelligentiæ accipientes poſſumus appellare omnes ſpiritus, qui in aſtris exiſtunt, Intelligentias. Hi ſpiritus etiam à ſecretioribus Philoſophis Salamandræ dicuntur; quia in igne viſibili ſunt, & ab eo ſui conſeruationem habent. Paracelſo nuncupantur penates cap. 4. lib. meteororum.

Axiomata.

I.

Spiritus ſecundarij in cælo ſidereo ideo habitãt, vt virtutes ſuperiorum ad hæc inferiora promoueant.

Spiritus ſupercœleſtes ſeu primarii cum ex animo doleant portionem ſuæ ſubſtantiæ teterrimis tenebris eſſe in hominum corporib. immerſam; ſingulis momentis apud Deum inſtant, vt per verbum ſuum illam ex tenebrarum vinculis firmiſſime compactis redimere, & dignitati ſupremę, quã ante mundi huius creationem polluit, reſtituere velit. Cum vero hoc idem ex diuina ordinatione ſine creaturis intermediis fieri nõ debuerit, cœlo ſidereo Deus incluſit ſpiritus, qui hunc inferiorẽ mundum regerẽt, atq; vires supercœleſtes è ſuperioribus exluctas in ſubſtantiis corporeitati vicinioribus occultarent, & per eas ad hæc inferiora tranſmitterent. Hinc fit vt non tantum homo, ſed etiam alia omnis creatura vitam habeat, homoque acquirat illud quod proximum ſubiectum ſit ſpiraculi & imaginis diuinæ. Sine mediis lux

ex infimis tenebris ad supremam lucem non eleuatur. Extreme contraria inter se haud vniuntur, priusquam media natura intercesserit, cuius beneficio inter se coire queant.

II.

Vnumquodque astrum, quod distinctum in cælo sidereo apparet, plurium spirituum habitaculum diuinitus factum est.

Quemadmodum terra est domicilium multarum & innumerarum rationalium creaturarum: ita etiam astra visibilia, quorum potissima pars magnitudine terrenum globum excedit, innumeros spiritus sibi inclusos gerunt, & singulis diuinitus certa & definita opera sunt destinata. Magnalia Dei maiori cum lætitia apprehendunt quã inferiores creaturæ. Quo enim magis substantia est exuta vinculis corporeis, eo magis stupendum in modum intuetur secretissima omnium regnorum mysteria, nisi substantia spiritualis se ipsam à voluntate Dei sponte auerterit, atque in tenebris viuere maluerit.

III.

Spiritus secundarij tum opera spirituum primariorum intelligunt, quando sidereas suas actiones in se occultant, atque superiorem essentiam è cælo Empyreo assumptam suaque natura siderea inclusam diuinioribus actionibus consecrant, & sic vires supercælestes extrinsecus apparere & exeri permittant.

Interiora

Inferiora & superiora vno actu ad eũdem modum à ratione apprehendi nequeunt. Inferioribus intentus superiora vel plane nõ intelligit vel imperfecte: Non aliter ac homo qui dum naturalia scrutatur, suas cogitationes diuinioribus rebus subtrahit. Quare secundarii spiritus dum cogitata sua ad inferiorum cognitionem dirigunt, superiora & magis diuina prætereunt. Exuant sideream & induant supercœlestem naturam omnes spiritus, qui ea quæ supra naturæ suæ leges sunt, & in cœlo Empyreo stupendum in modum peraguntur, intueri & intelligere cupiunt.

2. *Quot stellæ in cœlo sidereo inter se distinctæ sunt, tot etiam sunt ordines generales spirituum sidereorum.*

Vnde alii spiritus sunt Solares, alii Lunares, alii Saturnini, alii Iouiales, alii Venerei, alii Martiales, alii Mercuriales: alii denique dantur qui fixas stellas inhabitant. His omnibus inferioris huius globi regimen diuinitus concreditum est, & influentiæ, quæ cœlitus demittuntur, ad certa subiecta ab iis sæpissime determinantur, omnesq; actiones animales cum morali & naturali probitate coniunctas regere & disponere solent. Ab huiusmodi spiritibus homo aliquando ita solet imprægnari, vt pietatem suam, quam olympus sidereus in eo operatur, è Christi spiritu supercœlesti promanasse sibi persuadeat. Hinc singularẽ sanctitatem talis homo præ se gerit, elemosynas abunde elargitur, caste viuit, ieiunat sæpius, amat omnes alios, à quibus se amari videt, vsuram odio

habet, atque alia innumera bona opera naturæ & rationi consentanea præstat. Sed quia ex Olympo sidereo & non ex eo, in quo S. Angeli cum Domino nostro Iesu Christo supra omnes cœlos corporeos habitant, ea opera pietatis externæ proueniunt, ille homo filius Dei nondum erit in Christo Iesu. Vt vero apparenter pios à veris piis secernere, & eos, qui è Christo in cœlo Empyreo triumphante per fidem pietatis suæ excercitia hauriũt, sine fuco dignoscere possis, diligenter N. Testamentum tibi perlegendum est, atque fidei vere Christianæ opera notanda sunt: vbi quidẽ vides, non improbari legem naturæ cordibus hominũ inscriptam, & à Mose in V. T. ex Dei mãdato promulgatã: sed præterea nonnulla præter naturam à Christo filiis regenerationis iniungi: qualia sunt: 1. Amare hostes, eis condonare & pro ipsis orare. 2. Se abnegare, suam vitam odisse & perdere. 3. Iniustam ignominiam patientissime ferre. 4. Honores delatos respuere. 5. Fidem in Christum miraculis in S. Scriptura fidei attributis confirmare. Hæc sunt opera, quæ supra naturæ legem fiunt, & ex fide in Christum, remota omni dispositione humana scaturiunt, & testantur hominem eiusmodi virtutibus præditum à Christo ex Olympo omnium supremo esse vere regeneratum, Angelicamq; ducere vitam. De hac vita vere Christiana me vberius disserentem alibi audies.

CAP.

CAPVT IV.

De Spiritibus aëreis.

1. SPiritibus cœlestibus adumbratis, ad aereorum explicationem progredimur.

2. Spiritus aerei sunt, qui spacium à concauo Lunæ vsq; ad superficiem globi inferioris terræ & aquæ constantis extensum ex Dei ordinatione inhabitant.

In aere ergo existunt sub cœlo supra terram, & ex eo occultum vitæ cibum, quem alii Chaos, & mysterium magnum appellare solent, sibi attrahunt, in se digerunt, & in suam naturam conuertunt. Nulla creatura aere carere potest, & omnis ignis aere tanquam proprio nutrimento conseruatur. Sic & multo magis spiritus in aere existentes ex eo balsamum vitalem ad sui conseruationẽ exsugunt, sibiq; appropriant.

Axiomata.

I.

Spiritibus cœlestibus tam secundariis, quam primariis spiritus aerei subiecti sunt.

Et quia diuinitus cœlestes spiritus in altioribus locis constituti sunt, & quia purioris & lõge subtilioris naturæ sunt. Dominantur ergo cœlestes spiritus tanquam superiores aereis tanquam inferioribus, inferioresque à nutu superiorum ita pendent, vt mandata superiorum nolentes volentes exequi cogantur. Quod lectori probe considerãdum est: Nam hic potest habere rationem,

per quā fiat, quod etiam vere renatis à Christo potestas & dominiū in spiritus illos aereos sit cōcessa: Hi enim qui per fidem in Christum regenerati sunt, virtute Angelica & supercœlesti induti sunt, vt etiā iis spiritus obtēperare, & omnia, quæ ipsis imponuntur, perficere teneantur, non aliter, ac si De⁹ ipse ipsis talia iniūxisset. Vnde D. Apostoli spiritib. imperare, dæmonia eiicere & certis carcerib. includere potuerunt. Nolim tamē hic te arbitrari, quod illorum studium approbem, qui spiritus familiares, vt vocant, in vitra constringunt, crystallis includunt, & ad præsagiendum, memoriam iuuandam, atq; ad alia illorum opera abutuntur. Nā eiusmodi bannitus spirituum per illicitas coniurationes instituuntur, & ex vera fide, quam Christus in Euāgelio nos docuit, nullo modo pendēt. Patiuntur quidem spiritus aliquando se adstring. ad certum corpus: sed cum huiusmodi adstrictio ipsorum naturæ valde disconueniat, spiritus exacerbantur, & tandem coniuratori & possessori plus damni quam vtilitatis afferunt. Quod tamen contingere non potest iis, qui fortiora arma ex cœlo supremo à CHRISTO Domino nostro reportarunt. Caueat ergo sibi omnis homo, quicunq; beatitudinis sitiens est, à spiritib. ita coniuratis, & cogitet pœnā tanti abusus non emansurā, nec aliquid solidæ sapiētiæ ex cōuersatione cū spiritib. taliter adductis ad ipsum redundaturū. Hoc vero do consilii, vt quicunq; spirituū natu ā bene intelligere, ex iis in sapientia vera proficere, & futura certo præsagire ex animo desiderat, ante omnia tria prima Cabalistarū principia, quæ sunt:

Quæ-

Quærere, Pulſare, Orare, continuo exercitio ad vſum transferat, Deumque Patrem in nomine IESV ſine intermiſſione inuocet, ab eoque præſidium Angelorum impetret. Quod ſi in vera fide perfecerit, Spiritus ipſi ſubiicientur, & ab imperio eius quolibet tempore ſtabunt: Virtute enim diuina homo vere pius & in Chriſto regeneratus induitur, ad quam inferiores Spiritus contremiſcere ſolent. Virtus hæc diuina in S. litteris digitus Dei dicitur.

II.

Spiritus aerei meteororum directioni & promotioni praſunt.

Meteora quid ſint, explicatur libro ſeptimo huius Phyſices. Meteora autem cum ſint inſtabilia corpora, inconſtantiam etiam ſpirituum aereorum nobis ſufficienter arguunt, & quod iam hoc, iam illud inconſtanter peragant, perſpicue demonſtrant. Vnde iam ſe ventis, iam ignibus fatuis, iam pluuiis immiſcere ſolent. De ignibus fatuis res per ſe manifeſta eſt: Videntur enim eiuſmodi ignes aliquando inter ſeſe congredi, pugnam inter ſe inſtituere, & viatores ad præcipitia vel in aquam ſeducere. De ventis etiam nemo dubitabit, qui hiſtorias legerit, quod impetu ventorum arbores maxime grandes cum radice è terra euulſæ, firmiſſimæ ædes deſtructæ & dirutæ fuerint, turbineque ingenti homines in altum aliquando ſint eleuati.

III.

Spiritus aerei omnes mali non sunt.

Sunt enim, qui substantias inferioris globi bene promotas cupiunt, & exinde Deo mandante & ordinante meteora salutaria demittunt, vt bene ex iis conseruetur quicquid terrenus globus possidet. Malorum tamen spirituum in aere degentium infinitum numerum esse ex N. Testamento liquido nobis patescit, inter eosque certos dari ordines liquet ex eo, quod ipsorum Monarcha Beelzebub appelletur, & principatus potestatesque inter eos esse Ephes. 6.12. Col. 2.15. dicatur.

3. Spirituum aereorum 1. alii sunt Orientales, alii Occidentales, alii Meridionales, alii Septentrionales. 2. alii propius cælum, alii propius terram, alii in medio aere sedem sibi figunt.

Orientalibus sub plaga orientali, occidentalibus sub occidentali climate, Meridionalibus sub meridionali, & Septentrionalibus sub septentrionali plaga habitaculum diuinitus destinatum est. Deus ordinis institutor & obseruator non vult vt creaturæ inter se confusæ viuant, habitationesque suas inter se confundant.

Axioma.

Singulis spiritibus singularia officia diuinitus imposita sunt.

Id quod vel ex eo patet, quod alij Spiritus memoriæ iuuandæ destinentur, alij mechanicis o-

peratio-

perationibus promouendis inseruiant, alij præsagiis præsint, aliique alia in hæc inferiora conferant. Et harmonia cuius Deus autor est, idem nobis certo persuadet. Igitur orientalibus spiritibus alia, occidentalibus alia, meridionalibus alia, & Septentrionalibus alia, quæ efficiant, diuinitus iniuncta sunt.

CAPVT V.

De Spiritibus aqueis, seu Nymphis.

1 *HVcusque de spiritibus superioribus: Inferiores sequuntur, qui in inferioris globi Elementis degunt.*

Axioma.

Inferiores Spiritus & morti obnoxii sunt & generatione suam propagant speciem.

Quia inferiora Elementa secundum spiritualem modum in iis dominantur, ac proinde tenebræ corruptionis causæ lucem spiritualiter superant.

Hinc fit vt diuersis seculis diuersimode se conspiciendos hominibus præbuerint, iam pauciores, iam plures. Ne tamen species tota perimatur, generatione suam naturam propagare ex diuina ordinatione solent. Id quod mecum etiam magnus ille Philosophus Paracelsus statuere videtur.

2. *Inferiores Spiritus sunt vel aquei vel terrestres.*

3. *Aquei*

3. *Aquei Spiritus sunt, qui mare eiusque ductus inhabitant.*

Nominantur aliis Nymphæ nomine fœmineo, quia in aqua producendis rebus aptissima, matricisque nomen præ aliis sensibiliter sibi vendicante vitam suam viuunt. Non vero ex his in opinionem hanc pertrahitor aliquis, quod pure sint naturæ fœmineæ, sed eos Spiritus voce fœminina ab hominib. insignitos fuisse statuito, quod sæpius sub ea forma apparuerint. Alias & sub forma mascula se aliquando hominibus ostendunt, vt videre est ex eo, quod ante biennium à quodam fide digno eiusmodi Spiritum aqueum in specie senis barbam canis pilis oblongam habentis in portu Dantiscano apparuisse relatum fuerit, ad quam apparitionem plurium nauium submersio breui subsecuta fuit. Appellantur alias & Sirenes, quæ dulcedine cantus sui nauigantes in soporem trahunt, & aliquando quosdam ex iis, qui nauibus vehuntur, rapere dicuntur, prout diuinitus illud permissum fuerit. Vnde quidam Physiologus citante Anglico cap. 95. lib. 18. Sirenem sic definit: Siren est monstrum marinum, ab vmbilico & sursum habens formam virginis, inferius figuram piscis. Hæc belua in tempestate gaudet, in serena autem dolet. Hæc dulcedine cantus facit dormire nauigantes, quos cum viderit consopitos, ad nauem accedit, & quem poterit rapere, secum ducit, & perferens ad locum siccum, primum ipsum secum coire cogit, quod si coire noluerit vel non pote-

rit,

tit, illum perimit, & eius carnes deuorat & transglutit. Ex hisce tamen ne collige, formam illam qua superius virgines, inferius vero pisces repræsentant, esse illis perpetuam & propriam: Nam pro varietate & præstantia virium, quibus pollent, corpori suo intus intra ipsorum spiritualem naturam latitanti formam externam, quam modo voluerint, imprimere & superaddere ex suo silentio optime norunt.

Axiomata.

Aquei Spiritus minus potentes sunt quam aerei.

1. Quia ex crassiori Elemento suum assumunt nutrimentum. 2. Quia in ordine inferiores sunt aereis. 3. Quia minus spacium occupant, quod tantarum virium, quantas aerei Spiritus obtinent, deductionem ad actum in se capere non potest.

II.

Spiritus aquei fructibus aquarum partim in (a) *lucem promouendis, partim in intima abysso occultandis & custodiendis præsunt.*

(*a*) Vnumquodque Elementum fructus non apud se sed apud aliud à se diuersum deponit, vt exinde virtutes eius magis magisque indagentur: Qua de re non omnia, quæ à seminibus aquæ insitis in certas formas producuntur, occultari possunt, sed in alia Elementa deferuntur, vt ea, quæ in iis Elementis sunt, aliquid vtilitatis inde sibi capiant.

Cum

Cum vero non omnia, quæ ab aliquo Elemento eduntur, ſimul vno & eodem tempore aliis Elementis iiſque creaturis, quæ in iis verſantur, prodeſſe queant, propter harmoniæ conſeruationem Deo viſum fuit deſtinare nobiliſſimis aquarum fructibus cuſtodes, qui tãtos theſauros tam diu in intimis penetralibus aquarum tegant & tueantur, vſque dum ipſis diuinitus iniungatur, vt in harmoniæ conſeruationem & gloriæ diuinæ illuſtrationem eos promant.

CAPVT VI.

De ſpiritibus terreſtribus.

1 *SPIRITVS terreſtres ſunt Spiritus intra terram ſeu in terræ intimis viſceribus habitantes, & ex terræ Chao nutrimentum ſuaque ſubſtantiæ conſeruationem inuiſibiliter deſumentes.*

Appellantur Sylphes & Pygmæi: Germanis Schrötlein oder Bergmänlein: & quia in terra domicilium ſuum habent, eiuſque Chao conſeruantur, craſſioris ſubſtantiæ & naturæ ſunt, quam reliqui Spiritus qui cætera Elementa inhabitant.

Axiomata.

Spiritus terreſtres vt plurimum ſentiantur, videntur & audiuntur in iis locis, vbi magni theſauri & diuitiæ latent.

Igitur vbi pretioſæ mineræ auri & argenti dantur, ibi

tur; ibi apparent, delectantur iis, easque tuentur & ægre à se dimittunt. Id quod fossores mineralium sæpius experti sunt, & variis modis à suo proposito per Spiritus istos repressi, imo lapidibus petiti & pugnis misere tractati fuerunt. Contra Spiritus etiam aliquoties magna beneficia fossoribus conferunt, & mortem certo aliquo signo prænuntiant; vt quando prima, secunda & tertia vice in eo loco vbi fossor laborat, pultationes audiuntur, certissimum signum est, fossorem aut iri obrutum à minera, aut alia via de vita periclitari.

II.

Pygmæi sunt minores statura quam reliqui Spiritus.

Etsi autem minores sunt reliquis Spiritibus, tamen pro arbitrio suo in forma maiore, minore, venusta aut deformi, in splendore vel paupertate homini apparere possunt: Siquidem nulla ars ipsos deficit, quantum lumen naturæ permittit: pecunia & artibus abundant: omnes thesauros argenti & auri omniaque metalla in suo imperio & dominio habent.

III

Etsi crassioris naturæ sunt, quam reliqui Spiritus, tamen densissimos & saxeos montes intime penetrare, qualecunque corpus crassum in terra permeare optime sciunt.

Id enim quod aer est spiritibus aereis, id terra est

est ſpiritibus terreſtribus. Creatura rationalis libere in ſuo Elemento, cui ineſt, vagatur.

IV.

Spiritus terreſtres redamant homines, qui ipſos amant, & oderunt eos, qui ipſos odio habent.

Hinc ſic Paracelſus: Wer ſich zu jhnen verbindet vnnd verſchreibet / dem geben ſie Kunſt vnnd Gelts genug. Sie wiſſen auch vnſere Sinn vnnd gedancken/damit wir ſie dann leichtlich bewegen/daß ſie zu vns kommen. Sed ego ſuaſerim cuilibet Chriſtiano, vt ſuis Elementis contentus ſpirituum terreſtrium conſortio ne delectetur. Tutiſſimum eſt à Deo precibus impetrare puriſſimorum ſpirituum præſentiam & auxilium.

PHYSICÆ

PHYSICÆ HERMETICÆ
LIBER IV.
DE PRINCIPIIS HYPOSTAticis, Sale, Sulphure & Mercurio.

CAPVT I.
De Principiis Hypostaticis in genere.

1 *HVCVSQVE spiritualia Elementata fuerunt: Corpora sequuntur.*

2. *Elementata corporea sunt corpora ex Elementis constantia.*

A potiori fit denominatio: Quia Elementata corporea forinsecus crassam naturam repræsentant, intusque magis spiritualiorem naturam possident, corpora appellantur. Corpora sunt veluti carceres, quibus internorum spirituum actiuitas limitatur & coercetur, ne adeo potenter erumpat.

Axiomata.

I.

Corpus quo diutius excoctum & elaboratum

fuit, eo præstantiores virtutes possidet, & temperatius est.

1. Quia ad ignis naturam propius accedit, cum calore eius excoctum sit. 2. Quia elaboratio fuit constantissima, & summam fixitatem corpori impartita fuit, quando diutissime continuata est. 3. Quia Elementorum maior adæquatio est in corpore diutius excocto, quam in corpore leuius elaborato. Aurum ergo præstantissimas obtinet vires, quia inter mineralia diutissime excoctum & elaboratum fuit.

IV.

Id quod in Elementatis corporeis internum & inuisibile est, præstantius & potentius est eo, quod in iisdem visibile & externum est.

Inuisibilia enim & interna semper sunt nobiliora, præstantiora, & valentiora, quam visibilia externa, quæ minus perfecta & suis internis viliora sunt: Sic domus res externa ædificatur ob inhabitatorem: sed incola nobilior est omnibus lignis, lapidibus & toto ædificio, cum sit viua & rationalis creatura. Croll. præfat. in lib. de Signat.

Quæ videntur, temporaria sunt: quæ non videntur, æterna. 2. Cor. 4. v. 18.

III.

Vnumquodque Elementatum redit in illud, ex quo fuit ortum.

Nimirum in suam primam matricem.

IV.

IV.

Vnumquodque Elementatum in suo sinu mortis & vitæ primordia gerit.

Ein jedes Ding trägt sein eygen Todt vnnd Leben bey jhm selbst am Halse/als Gesundtheit vnnd Kranckheit. Arcæ apertæ pagin. 143. 187. Igitur & aurum. Incorruptibile vero aurum dicitur respectu aliorum mineralium: quia nullum aliud inter ea datur, quod adeo longe duret quam aurum.

V.

Quo plura sunt organa alicuius corporis Elementati, eo corruptibilius est.

Magis enim magisque Elementatum sic recedit ab vnitate, in qua rei conseruatio potissima consistit. Decuisset ergo, ait Seuerinus capit. 2. Ideæ, Philosophos non ad pauca respexisse, sed vniuersam Naturæ latitudinem contulisse, ac tum demum de rebus iudicium fecisse: deprehendissent vtique magnam Balsami varietatem; & admirando Naturæ mysterio decretum, vt quæcunque rerum genera diuinitate actionum vigerent, quia in iis actu plurima explicata esse actionum instrumenta oportuit, non potuisse similarem solidam & stabilem Balsami materiam admittere: qua fruuntur illa quæ obscure viuunt, quæ sexuum discrimina vel occulta vel nulla ostendunt, quæ varietate officiorum sensibilium & mobilium non distrahuntur. Mundus quia partibus maxime dissimilaribus & inter

se separatissimis constituitur, partesq; admittit tales, quæ per se corruptioni obnoxiæ sunt, necessario tandem à multitudine, in qua consistit, ad vnitatem, quam in Chao obtinuit, redibit, meliori tamen existendi modo.

3. Elementata corporea sunt vel primaria vel secundaria.

4. Primaria Elementata sunt, quæ ad essentialem secundariorum Elementatorum constitutionem requiruntur.

Ac proinde sunt secundariis simpliciora.

5. Primaria Elementata sunt vel actiua vel passiua.

6. Actiua Elementata sunt primaria Elementata, quæ scientiis variis spiritibusque potentibus immediate instructa varie operari possunt.

7. Eaque sunt principia hypostatica & Semina.

8. Principia hypostatica sunt (a) *substantiæ actiuæ ex* (b) *Elementis obortæ, quæ admiranda contemperatione concurrunt, eo fine vt Elementata reliqua* (c) *propinquius constituant, atq; omnes eorum operationes ad* (d) *triplicem fontem & radicem reuocent.*

(*a*) Vnde principalia illa appellantur hypostatica. (*b*) Quomodo ex Elementis principia illa oriantur, sub proxime sequenti theoremate docebo. (*c*) A principiis hypostaticis Elementata propinquius constitui dicuntur propter Elementa

menta, quæ sunt eorum principia remotiora. (*d*) Vnde tria sunt principia hypostatica: Paracelso appellantur etiam tres primæ substantiæ.

9. Principia hypostatica sunt Sal, Sulphur & Mercurius.

Duo sub hoc theoremate consideranda veniunt. 1. Num Sal, Sulphur, & Mercurius vulgaria principiorum hypostaticorum nomine intelligantur. 2. Quomodo ex Elementis oriantur.

Ad primum hisce verbis respondet Petrus Seuerinus cap. 7. Ideæ medicinæ Philosophicæ: Hermetis discipuli corporum artificiosa separatione communia Elementa manifestius conspexerunt: præterea alia quoque principia potentiora, seminum proprietates, conditiones & naturas magis explicantia magna vtilitate introduxerunt. Tria sunt illa, nominibus specierum, in quibus facultates vniuscuiusque principij manifestissime vigent, ornata: liquores Mercurij, oleosa Sulphuris, crassiora vero concretaque Salis. Rerum contemplationi penitus incumbebant, nominum illecebris neglectis. Hæc igitur tria, Sal, Sulphur, Mercurius corpora vniuersa conficiunt. Caue autem ne arbitreris, eos Sal commune, Sulphur & Mercurium vulgi intelligere: Ex iis enim nullum corpus constituitur, cum sint indiuidua in suo genere absoluta. Vnumquodque horum tria pariter in se principia continet: habet enim Sal commune in se Sulphur vel Oleum, Mercurium vel liquorem, & adhuc substantiam quandam solidam vel fixam, salis na-

turæ propinquissimam: similiter Sulphur vulgare liquorem continet, Sulphur & Sal: Eodem modo Mercurius seu argentum viuum habet aquam, oleum, & Sal. Sed quia differentias trium substantiarum, ex quibus vniuersa corpora componebantur, proprietates, conditiones in nullis totius Naturæ speciebus magis explicatas animaduerterunt, placuit ex iisdem appellationes mutuari, idque Philosophica autoritate: Si enim aliis conceditur figurarum & colorum externa similitudine nomina rebus imponere, qua inscitia eos accusabimus, qui actionum & proprietatum ab essentia immediate fluentium consonantiam imitati eiusdem familiæ rebus easdem appellationes accommodauere?

Ad secundum vt respondeam, sciendum est principia hypostatica ad hunc modum ex Elementis orta fuisse: Ignis cœpit agere in aerem, & produxit Sulphur. Aer quoque cœpit agere in aquam, & produxit mercurium Aqua cœpit agere in terram & produxit Sal.

Terra autem cũ non habuit, in quo ageret, nõ produxit quicquam, sed productum remansit in illa: propterea tria tantum principia oborta fuerunt, & terra facta est nutrix & matrix aliorum Confer Sendiuogium de Sulphure p. 38.

Axioma.

Principiis puris existentibus substantia est constantissima.

Impuritas enim sola est omnis corruptionis fons & primaria origo. Impuritatis voce accipio rem alienam, quæ non est de natura homogenea

genea substantiæ. Vbicunque illa accedit, ibi impedit perfectam vnionem trium principiorum. Vbi vero deficit vera vnio, ibi facile dissidium & destructio interuenire potest.

Vnio vera in eo consistit, vt sic intime copulata appareant, ne vnum ab altero diuersam & distinctam in principiato obtineat formam.

CAPVT II.

De Sale.

SAl est principium firmum, fixum & substantificum rerum cunctarum.

Ideoque cum terræ puro ac puto Elemento comparatur: Quod Sal sua natura non est frigidum & siccum (vt volunt esse terram) quæ qualitates nihil aliud sunt quam mors rerum, sed potius calidum & qualitate actiua præditum, quippe quod inseruire debet generationi rerum cunctarum.

Sulphur & Mercurius quia in Sale fundantur, ex Sale suum nutrimentum hauriunt, atque tamdiu in illud agunt, vsque dum vniuersam Salis fixi naturam in volatilem transmutauerint, atque ex inferiori statu ad superiorem & gloriosum perduxerint, vt ita Salis, sine quo diu stare non potuissent, beneficio perpetuo starent, Salque ipsum in admirandis & gloriosis Sulphuris Mercuriique operationibus summa cum de-

lectatione triumphans sibi de summa adepta gloria gratularetur.

2. De Sale obseruate hac axiomata.

I.

Sal omne est coagulationis fundamentum.

Fixum enim est, ac proinde figere potest alia. Quodcunque ergo corpus coagulatum est, beneficio Salis immediate coagulatum est. Confer Paracels. lib. de morb. tart. capit. 3. 5. 9. & 12. lib. 1. de tartaro tractat. 3. in cap. 2. Coagulationem intellige solidam non fluidam. Alias Mercurius & Sulphura inflammata coagulari solent: Et tamen illa coagulatio non accedit ratione Salis fixi, sed volatilis facti: Quamuis ex fixo Salia Sulphuris & Mercurij dimanauerint. Sal coagulat liquida & fluida: Soluit vero solida & crassa, quando in liquore conuenienti resolutum habetur & debite applicatur: Hinc etiam Sal recte principium solutionis statuitur.

Consectarium.

Sal itaque cuncta corpora reddit solida.

II.

Sal nascendi vigorem exacuit, mirabiles penetrandi, dissoluendi, detergendi, euacuandique virtutes obtinet: exuit vero eas quando in Mercurio & Sulphure soluitur & subtiliatur.

Sal

Sal quia ſolida ſubſtantia eſt, ſubtiles operationes per ſe peragere nequit: ac proinde in Mercurio & Sulphure eius poteſtates ad actum deducuntur. Principia hypoſtatica mirabili harmonia inter ſe conſpirant, vt vnum ſine altero necesse, nec operari velit.

III.

Salis & Sulphuris dominium corpus à putrefactione tuetur.

Arcent enim Sal & Sulphur vnanimi conſenſu inutile phlegma, cuius interuentu putreſcit quicquid putreſcit.

IV.

In Sale ſunt differentiæ ſaporum.

Quamuis & Sal detur aliquod, quod nullum ſaporem habet. Vide axioma 7. c. 4. lib. 2.

CAPVT III.

De Sulphure.

I. *SVlphur eſt principium oleaginoſum, viſcidum, caloris naturalis pabulum, cætera principia tanquam intermedia natura conglutinans.*

Quia media natura eſt inter Sal & Mercurium, de vtriuſque ſubſtantia participat, ac proinde aliquid de Sale, & aliquid de Mercurio ſibi tribuit. A ſale habet ſoliditatem, qua Mercurii in ipſo contenti fluxibilitas quodammodo incraſſatur. A Mercurio obtinet fluxibilitatem, qua Salis in

ipso contenti soliditas quoadammodo attenuatur. Sulphur confertur igni: facilime namq; flammam concipit & ardet, quemadmodum & reliqua omnia, quæ de natura eius participant, cuiusmodi sunt resinosa & pinguia.

2. De Sulphure hæc notate axiomata.

I.

Sulphur in Sale, & non per se, subsistit, nec summè penetrat nisi per Mercurium.

Sal enim omnis subsistentię fons & origo, vt & Mercurius omnis tenuis fluxionis & subtilitatis, qua penetrare aptum est quicquid penetrare potest.

II.

Sulphur omne ex Sale vim coagulandi proprium non alienum Mercurium continet.

Itaque Sulphur vegetabile vegetabilem, minerale mineralem, & animale animalem Mercuriũ coagulare potest. Quilibet ergo Mercurius dispositus est ad recipięndam coagulationem à proprio Sulphure & non ab extraneo.

III.

Quo plus Salis intimius Sulphuri incorporatum est, eo firmius Sulphur Mercurium coagulat.

Quanto enim magis Sal Sulphuri vnitur, tanto efficacius suas sulphuri potestates imprimit, ac proinde cum salis natura sit coagulare, Sulphur vim coagulatiuam maiorem accipiet à communicatione & firmissima insitione Salis copiosioris.

IV. Ex

IV.

Ex Sulphure odores promanant.

Quo ergo corpus aliquod maiorem in se sulphuris copiam obtinet, eo copiosiores odores (siue fœtidos siue bene olentes) de se fundit: Sed intellige corpus, cuius sulphur integram salis fixi substantiam in se per omnia sua viscera æqualiter non eleuauit: Si enim integra salis fixi substantia ab intima Sulphuris abysso exhausta atque in omnes æquabiles partes æqualiter diffusa fuerit, Mercurium proprium ita coagulabit, vt corpus illud, cuius sulphur est, nullum odorem emittere queat. Id videre est in auro & argento: Quorum Sulphur sibi intime & æqualiter salia metallica incorporarunt, vt eam ob causam perfecta ea metalla nihil odoris, nisi resoluta fuerint artificio Philosophico, emittant. At ais imperfecta metalla imperfecte coagulata esse, & tamen in ipsis nullum sentiri odorem? Resp. id fieri propter impuritates, quibus pori odoribus emittendis destinati constringuntur, ne aliquid odoris imperfecta metalla effundere queant.

V.

Sulphur operatur exsiccando & consumendo superfluum.

Siue id ex ipso sit, siue ex aliis, per sulphur omnino consumi debet, si salibus non sit subiectum. Sic ad hydropem facit medicina salium, ex hepate Archei productorum ad consumendum putrefactum & corruptum. Ad ipsum autē præterea morbum auferendum vi sulphuris (in ipsis

istis salibus existentis) opus est, cui morbi istiusmodi secundum suam originem subiecti sunt. Paracels. lib. de trib. primis essentiis. c. 3.

CAPVT IV.

De Mercurio.

1. *Mercurius est liquor tenui portione Sulphuris impraegnatus, rarus, aereus, ac spirituosus, caloris natiui proximum instrumentum.*

Hoc principium reliqua duo actionum frequentia ad siccitatem, & senium incorruptibilibus corporibus in horas festinantia assidua irrigatione refocillat, & fluida labilique substantia mixtionem faciliorem reddit. Analogia respondet aeri & aquæ: non enim tantum aqua illa mineralis, quam & alio nomine hydrargyrum & argentum viuum appellant, Mercurius dicitur, sed omnis aqua actiua aliqua virtute dotata, Mercurius quoque propter excellentiam appellatur. Respondet aeri, quod calori admotus nihil fere esse deprehendatur quam aer seu vapor, qui statim in auras euanescat. Aquæ vero comparari potest, quod sit fluidus, nec proprio, sed alieno termino, dum in sua natura est, contineatur, quæ est humidi apud Aristotelem definitio.

2. *De Mercurio habete hæc axiomata.*

I. Mer-

I.

Mercurii dominium certum est indicium inconstantiæ in rebus imperfecte digestis, seu corruptioni obnoxiis.

Sulphuris enim & Salis ex Sulphure minimam portionem possidet. A Sale radicaliter omnis est constantia, à Sulphure mediate: hanc enim constantiam, quam Sulphur habet, ex Salis essentia hausit.

II.

Mercurius si cum Sale per Sulphur in gratiam redierit, atq; in indissolubilem vnionem venerit, subiectum illud, quod ex eiusmodi principijs constituitur, corruptionibus (a) *elementaribus obnoxium non est.*

(*a*) Ac proinde huiusmodi corpus ab aere, aqua, igne, & terra se destrui & in alienam formam permutari non patitur. Quamuis alias à Salibus & Sulphuribus corrodentibus corrumpi possit. Aurum est de quo loquor: Vnde etiam ex eo præstantissima omnium medicina habetur. De hac alibi disseruimus & suo loco disseremus amplius.

Capvt V.

De Semine.

1. EXpositis principiis hypostaticis Seminis explicationem aggredimur.

2. (a) Se-

2. (a) *Semen est balsamus ex corporis* (b) *balsamo in se,* (c) *mediante nutrimento, exaltato separatus, conuenienti humore exceptus atq; in debitis vasis ad propagandam speciem* (d) *excoctus.*

(*a*) Seminis vocabulum est ambiguum. 1. Denotat corpoream quandam substantiam imperfectam, qua balsamus corporis alicuius propagari possit. Quæ cum sæpe sine balsami essentiali tinctura existat, semen recte non dicitur: Frumentum plurimum sæpe datur, è quo, licet in terram proiectum fuerit, aliud frumentum non nascitur. 2. Significat spiritualem & insitam balsami propagati essentiam, quæ in se maxime actiua est, atque subiecto suo tincturas virium suarum adeo imprimit, vt si cum subiecto in debitam matricem proiecta fuerit, ex ea nutrimentum sibi hauriat, organaque perficiat, per quæ balsamus postea suas functiones obire possit. Posterior hæc significatio huius loci est. (*b*) Balsamus est æthereus spiritus, incorruptibili & crystallino sale corporis mixti imprægnatus. Quamdiu hic spiritus principia hypostatica conuenienter animat, tamdiu illud corpus saluum manet: contra si secus fit. Balsamus est natura è tribus principiis hypostaticis in spiritualem, clarissimam & incorruptibilem essentiam eleuata. Est vere calor ille natiuus, qui sulphure natiuo (quod est oleaginea substantia) tanquam genuino pabulo fouetur & in corpore residet. Cum in pingui & viscido illo humido radicetur, sæpe ipsum humidum radicale balsamus vocari solet: non aliter quemadmodum

dum τὸ θερμὸν ἔμφυτον humidum & calorem natiuum aliquando simul significat. (c) Quod à corpore assumitur ex Elementis, atque in eo præparatur, vsque dum ex eo sibi similem substantiam balsamus elaborauerit, sibiq; adiunxerit. (d) Excoqui dicitur balsamus non simpliciter, sed quatenus conueniens humor, à quo exceptus est balsamus, in idoneis vasis amplius in idoneum balsami seminalis domicilium digeritur.

3. *Do hæc axiomata.*

I.

Semen, qua semen, non est corpus sensibile, sed eius receptaculum tale est. Vide Seuerin. c.4. ideæ medic. Philos.

Semen nulli vnquam visum est. Paracelf. de generat. hom. c. 3. Hinc recte spiritualis & ętherea dicitur substantia, quæ in receptaculo conuenienti ex corporis alicuius subtilissima essentia per genuinum nutrimentum in se exaltata & eleuata ad rei alicuius nouæ productionem separato tanquam in genuino domicilio quiescit. Hoc receptaculum nisi iusto tempore in matricem genuinam proiiciatur, spiritum seminalem, qui vere semen est, amittit, atque ad æthera tanquam ad suum genuinum & primarium principium remittit. Sic videmus hordeum, triticum, siligine & multa alia frumenta, si vltra duos vel tres annos reseruantur, propagationi suæ speciei non inseruire, sed virtutem seminalem planè amittere, receptaculis spiritus seminalis illæsis:

Quæ

Quæ deinceps semina recte dici nō possunt, cum nihil ex iis generari queat. Receptaculum seminis Michaeli Sendiuogio, vt & aliis ad differentiam constituendam appellatur sperma: quamuis perplures etiam sint, qui sperma & semen pro terminis habeant synonymis.

II.

Omne semen æthereum est.

Omnis vis actiua ab æthere in hæc inferiora effunditur. Semen itaque cum sit actiuum, illam potestatem ab æthere vt possideat necesse est. Ætheris ergo substantia, quando in corpore aliquo seminali tincturis nouis ratione diuersitatis subiecti induitur & condecoratur, semen ad varias & diuersas operationes disponit.

III.

Sine calore nullum semen producitur.

Calor enim de balsami seminiferi natura est.

IV.

Omne seminis receptaculum coagulatum est.

Id est, non ita liquidum est vt simplex aqua, sed ea crassius & densius est. Vbi tamen notandum est, quod receptaculum seminis sit vel molle, vt sperma hominis & animalium: vel durum, vt triticum, siligo, auena, aurum, argentum. Quomodocunque vero se habeat, ita receptaculum seminis dispositum est, vt aquę vel alii, quod est ei analogum, cum nutrimento in intima penetralia ingressum permittat.

V.

Semen à Natura, non ab arte creatur.

Cum

Cum vero semen nullum sine genuino receptaculo produci queat, hoc similiter à natura vt producatur necesse est. Guilielmus Parisiensis citante Treuisano in sua Alchymia, creare, ait, spermata non est artis: at postquam à natura creata sunt, tum demum ars per solam virtutem naturalem existentem in spermaticis materiis iam à natura creatis, coniungendo, veluti naturæ minister succurrit ipsi rei quidem existenti, sed nondum perfectæ. Errant ergo, qui artificio destillationis, calcinationis & aliarum operationum ex vitriolo, alumine, antimonio & aliis minoribus mineralibus semen metallorum sibi fabricare proponunt.

VI.

Elementum non est semen alicuius rei.

Sunt enim diuinitus elementa creata, vt sint matrices seminum, ac proinde hæc in se recipiant, nutrimento conuenienti alant, & ad perfectionem prædestinationisque suæ terminum producant.

VII.

Semen ex corruptis nutrimentis durabile esse non potest. Sendiu. de Sulph. p. 34.

Ex infirmorum parentum semine nati non durant. Ibid. Medicinarum ergo semina si ex corruptibilibus elementatis sumuntur, constantem sanitatem producere non possunt. Quicunque ergo incorruptibilem medicinam, quæ Lapis Philosophorum appellatur, ex imperfectis, inconstantibus, vegetabilibus & animalibus corporibus pro-

bus producere attentant, in vanum laborant & nihil vtilitatis ex suo labore reportant.

VIII.

Omnium terræ nascentium semina non multiplicantur, neque crescunt, si vis generatiua illorum per calorem aliquem extraneum tollatur. Vide Clang bucc.p.495.

Ex adusto frumento nullum germen habebis. Plantarum semina vix adolescent, si solis feruor nimium per integram fere æstatem se continuauerit.

IX.

Seminis cuiusq; virtus est vnicuique rei in suo regno se coniungere. Sendiu.tract.7.p.31.

Semen enim non miscet se naturaliter alicui rei extra regnum suum. Ibid. Errant ergo omnes, qui semini metallico miscent non metallica ad metallorum multiplicationem inuehendam.

X.

Oeconomiam mundanam minima quæque semina æmulantur. Seuerin. cap.7. Ideæ medicinæ Philosoph.

Itaque non dubium est, quin in corporibus vniuersis concretis quatuor Elementorum rudimenta conspiciantur.

XI.

Nullum corpus in vniuerso est, quod non sit infinitis seminibus perfusum.

Vnde fit, vt ex vnoquoq; corpore varia & multiplicia

tiplicia opera, vel solius naturæ virtute, vel artis adminiculo in lucem prodire possint.

XII.

Omne semen sibi spiritualiter inclusos habet innumerabiles fere processus mechanicos, tincturas & potestates, quæ, statis temporibus, postquam materiæ externa impedimenta remota fuerunt, manifestantur.

In singulis seminibus dona sunt plurima, ait Petrus Seuerinus capite supra citato, scientiæ & mechanici processus prope innumerabiles, nec singula iisdem momentis materiæ faciem occupare possunt; sed statis temporibus formarum copiosa varietate materiam vestiunt. Qua vicissitudine stabilitatis opinionem apud nonnullos Philosophos nacta est materia: cum sit nihil minus instabile.

XIII.

Seminibus loca, matrices, elementa, corpora sunt consentanea. Confer Seuerin. cap. 8. Ideæ suæ.

Si nimirum fieri debet legitima generatio. Vis & potestas, quæ corpora seminibus consentanea reddit, est in seminibus. Hæc adsciscunt sibi consentanea, dissentanea repellunt, promouent, augent, absoluunt omnia. Nulla matrix est, quæ non habeat sibi inclusas virtutes specificas, secundum quas semini alicui maxime conuenit, ab alio vero summe dissidet. Semen matricem ita conuenientem inueniens id, quod ex ipso per prædesti-

nationem certam produci debet, facili negotio producit: Matrix vero inconueniens ſemen recipiens vel non patitur vt ſemẽ intra ipſam diu permaneat, ac ſic tanquam hoſtem ſuum illud expellit, vel illegitimum fœtum ex eo efformat, vt hinc fœtus ſemini ſuo quoad eſſentiam minime reſpondeat.

XIV.

Omne ſemen, quamdiu aliorum ſeminum eſſentiis ſubiicitur, non prodire, nec id, ad quod diuinitus deſtinatum eſt, è ſe foras mittere poteſt.

Semen tritici ſi aliorum ſeminum naturis & copioſa terra regitur, non poteſt germen protrudere. In centro terræ triticum potius putreſcet & in terram permutabitur, quam aliud triticum mediante ſtipula & ariſta profert.

XV.

Semen quo propius ſuperficiem Elementi & matricis ſuæ eſt, eo citius in corpus illud excreſcit, ad quod diuino verbo deſtinatum eſt.

Semina enim non in centro, ſed prope circumferentiam Elementi in corpora formantur, ſuarumq; impreſſionum prædeſtinationes luci proſtituunt.

XVI.

Id quod inter ſemina diuerſa in vnam eandemque matricem proiecta potentius eſt, citius pullulat.

Vnde accidit vt quando ſemen lini & ſiſeris in vnum eundemque agrum ſeminas, ſemen lini citius

tius progerminet, & sua præsentia impediat, ne si-
ler cito crescat, & eo tempore, quo alias multum
se prodidisset, maioremq; formam acquisiuisset,
repressum manere cogatur.

XVII.

Omne semen ex Elementis corpus sibi sumit.

Id est, semen quantumuis spirituale aliquid sit, tamen sua interna virtute ita dispositum est, vt vi magnetica aliunde ex Elementis nutrimentum hauriat, & sic vires insitas amplificet. Quæ vires cum non possint foras se exerere nisi in corpore explicentur, ex nutrimẽto semen corpus sibi format. Nutrimẽtum autem quia Elementatum est, & proinde ex Elementis constare iudicatur, merito semen ex Elementis corpus sibi sumere statuitur.

De Terra damnata & Phlegmate.

1. *Hucusque primaria Elementata actiua fuerunt: supersunt mere passiua.*

2. *Mere passiua sunt, Terra damnata & Phlegma.*

Hęc duo, terra damnata & phlegma ex puncto Caliginis in Chao existentis orta fuerunt, atque fonti nullitatis sunt maxime propinqua. Quod si à sua crassitie in summam subtilitatem transferri possent in ea substantia, cui sunt crasso modo permixta, tum in vnum punctum ab eadem essentia, cui inhærent permixta, redigi & plane occultari possent, ita vt amplius impedire lucis constantissimæ actiones haud valerent. O terque quaterq; felicem, qui in arbitrio suo habet illud punctum

in circumferẽtiam Solis transponere, iterumque, si opus fuerit, ad centri caliginem reducere & coarctare, & sic lucis maxime eminentis diuas ἐνεργείας in Dei summi gloriam è sinu sapientiæ promere. Obscura quidem hæc vulgo habentur, quæ dico, sed profundissimæ sapientiæ, sincerioisque Magiæ studioso maxime perspicua: cũ ex iis multarum secretarum operationum fundamentum & rationem cognoscat.

3. Terra damnata est sicca & impurissima terra, quæ nihil actiuitatis possidet, sed tantum ad impediendas actiones principiorum hypostaticorum & procliuis est, & quamdiu in Elementato secundario est, debitas functiones ipso facto impedit, ne in mundanam progrediantur scenam.

Appellatur caput mortuum, terra absurda, maledicta, arenosa, cinis omni sale per aquarum lixiuia exutus. Apparet omni vere Philosophicæ Alchymiæ exercitatori, qui vbi ex herbis aliisque corporib. tria hypostatica principia artificio vere Chymico extraxit, relinqui eiusmodi terram inutilem frequentissime videt & reiicit.

4. Phlegma est aqua insipida, omni Sulphure & Mercurio destituta, nullo odore vitaliue alia virtute prædita.

Itaque ad morborum sublationem à medicis per se non adhibetur, sed essentialibus rerum virtuosarum proprietatibus aliquando impraegnatur, vt inde aliquem vsum & vires acquirat, solusque vehiculi loco in medicamentorum administratione

ſtratione adhibeatur. Notandum vero eſt phlegmatis vocabulum eſſe ambiguum. 1. Idem eſt, quod vulgo dicitur pituita: quæ cum ſit vel ſalſa, vel aliis euidentibus poteſtatibus referta, non huius loci eſt. Explicatur ea nimis curioſe à quibuſdam medicis in explicatione humorum. 2. Comparatiue ſignificat liquorem minus actiuum, exiſtentem in eo ſubiecto, in quo alius liquor virtuoſior ſimul continetur. Sic phlegma vitrioli dicitur phlegma ratione ſpiritus, qui ex eodem vitriolo elicitur. Illud phlegma aliquid aciditatis in ſe habet: ac proinde phlegma tale non eſt, quale in definitione à me deſignatum eſt. 3. Denotat aquam omni ſenſibili virtute & efficacia deſtitutam, prout definitio data explicat. Poſtrema hæc ſignificatio huius loci eſt. Media ſignificatio phlegma Mercurio annumerat. Prima denotat compoſitum quendam liquorem omnia tria principia in ſe actu habentem.

HERMETICÆ PHYSICÆ LIBER V.

DE GENERATIONE, CONSERuatione, & Destructione Elementatorum.

CAPVT I.

De Generatione.

1. *HActenus habuimus Elementata primaria: Secundaria sequuntur.*

2. *Secundaria sunt, ad quorum constitutionem primaria Elementata requiruntur.*

Axiomata.

I.

Inter Elementata secundaria datur, & purissimum & impurissimum corpus.

1. Quia inter Elementata datur purissimum & impurissimum.

2. Quia, Elementatorum primariorum quædam sunt purissima, quædam impurissima.

II. Pu-

II.

Puriſſimorum corporum duplex ratio eſt: Quædam agunt, quædam quieſcunt.

Quæ agunt, agunt vt corporibus ſimilis ſubſtantiæ alicubi preſſis, & impuritatum colluuie obrutis ſuppetias ferant, atque è ſentina malorum ea redimant: Quæ vero quieſcunt, nos admonent quietis futuræ, poſtquam corpora agentia penſum ſuum abſoluerint.

III.

Puriſſimorum corporum tam agentiũ quam quieſcentium vna eademque natura eſt.

Differunt tantum in eo, quod operationes quieſcentium corporum in abſtruſo lateant, quæ in agentibus manifeſto ſe exerere ſolent. Si ergo Philoſophus ea, quæ in quieſcentibus puriſſimis corporibus abſcondita ſunt, artificio Philoſophico elicere & in apricum ſiſtere didicit, tum in his terris eaſdem operationes videbit manifeſtas in quieſcentibus, quæ in agentibus per ſe patent. Si me recte intelligitis, conſiderate naturam ſolis & auri: Sol eſt agens puriſſimum: aurum eſt quieſcens puriſſimum. Quicunque aſtralem naturam auri ex intimis auri penetralibus prolicere atque ad actiuitatem diſponere nouit, ille dubio procul eaſdem operationes in auro viuificato videbit, quas in Sole cœleſti animaduertit: non tamen ſecundum æqualem copiam, ſed virtutum identitatem.

IV.

Omnis (a) res de eo & ex eo est, in quod natura conuenienter soluitur.

(a) Id est omne Elementatum secundarium. Sic glacies ex aqua est: in aquam enim calore resoluitur. Argentum viuum est prima metallorum materia: Omnia enim metalla Philosophico artificio in argentum viuum abeunt.

V.

Ea, ad quorum generationem maior mora requiritur, longius durant, quam ea, ad quorum productionem breuius interuallum datur.

Quod cito fit, cito perit. Mineralia quia tarde generantur, tarde etiam corrumpuntur, & sic diutius persistunt.

3. *Horum primo generatio, conseruatio & destructio consideranda est, & secundo quotuplicia sint, dicendum.*

4. *Generatio est Elementati è semine naturalis productio.*

Naturalis dicitur, quia causæ generantes insito naturæ impetu & innata motione ad Elementati productionem feruntur.

Axiomata.

Omnia quæ in summam perfectionem perducuntur, non habent generationem nec multiplicationem.

Generatio enim & multiplicatio arguunt adhuc aliquid deesse rei, quæ generatur & multiplicatur.

plicatur. Lapis ergo Sophorum quando summam perfectionem nactus est, amplius nec regenerari nec multiplicari potest.

5. *Generatio est vel ordinaria, vel extraordinaria.*

6. *Ordinaria generatio est, qua simile ex simili producitur.*

Appellatur alias vniuoca: quemadmodum extraordinaria æquiuoca dicitur.

7. *Hanc 18. propositionibus includam.*

I.

Generationis cuiuscunque principia, cum eo, quod generare nituntur, non dissideant oportet, sed plurimum cum eo participent.

Id est, semen cum eo, cuius semen est, eodem contineatur genere, ac proinde si id quod ex semine est, metallicum est, semen quoque tale fuit.

II.

Omne quod generatur, è suo semine in (a) *propria matrice nascitur.*

(*a*) Omne semen per se nullius est momenti, nisi ponatur vel ab arte vel à natura in matricem debitam. Sendiuog. tract. 8. Matrix debita est, quæ cuique semini in suo regno respondet: ac proinde semen minerale mineralem, vegetabile vegetabilem & animale animalem matricem poscit. Matrices hæ probe discernendæ sunt, ne in grandem errorem prolabamur.

III.

Semen nullum artificio aliquo per ignem vulgarem operante extra vasa naturalia producitur.

Id quod ipsa docet natura: Quis enim vnquam putauerit, quod semen hominis extra genitalia; semen pomi extra pomum; semen tritici extra aristas elaborari possit? Si quis vellet triticum in vasa Chymica coniicere, illudque vario modo digerere & coquere, non posset inde stipulam producere, per quam aliud triticum prodeat. Frustra ergo omnes operantur ij, qui ex auro in solis artificiosis vasis semen elicere moliuntur, atque non cogitant, semini cuique matricem genuinam & propriam in suo regno respondere, non artificiosum aliquod vasculum, quod ipsa natura respuit. Si vero Deo concedente semen in suo genuino & agnato habitaculo natura creatum & matricem itidem natura elaboratam habueris, semenque in hanc bene purgatam proieceris, atque deinceps igneæ naturæ coctionem permiseris, nihil deerit, quin id, quod optas, sis consecuturus.

IV.

Vniuersalis fœtus ex vniuersali semine est.

Fœtus hic dicitur vniuersalis, qui singulis regnis tam vegetabili & animali, quam minerali regno prodesse perfectionemque suppeditare potis est. Itaque ex eo semine vniuersalis fœtus nasci debet, quod singulis corporibus sub istis tribus regnis suam impertiat vtilitatem & perfectionem.

ctionem. Errant ergo longe, qui ex fonte particulari, ex vegetabili nimirum & animali corpore vniuersalem medicinam eruere attentant. At ais, minerale regnum esse etiam particulare, & tamen alicubi à me statui ex eo vniuersalem medicinam petendam esse. ℞. Minerale regnum duplici ratione considerari. 1. Quatenus minerale est. 2. Quatenus vegetabilibus & animalibus nutrimentum subministrat. Prima ratione minerale particulare est: & eatenus ex eo medicina vniuersalis non paratur. Secunda ratione minerale regnum vniuersale est: mineralia enim non tantum sibi inuicem inseruiunt, sed in nutrimentum vegetabilibus & animalibus per aquam cedunt. Aqua enim loca mineralia penetrans ex iis essentiam mineralem exugit, eamque ad radices vegetabilium defert: à quibus propter insitam vim magneticam attrahitur, concoquitur, & varia digestione in naturam vegetabilium ita abit, vt simul vires & virtutes minerales vegetabilibus insinuet & implantet. Hinc illud Schonlini: *Minera si cesset, vires vix planta tenebit:*

Forsan vitriolo nulla carere potest.

Animalia vero, quia è vegetabilibus nutrimentum hauriunt, in iis quoque minerales essentias assumunt, sibique assimilant vt ex iis naturales ad operandum propensiones sibi importent & incorporent. I nunc ô homo, qui contradicis, & Henricum Kunrad dicentem (particularismus est Solœcismus) proscinde conuiciis, errorisque argue. I nunc & negare perge, quod ex Catholico semine Catholicum remedium sit quærendum

dum. Philoſophi minerale regnum eſſe & regnum particulare & Catholicum, diuerſo tamen reſpectu, probe ſciunt. Sciunt quoque quod ſuperius ſit ſicut id quod eſt inferius. Tu in tua ſchedula fratribus R. C. dicata tuam prodis praxin & à veritate te eſſe longiſſime remotum, ſincerioris ſapientiæ ſtudioſis liquido ex tuo ſtylo pateſcit. In Elementis lapidem Sophorum eſſe quærendum inficiaris. At omne, quod in hominis poteſtatem venire poteſt, extra Elementa non ſubſiſtit. Homo enim intra ipſa Elementa viuit: ex Elementis vniuerſalis medicina recte producitur. Semen enim Sophorum ea Elementa in ſe habet, quorum in ſe debita conuerſione & transmutatione in medicinam præſtantiſſimam abit. Et tamen recte Philoſophi aiunt, in Elementis non eſſe medicinam noſtram quærendam. Serio enim volunt ſapientes externa illa Elementa in cruditate ſua non eſſe proximam materiam & ſemen lapidis Philoſophici materiam propinquiorem ſapientes probe norunt. Tu vero ſi fundamenta Sophiæ ſolida excutis, neſcis eam: & etiamſi aliquoties tractaueris atque ſub manu veram illam Sophorum materiam habueris, tamen tibi nihil profuit: quemadmodum ex tua Schedula facile diuinare poſſum. Interim te moneo, vt ſi frater ſapientiæ fieri deſideras, naturam penitus diſcas, aurum vulgi negligas, primordia tamen eius obſerues, atque ex fortuitis experimentis viam ad verum antiquorum Sophorum remedium ne tibi imagineris. Inſiſte naturæ veſtigiis ſimpliciſſimis, & tandem, Deo volente, optatum

ptatum consequeris. Sine Dei numine nihil est in homine. Maris fluxus & refluxus est omnium arcanorum mater & prima clauis.

V.

Vt vero perfectum quid nascatur semen in matrice putrescat necesse est.

Putrefactio enim, ait Basil. Valent. lib. de microcosmo est clauis omnis solutionis & separationis. Semen autem soluendum est si ex eo aliquid generari & produci debet. Amen Amen dico vobis, nisi granum tritici in terram proiiciatur & moriatur, solum manet: Si vero emoritur, centuplum affert fructum, ait Christus Iohanni 12. Nulla res potest animari & nasci, nisi per sui corruptionem, putrefactionem & mortificationem: Lullius cap. 27. theor. test. p. 51. 6. Rosarium Philosoph. p. 254. Nisi ergo, ait Parmenides, corpus diruatur, confringatur, putrescat & conuertatur in substantia substantiali, non potest illa virtus occulta exeri nec corpori misceri.

VI.

Putrescit semen, quando (a) *Sal eiusdem naturæ in* (b) *humore conuenienti resolutum seminis substantiam promouente calore tenui* (c) *penetrat, resoluit & subtiliat, vt Spiritus inclusus ex subiecta materia sibi* (d) *domicilium conueniens, in quo suæ naturæ propagationem & seminis multiplicationem operari possit, fabricet.*

(*a*) Itaque semen minerale ad sui putrefactionem

nem Salem & humorem mineralem, vegetabile salem & humorem vegetabilem, animale Salem & humorem (qui est sanguis matricis Sale ditatus) requirit. Ex his facile intelligi potest illud Basilii Valentini acutissimi Philosophi, quod libro de magno mundi mysterio & ipsius medicinæ adducit, vbi hunc in modum ait: Metalla & mineralia iterum per mineralia constringi oportet. Vbi tamen in vnoquoque genere species discernendæ sunt: Nam vnaquæque species suæ speciei se coniungit & semen commiscet, nisi monstrum habere velis. Itaque vt simile simile generet, canis cum cane, leo cum leone, homo cum homine, metallum cum metallo coit & semina miscet. Quare Moses ait, vnumquodque animal è terra secundum suum genus creatum esse. (*b*) Sine humore Elementi aquæ, ait Basil. Valent. in claue 8. vera putrefactio fieri nequit: Nam humor est verum organum, quo Sal soluens intimos seminis recessus adeat & aperiat: Siquidem quando calore debito humor subtiliatur & excoquitur, Salis portio etiam in eo attenuatur, atque idonea redditur & digna, quæ facile compactissimum seminis corpus permeet, sibique similem Salis Spiritum in semine delitescentem & quiescentem suscitet, atque ad vegetationem promoueat. (*c*) Liber Spiritus spiritum eiusdem naturæ vinctum & constrictum facile expedire & vinculis exuere potest: Idque fit 1. ratione actiuitatis, qua liber Spiritus pollet. 2. ratione similitudinis: ab hac enim habet vt cum Spiritu Salis corporis coniungatur, ac

proinde

proinde suas vires in ipsum facilius exercere queat: Simile enim simili facile associatur & intime vnitur. Iam sciendum est omnem Spiritum in humore solutum esse liberum: Vnde, calore mediante, Spiritum similem carcere corporis compactum & constrictum (tanquam eum qui liberationem sui anhelat, & ad actiuitatem seu actum efficaciter operandi adspirat) instar magnetis, penetrato corpore attrahit, se dum eum sibi adiungit, corroborat, & hac ratione ad agendum inflammat, non aliter ac si ignis ab igne accendatur; vt ita corpus necessario mutetur & putrefiat ab ipso Spiritu, cuius actio antea ligata erat: Spiritus enim ille conclusus, dum ab altero libero Spiritu actum volatilem acquirit, foras exire nititur, atque ideo suum subiectum confringit, & facit vt aliud inde corpus nascatur. Sic quando Spiritus Salis terræ in humore terræ immixto resoluitur (omne Sal in humore proprio liquescit quemadmodum contra à Sale Sulphuri intime insito humor proprius coagulatur) Spiritus ille est liber: Siquidem omne Sal in humore liquatum est actiuum. Hinc granum tritici in terram proseminatum, cuius corpore veluti arctissimo compede Spiritus Salis vegetabilis continetur ligatus, ab eo libero Spiritu penetratur & aperitur, vt Sal in aqua resolutum Spiritum vegetabilem in tritico ad actiuitatem & vegetationem excitet, & radicis substantiam, vnde reliquæ substantiæ post generandæ nutrimentum è terræ sinu communicetur, ante omnia in propria matrice producat. Notandum

O hoc

hoc in loco est, Sal, quod poros corporis aperit, aliquando esse debile, aliquando forte. Debile si fuerit, Sale eiusdem naturæ cum semine corroborandum, & humor, qui Sal debile in se habet, eo imprægnandus est, vt naturæ conuenientior & efficacior fiat solutio. Inspiciamus generationem tritici. Pluuiæ inest Sal volatile ex resolutione in terra facta: Verum cum aliquando Sal illud propter terræ siccitatem nimiam solutioni fœcundiori non sit sufficiens, agricolæ agros fimis, in quibus Sal eiusdem naturæ cum tritico est, (fimus enim est ex stramine, stramen ex tritico, ex quo nascitur) impinguant, vt pluuia descendens & humor terræ se immiscens ex terra & fimo Sal exugat pingue, quo confortetur, & subtilius frumentum ad inferendam fœcunditatem & abundantiam frugum soluat. (*d*) Cum vis seminalis in intimis seminis recessibus lateat, atque in subtilissima Salis Sulphurei portione consistat, non potest euehi & multiplicari, nisi in humore maxime subtili & puro. Verum quia semen subtilem humorem primum ex locis, vnde ei nutrimentum subministratur, non haurit, natura ante omnia tenetur formare instrumenta, in quibus humor ex Elementis assumptus digeratur, subtilietur, & summe purgetur, vt purissimam seminis essentiam ex producto corpore proliciat, atque eam ad speciei conseruationem & multiplicationem adducat. Qua de causa natura ex herbaceo semine radicem, interueniente putrefactione primum format & deinde herbam foras protrudit, eamque multis articulis in-

lis in-

lis interstinguit, vt sub initium in radice & deinceps in herba progerminante & absoluta humor ex terra, cui semen iniectum est, haustus, magis magisque digeratur, & ex radice vim seminalem ad oram propellat supremam, quo tandem matrice materiæ seminalis formata, subsidio caloris solaris semen perfectissimum & propagandæ speciei aptissimum cum fœnore colligatur. Sciendum vero hic est, sæpe euenire, vt quamuis natura seminalium progressuum instrumenta & vehicula ex semine formauerit & perfecerit, ea tamen corpora, quæ eiusmodi organis instructa sunt, non fundant semen, idque fieri ob eam causam, quia pori corporis, per quos vis spermatica eleuari & ad superficiem extrudi debet, citius productione seminis per externum frigus, vel salis insiti fixi exaltatam fortitudinem constipantur, vt semen vel haud maturescat, vel penitus reprimatur. Id quod in pomorum arantiorum arboribus, quæ quidem hic instar aliarum arborum crescunt plantatæ: Sed tamen in his frigidioribus locis non ferunt fructus, nisi externo & conuenienti calore per hyemem foueantur: id quod in Illustrissim. & potentissim. Principis Dn. Mauritij Hassiæ Landgrauij Domini mei clementissim. paradiso, qui est Cassellis, fieri solet, vbi arbores pomorum dictorum per totam hyemem calore artificioso reguntur & fouentur, vt ipsarum fructus maturescere possint. Idem quoque in Philosophorum magisterio obseruare est: magisterium enim sophorum est fructus auri puri, quod à natura in mineris suis creatum

est. Verum cum pori auri citius quam fructus ille seu tinctura Sophorum ad propagandam auri speciem maturuerit, propter crudum aerem constinguantur & concludantur, ne aurum nutrimentum, quod est aqua mineralis seu argentum viuum, in se vlterius recipere, sibique intime ad tincturam maturandam & excludendam vnire queat, Philosophi succurrentes naturæ igne suo externo, humido, circumeunte, clauso, alterante, penetrante, vaporoso & viuo poros natura occlusos aperiunt & nutrimentum, quod natura haud potuit, tincturæ maturationi sufficiens Philosophica methodo & naturæ via per secretos canales suggerunt, ac sic efficiunt, vt flores tincturæ prodeant, & tandem tinctura Physica, quæ est ipse Philosophorum lapis, post legitimam digestionem acquiratur. Felix qui tanti mysterij particeps diuinitus redditur.

VII.

Humor qui putrefactioni inseruit, esto corpori putrescenti proportionalis.

Et secundum quantitatem, & secundum receptiuitatem. Tum vero humor secundum quantitatem est corpori putrescenti proportionalis, quando tantum humoris à corpore recipitur, quantum subtiliationi eius sufficit: Secundum receptiuitatem vero seu modum receptionis, quando humor non subito, sed paulatim à corpore seminali bibitur & assumitur: Subita enim humoris imbibitio conuenienter viuificare nequit,

nequit, sed facit vt quædam partes corporis insufficienter propter subitum ingressum soluantur. Hinc ex tritico nascitur lolium. Quare Philosophi volunt artis filios terram nostram irrigare cum longa mora & assidua attritione.

VIII.

Calor qui putrefactionem promouet, ita lenis esto, vt humor in quo Sal resoluens est, in materia permaneat, & ab ea haud recedat.

Idque fit duabus de causis. 1. Quia in huiusmodi humore putrescens materia vitam accipit. 2. Quia calor lenis Salem ex humore in materia dispergit, vt commode corpus putrefiat. Si vero excessiuo & adurenti calore humor omnis pelleretur, materia combureretur & destrueretur, ita vt nec animari nec naturæ conuenienter putrescere posset, ac proinde ex materia secundum naturam nihil generaretur. Qui ardentem ignem ad præparationem lapidis Philosophici adhibent, aquam sapientum à corpore abigunt, & ea ratione tincturæ productionem impediunt. Ignis carbonum non est vtilis imo noxius, ait Flamellus. Talis humiditas, ait Lullius c.66. theor. testam. in qua hospitatur naturalis calor, non separetur penitus à corpore per ignem excessiuum extraneum, quando eris in eius naturalibus calcinationibus.

IX.

Matrix esto clausa quando semen impositum est.

Necesse enim est vt circumquaque semen concludat, atque hac ratione vndique vires suas in illud diffundat. Ita tamen concludatur matrix, vt ex Elemento aquæ humori, quo nutriatur & ex igne calori, quo foueatur semen, concedatur aditus. Sic fœtus humani matrix clauditur, vt sanguini, quo nutritur & calori ex sole humano prodeunti quo fouetur, ingressus permittatur. Semen Philosophicæ medicinæ cum corpore, meo iudicio, matrici ita inseritur, insinuatur & includitur, vt in conspectum non veniat, vsque dum matricis humore & insito calore, qui debitus sapientiæ ignis est, in eminentiorem & perfectiorem statum euectum fuerit. Clausura hæc omnium simplicissima est, & sola natura ignem & semen simul in se mirabiliter concludente perficitur. Vas naturæ est, in quod sapientum semen proiicitur: ac proinde etiam natura naturam claudit & continet. Si me intelligis, primus aditus ad secreta naturæ tibi patefactus est.

X.

E matrice, in qua putrefactio inchoata est, putrescens non amouetur, vsque dum id, quod intenditur, absolutum fuerit.

Itaque si ex grano tritici multa grana colligere volumus, illud in terra vsque in tempus ordinariæ messis relinquimus, & deinceps maturas metimus aristas. Semina non oportet metere, ait Auicenna, donec tēpora messis adueniunt. Omnes ergo errant qui semen Philosophorum è matrice sua ante lapidis Sophici perfectionem, prætmature se-

re separant & extrahunt. Semen matrici inclusum in ea permaneto & digeritor, vsque dum perfectionem acquisiuerit eminentem. Eminens perfectio est, qua semen alia corpora perficere aptum est.

XI.

Matrix quo purior fuerit, eo constantior & perfectior fœtus in ea generabitur.

Pura enim matrix purum dabit fructum, ait Sendiuog. tract. 8. Quo vero quid purius est, eo durabilius & perfectius est in suo genere: vt contra, quo quid impurius, eo imperfectius & inconstantius est, ac proinde impura matrix, quæ fœtum impurum profert, necessario fœtum fragilem producit. Quod cum in omni genere deprehendatur, homines naturæ succurrere volentes matricem impuram, vbicunque eam offenderunt, expurgare attentauerunt. Vnde ipsa experientia, sapientum consilio exorta, docuit impuritates & peregrinas naturas, quibus conceptio & generatio fœtus in matrice impeditur, vel artis naturam natura (quando ad impuritatum segregationem corroboratione opus est) iuuantis ingenio, vel nuda euulsione & reiectione (quando iam ante à matrice exclusæ & separatæ sola mole sunt impedimento, ne matrix concipere & debite semen fouere possit) esse tollendas & reuellendas: Quod agricultura nobis ad oculum demonstrat. Ibi enim Sal agri Sale fimi sulphureo & pignori corroboratur, lapides, qui mole sua agrum sterilem & incultum reddunt, eiiciuntur, &

cardui extirpantur, vt matrix frugum nomen fœcundi agri reportare possit. Idem Philosophi in suo magisterio faciunt: Ex agro enim suo in quem semen sapientiæ eminentissimum proiiciunt, alienas naturas præparando separant, feces terreas reiiciunt, atque matricem in incorruptibilitatis statum ea ratione deducunt, vt nobilissimæ tincturæ regenerationem perfectam promoueant.

XII.

Matrix ea vere idonea est, quæ facilem semini permittit ingressum.

Id est, quæ semen facile recipit, nec clausura sua est impedimento vt semen introeat. Quare tum quando matrix indisposita & repleta est peccantibus Sulphuribus phlegmatibus, illa non cōcipit, nec fit hoc quod debuit. Vbi sciendum, quando duritie matrix clauditur & sterilescit, matricem sæpe mouendo aperiri & reddi porosam, vt semini concipiendo fiat apta. Sic agros induratos arando, occando, & glebas discutiendo renouamus & rarefacimus, vt frumenti semen facilius ab agro admittatur, & fœcundiorem suæ speciei multiplicationem fundat.

XIII.

Secundum matricum varietatem variant virtutes seminum.

Matrices sunt loca in quibus aliquid vel sustentatur vel generatur. Locis vero variatis varie locata afficiuntur, variisq; virtutibus imbuuntur, ita vt etiam Entia eiusdem speciei diuersis in locis prodeūtia inter se distinctas & diuersas possideāt vires:

vites: Siquidem diuersa loca diuersis mineris & vaporibus referta sunt, adeo vt, cum in locatorũ vsum cedant, locata diuersimode afficiant. Videre est illud in vino, quod propter soli diuersitatẽ multum variat. Similiter ac si habeatur in aliqua mensa plana, docente Sendiuogio tract.2. vasculum aquę, quod locetur in mensę medium, & circumcirca ponantur res varię & colores varii, item Sal, &c. quodque separatim, effundatur postea aqua in medium, videbis illam aquam hinc inde diffluerę, & dum riuulus vnus attinget colorem rubeum, rubefiet ab illo, si ad salem, salis saporem mutuabitur, & sic de cæteris. Trãsplantationis ratio idem abunde confirmat, vbi vnum idemque semen, vnum idemque corpus à matrice in matricem transponitur. Posterior matrix si præstantior erit priori, præstantioribus virtutibus illud, quod in eam transfertur, ornabit: Sin vero deterior atque malignioribus spiritibus induta fuerit, obscurioribus & pestilentioribus potestatibus illud, quod in eam transplantatur, imprægnabit & ditabit, vt vel hinc sæpe triticum in lolium, benignum in venenatum, bonum in malum conuertatur.

XIV.

Matrix in vna eademque sui parte diuersa semina eiusdem prædestinationis gerere vno & eodem tempore non potest.

Semen enim in semine eiusdem prædestinationis esse nequit, & semina eiusdem speciei æqualia requirunt loca; si æqualiter id, ad quod

O 5 præde-

prædestinata sunt, ex iis produci debet. Semina eiusdem prædestinationis sunt semina diuersa, è quibus entia eiusdem essentiæ & speciei nascuntur.

XV.

E corpore quod vel alienis naturis destruitur, vel cuius vas spermaticum rescinditur, semen haberi nequit.

Sic haud aliquid commodi reportarent, qui semen ex corpore hominis per aquas fortes euerso & grauibus morbis deformato eruere conarentur. Eunuchus, quia eius membra genitalia excisa sunt, suam speciem propagare nequit. Sciant, ait ingeniosissimus Sendiuogius tract. 7. artis filii in arboribus amputatis frustra semen quæri, quod solummodo in viridibus reperitur. Attende fili artis, & Philosophos sequere.

XVI.

Corpus quod vnius generis nutrimento conseruatur, eo quod diuerso & multiplici nutrimento sustentatur, est durabilius, perfectiusq; & constantius semen emittit.

Quo enim aliquid ad vnitatem propius accedit, eo est durabilius: In vnitate enim perfecta nulla est diuisio: Vbi nulla diuisio, ibi nulla corruptio: Corruptio enim omnis per diuisionem perficitur. Vbi nulla corruptio, ibi cõseruationis perpetuitas. Itaque quod vnitati vicinius est, longius conseruatur, quam id, quod est ab ea remotius: Minor enim in illo diuisio, in hoc maior. Quo vero quid durabilius est, eo firmius & perseuerantius

tius

ctius semen è se protrudit. Vnde supra lib. 4. c. 5. diximus semen ex corruptis nutrimentis durabile esse non posse.

XVII.

Mas & fœmina, quorum natura & complexione similis substantia produci debet, sunto eiusdem originis & naturæ.

Sic homo cum homine hominem, equus cum equa equum generat: si vero accidit, vt equus cũ asina coëat, non equum nec asinum, sed mulum generant. Philosophi hoc ipsum ponderãtes substantias vnius radicis, originis & essentiæ ad nobilissimæ medicinæ præparationem eligunt, atq; ex iis tincturam perfectissimam elaborant, qua quælibet imperfecta corpora in perfectionem cuius modo sunt capacia, facile cum admiratione tingantur.

XVIII.

Id quod vis naturaliter in conuenienti matrice produci, illud idem seminabis.

Ita ait autor Rosarii. Id quod vis metere, illud seminabis. Si ergo tincturam auream expetis, vide vt eandem semines. Si intendis, ait Sendiuogius tract. de Sulphur. pag. 54. metallum facere, metallum tuum sit fundamentum: quia non generatur ex cane nisi canis, ex metallo nisi metallum. Si non ex metallis accipies humidum radicale optime separatum, nihil facies vnquam. Si cupis, ait idem Sendiuogius tract. 1. de lap. Philos. metallum (quæ est nostra intentio) vlterius quã natura fecit, in virtute promouere, naturam

turam accipere oportet metallicam, & hoc in mare & fœmina, alias nihil efficies: Si enim intendis ex herbis creare metallum, laborabis in vanum, sicut etiam ex cane vel bestia lignum non produces. Hinc acutissimus Philosophus & Poeta Augurellus lib. 1. chrysopœiæ:

Hordea cui cordi, demum serit hordea, ne tu
Nunc aliunde pares auri primordia: in auro
Semina sunt auri, quamuis abstrusa recedant
Longius, & multo nobis quærenda labore.

Vnde Sendiuogio Lapis Philosophorum definitur aurum in supremum gradum digestum tractat. 10. Aurum, ait Geber tertiæ partis perfecti magisterii cap. 22. de auro, est metallorum pretiosissimum, & est tinctura rubedinis, quia tingit, & transmutat omne corpus, calcinatur & soluitur cum vtilitate & sine vtilitate, & est medicina lætificans, & in iuuentute corpus conseruans: Frangitur facile cum Mercurio, & odore Saturni teritur.

Annotatio.

Ad generationis traditum modum Regeneratio (sine qua nullum medicinæ arcanum, quod sine omni qualitatum complexione consistit, haberi potest) instituitur: Regeneratio autē duplex est: naturalis vel artificialis. Naturalis est quæ sola natura instituitur: Sic semina, quæ matura de suis plantis desiliunt, & in terram incidunt, in sui multiplicationem renascuntur. Artificialis est, qua matrices seminum de singulari industria excoluntur ad promouendam speciei propagationem.

hem. Matrices autem ſeminum ſunt vel nimis cõcluſæ & conſtrictæ, vt vel ſemina ipſa vel nutrimentum ſeminum admittere non poſſint: vel nimis ſunt impuræ, vt inde ſterilitas vel maturitatis impedimentum ad eas redundet. Si impuritatibus matrices abundant, purgandæ ſunt, vt videmus in agricultura, cuius beneficio omnia, quæ frugum ædificationi ſunt obſtaculo, remouemus & auerruncamus. Si matrices cõcluſæ nimis ſunt, artificio eas aperire ſolent homines, & vt ſemen ipſum in iis matureſcat, & deinceps regenerari poſſit: quare agricolæ prata irrigant, vt aperiantur, nutrimento ſeminum debito aditum permittant, & felicius germina prodeãt. Philoſophi matricem tincturæ ſuæ (nimirum aurum) quia per ſalis innati exſuperantiam & aerem crudum poros habet conſtrictos, aqua ſua vere Philoſophica aperiunt, nutrimentum ei per apertos poros ſuggerunt, faciuntque vt tinctura compedibus ſuis exempta per genuinum nutrimẽtum matureſcat, inſtar fructus de arbore Solari ſeparetur, & in ſui multiplicationem regeneretur: Calore tantum ſuo, qui in corde Mercurii eſt, & mirando artificio exinde eruitur, ad nobiliſſimum eum ſtatum promouetur: non aliter ac arbores, quę præ frigore ſemen ſibi ſpiritualiter incluſum emittere neſciunt, calore conuenienti adiutæ eo deueniunt, vt mediante nutrimenti debiti ſubminiſtratione flores & fructus admirandum in modum protrudant. Lege ea quę in propoſitionis ſextæ huius capitis ſcholio ſupra addidi & confer. Deo ages gratias, ſi me intelligis: Naturæ enim fores apertas habes:

habes: & vix erit vllus è Philosophis, qui clarius & dilucidius doctrinam generationis tibi explicauerit. Fruere hisce & Deum ora, vt mentem tibi aperiat, veræque doctrinæ filius euadas.

8. *Ordinaria fuit generatio: Extraordinaria sequitur, qua dissimile ex dissimili generatur.*

Id quod fit duobus modis: vel enim mas & fœmina diuersarum specierum coeuntes semina diuersa committunt, & producunt fœtus diuersos, alia atque alia nomina habentes: Sic equus & asina mulum, pardus & leæna leopardum generant: Vel semen matricis diuersitate in diuersam speciem abit, id est, eo deducitur matricis contraria dispositione, vt plane dissimilis substantia, quæ nec virtute, nec forma sit similis ei substantiæ, à qua semen decisum est, inde proueniat. Hinc oriuntur transmutationes rerum mirabiles. Sic fieri aliquando potest, vt morbi radix à patre in fœtũ propagata suam prædestinationem propter fortẽ matricis in quam proiicitur semen fœtus, constitutionem, aliam naturam induat, & in sanitatis essentiam conuertatur.

CAPVT II.

De Conseruatione Elementatorum.

1. *GEneratonis doctrinam sequitur conseruationis doctrina.*

2. Con-

2. Conseruatio Elementatorum est existentiæ eorum continuatio.

Ac proinde per Conseruationem fit, vt porro sint ea, quæ esse cœperunt.

Axiomata.

I.

Elementata iisdem ex quibus constant, fouentur, nutriuntur & conseruantur.

Esse enim & conseruari acceptum fertur eidem autori, eidemque principio. Scalig. exerc. 31. Sic astra fouentur & conseruantur in & à cœli essentia è qua sunt: Homo elementis & vegetabilibus, ex quibus est, nutritur.

II.

Quodcunque conseruatur ab eo, quod ipsum assumptione alterius externæ substantiæ internæ eget, partim in eo, quo conseruatur, inuenit aliquid excernendum, partim aliquid sibi assimilandum.

Sic homo quia animalium carne nutritur & conseruatur, animaliaque ipsa egent ad sui conseruationem alia externa substantia, inuenit in carne animalium aliquid, quod excerni debet, & naturæ suæ est inconueniens, vt & præterea illud, quod ad balsami innati vires continuandas conferat, atque sibi assimilet.

3. Conseruatio est vel propria, vel speciei.

4. Conseruatio propria est, qua Elementatum in se sine respectu ad multiplicationẽ conseruatur.

5. Conseruatio propria est vel interna, vel externa.

6. Con-

6. Conseruatio interna est, qua Elementata ab internorum principiorũ constitutione debita durationem sui obtinent.

7. Hæcq; est vel perfecta, vel imperfecta.

8. Perfecta conseruatio est, qua Elementata ab internis principiis adæquate mixtis tantàm in Essendo constantiam & perseuerantiam obtinent, vt nec ab aere alterari, neq; ab aqua putrefieri, neque ab igne consumi, neque à terra exedi possit.

Duplici fine interna principia adæquate miscentur. 1. Vt perpetuam existentiam cum virium occultatione Elementatis contribuat. 2. Vt cum perpetua existentia etiam continuam virium insitarum exercitationem vna largiantur. Prior finis in auro, posterior in astris elucet. Vbi tamen sciendum est ex astrorum manifestis operationibus occultatas auri potestates nobis innotescere posse, vt vel hinc sinceriores Philosophi occasionem sumserint meditandi, num aurum in astralē naturam transplantari possit. Quod quia reipsa verum esse experti sunt, atq; inferius esse sicut id quod est superius cognouerunt, minutum mundum exinde singulari Dei instinctu & vere Philosophica operatione fabricare didicerũt, in quo stellæ motum stellarum macrocosmicarum adeo æmulatæ fuerunt, vt minorem mundum ex maiori exquisite id didicisse negare nō posses, si tibi copia videndi tanti mysterii daretur. Deus ne à nobis accusari & argui posset inuidiæ, pręstantissimũ tale subiectum in quo omnia Elementa æquali propor-

proportione inter se conspirant & cohærent, in infimo Elemento, quod terra est, posuit, vt quocunque tempore & loco eo potiri, nostræq; inde saluti consulere possemus: Nos verò magis corticem quam nucleum amantes nihil eiusmodi curamus, sed mirabilia naturæ secreta diuinitus Elementis insita contemptui habentes ad ea frequẽtissime contendimus, quę viam corruptionis reddunt planam, atque in summam perniciem tandem trudunt. Miseranda hæc nostra cœcitas est: Deum & proximũ sincero ex corde ama, qui Naturæ arcana intueri, tuamque ipsius felicitatem promouere ex animo in votis habes. Auri corticem relinque auaris & superbis, nucleum exime & tibi proximoque indigenti serua. Si intelligis, quæ dixi, magnorum mysteriorum in intimis naturæ recessibus latentium & se tibi ostendentium eris contemplator & admirator, atque Deo soli tribues gloriam.

Axioma.

Quacunq; perfecte conseruantur, eorum Elementa & principia indissolubili nexu adeo sibi cohærent, vt vel aliunde nutrimentum sibi haurire non opus habeant, vel si ex Elementis nutriri gaudent, ea sine impuritatum separatione totaliter in sui naturam conuertant.

Priori modo aurum qua aurum in terra subsistit: posteriori modo astra quæ ex cœlo restaurationem radiorum emissorum & terrenis vinculis constrictorum accipiunt, illiusq; naturam totam sine vllius impuritatis reiectione in suam essentiã

P concor-

concoquunt & transmutant. Purissimo Elemẽto quæ feruntur corpora, ex eo nihil impuritatis haurire possunt.

9. Imperfecta conseruatio est, qua Elementata ab internis principiis adæquate haud inter se inuicem mixtis in esse suo continuantur.

Imperfecta dicitur, quia externis nutrimentis ità Elementata cõseruat, vt interna principia nutrimentum assumptum totum in se conuertere nequeant.

10. Imperfecta conseruatio fit hoc modo:

1. Interna natura conseruandi corporis, quia de ætherea & incorruptibili essentia participat, suæ existentiæ perpetuationem appetit. 2. Cum vero corpus illud haud sit adæquate mixtum, ab alienis accedentibus naturis facile absumitur, vel vnum Elementum in alterum agit, illudque consumit. Hoc si fit, corpus destruitur, nisi aliquid in assumptæ partis locum restituatur. 3. Ad euitationem ergo huius corruptionis corpus illud per insitum balsamum agit in assumptum Elementũ, illud transmutat, sibi simile reddit, ac proinde illud, quod in alimento est sibi homogeneum, suo balsamo & internæ naturæ perfectissime vnit: Quod vero heterogeneum est, separat, & tanquã à sua natura alienum extrudit, id quod ex quotidiana experientia cuiuis patere potest.

11. Conseruatio Elementatorum externa est, qua extrinsecus Elementata in se corruptibilia durationem & sui Esse continuationem accipiunt.

12. Con-

12. Conseruatio Elementatorum externa fit duobus modis: 1. Remotione eorum quæ corruptionem inferunt, & 2. additione eorum quæ corruptionem insita virtute arcent.

13. Remotio eorum quæ corruptionem inferunt, hic est sublatio corrumpentium rerum ex Elementis (in quibus proxime Elementata existũt) & ex alimentis medicamentisque ante assumptionem.

Sic metalla conseruantur, quando salia & aquæ corrosiuæ ab ipsis remouentur. Homo conseruatur, quando aer pestilentibus & venenosis vaporibus exuitur. Ab alimentis hominis venena & feces spiritibus malignis prægnantes separantur & reiiciuntur. Medicamentis impuritates venenosæ & prauæ ante administrationem demuntur, vt vel hinc Paracelsus recte scribat, metallorum vsum citra noxam in medicina non esse, nisi prius comminuantur, alterentur, & natura metallica deposita in aliam Essentiam transmutentur. Parum etiam ex iis effectum speres, si nõ præparatio, quam Alchymia docet, applicationem præcesserit: id est, si ante in sua arcana, olea, balsama, quintas Essentias, tincturas, calces, sales, crocos & his similia non redegeris. lib. de composit: metall: in princ:

14. Additio eorum, quæ insita virtute corruptionem arcent, est salis alicuius balsamici, aut rerum sale balsamico abundantium ad corpora cor-

 ruptioni

ruptioni obnoxia debita accommodatio & applicatio.

Carnem bouinam sale communi à putredine præseruamus. Ceruus senio confectus viperam cōquirit eamq; vorat, vt eius balsamico sale, quo abundat, vires collapsas restituat, nouoq; vigore induatur.

15. Huc refertur renouatio rerum naturalium; quâ ex balsami alicuius siue naturalis, siue artificiosi assumptione ad tantum vigorem redeunt, vt non tantum inde vires refocillentur, sed etiam omnes impuritates corruptionem molientes expellantur.

Renouatio hæc etsi & ratione modi, quo aliquando applicatur, & ratione præparationis artificiosæ, quæ interdum accedit, alicui artificialis haberi possit, ac proinde Physicos terminos excedere videatur, tamen recte naturalis etiam dici potest: quia intimæ naturæ rei cui applicatur, maxime conueniens est, & quoad essentiam maxime similis.

16. Renouatio rerum naturalium est sæpe cum iuuentutis reductione: itaque quando Elementatum iam quodammodo labascens renouatur, iuuentus, id est, is status, quo in summo suo vigore Elementatum fuit, reducitur.

17. De renouatione rerum naturalium subijcio hæc axiomata.

I.

In hoc rerum statu extra corpoream naturam non

non habetur balſamus renouans, ſed vbiq; aliquid de natura corporis ſibi immixtum habet.

Balſamus enim ſine corpore ſubſiſtere nequit. Hoc vero notare eſt, quod balſamus, quando impuritatibus obruitur & corporis craſſitie eius actiones impediuntur, impuritatibus nudari, corpuſque in tantum ſubtiliari debeat, vt in naturam confortandam & reſtaurandam agere poſſit. Sic è cibo, quem aſſumimus, Archæus noſter balſamũ elicit ſibi conſimilem, ſeparatis & eiectis fecibus per appropriata emunctoria. Philoſophi craſſitiem ſeparando ſubtiliant metalla, vt ex iis ſpiritus balſamicales proliciant, nobiſque deinde in vſum noſtrum propinent. Niſi corpora fiant incorporea ſeu volatilia, & è conuerſo ſpiritus reddantur corporei, nihil operamini: aiunt Philoſophi. Vide Arnold. lib. 1. Roſar. c. 9. In auro potabili parando, ait Paracelſus, primus gradus eſt, vt aurum fiat volatile, & non amplius reduci poſſit.

II.

Quo è puriori & perfectiori corpore renouans balſamus deſumitur, eo efficacius & perfectius impuritates ſeparat, vireſq; eminentiores confert.

Vnumquodque enim agit ſecundum naturam ſuam. Vnde non mirum eſt, quod Lapis Philoſophorum perfectiſſime & efficaciſſime morbos ex corpore pellat, cum ex perfectiſſimis huius mundi corporibus, ſcil. ex Sole & Luna producatur.

II.

Balſamus renouans quo ſimplicior eſt, eo conſtantius & vniuerſalius operatur.

Operationes enim rei naturam & essentiam sequuntur. Balsamus vero simplex dicitur, qui ex vna natura fluit. Qui ex naturis diuersæ speciei ad corroborationem balsami alterius hauritur, simplici balsamo longe debilior est: Quo enim quid vnitati vicinius, eo constantius, perfectius & vniuersalius operatur. Simplex simpliciter, vel Scaligero teste in 140. exercitatione, verum, vnum est, quod est sibi ipsi & principium & finis; alia quo sunt ei propiora, illius etiam maiorem capiũt perfectionis partem. Sic Angeli nobis sunt longe potentiores cum ex multis Elementis non sint conflati, simplicitatiq; Dei sint propiores. Deus quia summe vnus est, summe potens est, quod probe obseruandum contra eos, qui variis eduliis, varioque potus genere delectantur. Vitam longius producerent, si vnius generis cibo & potui assuefierent.

IV.

Corpus quod renouari debet, actu calidum esse oportet.

Balsamus enim renouans cum sit ignis, & naturæ nitro Sulphureæ, sulphur actualiter requirit, quo accendatur, non aliter ac nitrum, quod quãdo operari, & mirandos effectus in eiaculandis glandibus edere debet, à sulphure & igne prius accendatur necesse est Nobis exemplo esse potest metallorum transmutatio, quæ fieri fere nequit, nisi metalla imperfecta igniantur, liquefiãt & fluant, vt hac via pori, quos Lapis Philosophorum permeet, aperiantur. Laxatiuũ in homine mortuo nihil operatur, sed in viuo caloris q; actũ habente.

V. Iu-

V.

Iuuentus reducitur, quando vires pristinæ restituuntur, pelles antiquæ exuuntur, nouæ induuntur, & nouorum astrorum summe conuenientium regimen introducitur.

Sic auri iuuentus reducitur, quãdo aurum per Mercurium & ignem in liquorem redit. Serpens renouatur, quando pellem deponit & nouam reassumit. Homo senex renouatur, quando canos capillos amittit, nigrisque ornatur, vngues decidunt, noui repullulant, integraque cutis rugosa in teneram mollem & floridam conuertitur: Cãcri, qui crustas abiiciunt, tenero & molli tegumento iterum vestiuntur. Mulier octogenaria, quando Philosophice renouatur, ad conceptionem habilis reddi potest: Siquidem in eiusmodi renouatione balsamus eius ita corroboratur, vt menstruus fluor redeat, semenque in ipsius genitalibus generetur & augescat.

VI.

In iuuentutis reductione prolongatio vitæ fundatur, præcipue vbi simillimo balsamo perfectæ natura impregnato confortatio balsami instituitur.

Si vis vt arcus telum longiori tractu propellat, chalybs chalybi per fabrum adiungendus, & arcus fortior reddendus est.

18. *Renouatio est vel vniuersalis, vel particularis.*

19. *Renouatio vniuersalis est, quæ vniuersali*

balſamo naturam alicuius rei ita reficit, vt per omnes partes vigor eius inſtauretur, & impuritates cum radice extirpentur.

Balſamus vniuerſalis eſt, quo non ſolum mineralia, ſed etiam vegetabilium & animalium naturæ corroborantur, eorum impuritates & imperfectiones tolluntur, atque radix ipſius mali ſimul extirpatur. Vnde vniuerſalis renouatio (ſi ad hominem applicatur) recte dicitur ablatio radicum, ſeu impuritatum morbidarum, vel ab ortu hæreditarioue parentum ſemine, vel poſtea alimentorum vſu & culpa ſiue externarum impreſſionum iniuria in humanam anatomiam inſitarum.

Axiomata.

I.

Id quod omnibus vegetabilibus virorem inducit & reducit, mineralibus vigorem diſpenſat, animalibusq; vitam & nutrimentum communicat, illud eſt vniuerſalis balſami vera materia, atque Hermeticæ medicinæ realis origo.

Vniuerſalis enim medicina ex vniuerſali ſubiecto eruenda eſt. Vt in ſpecie hoc ſubiectum iam nominem, non neceſſe eſt: aliquoties illud in hiſce libris Phyſicis aperte ſignificaui.

II.

Balſamus vniuerſalis, qui eſt verus Hermetis lapis, ſub minima doſi in generoſo vino propinatur.

Doſin vnius grani Philoſophi in adminiſtratione balſami vniuerſalis requirunt.

III. Citra

III.

Citra specialem morbi cognitionem balsamus vniuersalis administratur.

Id est, non est necessarium, vt medicus multum sit sollicitus de morbi specie cognoscenda, si habuerit balsamum seu medicinam vniuersalem: quippe omnibus morbis aduersatur, & nullus morbus est, cui non contrarietur præstantissima illa medicina. Datus Canon omnes Medicinæ studiosos ad diligentem balsami vniuersalis seu lapidis Philosophici vestigationem instigato, cum eo habito studium Medicinæ adeo reddatur facile, vt variorum librorum multiplex lectio merito habeatur superuacanea, atque indicationum perplexæ particularitates, contrarietates vel ordines nullam sedem inueniant.

20. Renouatio particularis est, quæ balsamo particulari absoluitur.

Balsamus particularis est, qui ad certam corporis partem renouandam ordinatus est, & ad certum genus defectuum tollendum adhibetur: ac proinde ex renouatione tali non est omnium morborum, sed quorundam cura. Consule dogmaticos, & huiusmodi balsamorum ingentem copiam videbis. Omnia etiam Chymica remedia, præter Philosophorum lapidem particulari balsamo participant, atque ideo definito morbi generi tollendo destinata sunt.

Etsi dentur, quæ licet vniuersalia non sint, v-

niuersalibus medicinis tamen maxime vicina sunt.

Axiomata.

I.

Quicquid in macrocosmo renouatur, illud ad microcosmi renouationem facit.

Sic cum aurum renouatione in primam materiam reducitur, aurum Philosophice elaboratum microcosmum renouabit. Galenus, vt ipse lib. Simplic. & libr. de antidot. refert, opera viperarum vino impositarum pristinæ valetudini duos leprosos restitutos fuisse testis vidit oculatus: Cum enim dictis leprosis vitam miseram & ærumnosam diu agẽtibus ex commiseratione ad mortem ipsis accelerandam vinum, in quo vipera casu immersa & mortua fuerat, bibendum offerretur, non tantum cutem vlcerosam squamosam & fœtidam cum sana & florida permutarunt, sed integram insuper, perfectamque inde sanitatem recuperarunt. Iam vero vel vulgo notum est, quod viperæ quotannis bis renouentur, & exuuias abiiciant. Vnde Philosophiæ veræ filij ex viperis naturam balsamicam eruere sciunt, ad renouandam & purgandam hominis essentiam ab omni impuritate.

II.

Si vis balsamo conuenienti hominem renouare, discito perfecta metalla in primam reducere materiam, & imperfecta coessentiali balsamo perficere.

Qui

Qui microcosmi defectibus ex fundamento mederi desiderat, ille in rebus macrocosmicis prius faciat periculum, vt has ab imperfectionibus suis liberet. Quicunque corpora macrocosmica purgare & debitis medicinis perficere nescit, non dignus est qui medicamenta in salutem hominis doceat. Cum vero sine Alchymia nemo imperfecta corpora depurare perficereque queat, Alchymiam necessariam esse ad medicinam quis non intelligit? Reuocato Saturnum & reliqua imperfecta metalla, tum tibi erit medicina, qua balsamum hominis instaurare & vere renouare queas.

21. Hucusque fuit conseruatio propria: Conseruatio speciei est promotio Elementati ad sui multiplicationem, vt, si forsan Elementatum individuatum destruatur, species similis in mundo superesse possit.

Axiomata.

I.

Conseruatio speciei consistit in dispositione Elementati ad productionem seminis, quo ipsum Elementatum multiplicatur.

Quando enim eo deducitur Elementatum, vt semen de suo corpore fundat, semenque ipsum postea in debitam matricem proiicitur, facile species multiplicari & propagari potest.

II.

Semen quo copiosius à corpore prodit, eo plures species propagantur.

Abrahamo diuinitus promissa fuit seminis sui

in

in infinitam prolem transplantatio & augmentatio: Vnde nepos eius Iacobus tantam à Deo benedictionem ſeminis impetrauit, vt duodecim natos è lumbis ſuis progenuerit, gentis Iudaicæ firma ſtemmata & columnas.

III.

Corpus quod ad productionem ſeminis diſponi debet, perfectum eſt.

Id eſt: Omnia vaſa quæ nutritioni & ſeminis generationi inſeruiunt, & habet, & bene diſpoſita gerit: alias ſemen nullum progenerari poterit. Cui teſtes exciſi ſunt, ille ſemen hominis productioni deſtinatum non producet. Mulier præpinguis ſemen ſuum ſemini virili vix adiungere poteſt, vt vel hinc raro concipiat.

IV.

Corpus quod ad productionem ſeminis promouendum eſt, aqua nutritur.

Eſt enim in aqua nutrimentum, quo omnia multiplicari & ſpeciem ſuam propagare poſſunt. Terra quæ in aqua latet, eiuſmodi nutrimentum eſt: Vnde Baſil. Valent. claue 8. ait: Es wirdt der Natur lebendige vermehrung vnd erweckung ihres Lebens am meiſten in der Erden gefunden. Id eſt, Naturæ viua multiplicatio & vitæ excitatio potiſſimum in terra reperitur. Huc etiam inſignis ille locus doctiſſimi Drebelij, quem c. 8. lib. de natura Elementorum videre licet, maxime ſpectat, vbi ſic ait: Der Regen befeuchtiget die durſtige Erden/die darin fäulet/ſchmeltzt/vnd durch ziehet mit der Feuchtigkeit das Gewechs der Erden: Aber

durch

durch die Wärme der Sonnen wirdt sie mit der Feuchtigkeit auffgezogē biß andie eusserste Theil deß Gewächß: Vnd weil das Wasser flüchtiger ist/ deñ das nutriment der Erden / vertrucknet das Wasser in Lufft vnd verläst das nutriment/ welches durchs Leben der Dinge in die Natur deß Gewechs verändert wirdt. Werden also alle Geschöpff der Erden erhalten / vermehret auß dieser einigen Substantz. Id est, pluuia sitientem & indigam irrigationis terram humectat, quæ in ea putrescit & liquitur: suaque vligine peruadit plantas, & quæ ex terra nascuntur: Sed per Solis calorem humiditas eleuatur vsq; ad extremas plantæ partes: cumque aqua fugacior seu volatilior sit quam nutrimentum, terræ aqua exsiccata, seu in aerem conuersa deserit nutrimentum, quod per vitam rerum in naturā stirpis conuertitur. Terræ ergo creaturæ omnes hæc vnica substantia conseruantur & augentur.

V.

Aqua corpori, quod ea nutritur ad seminis productionem promouendam, est conueniens.

Corpus ergo vegetabile vegetabili, animale animali, & metallicum metallica aqua nutritur. Omne n. nascens vel crescens in sua specie multiplicatur, teste Arnoldo de villa noua semit. semitę p. 438. Confer axioma 1. theor. 4. lib. 8. de mineralibus. Philosophi, ait autor auroræ consurgentis mihi pag 231. granum suum humore connaturali nutrire volunt, donec vegetetur & fructum afferat talem, qualem intrinsecus habet, & volunt viuificare illud, quod mortuum est, à forma metallina, quousq; fusionem præstet metallicam.

VI.

VI.

Sine putrefactione seminis nihil multiplicatur.

(Putrefactio seminis est eius per aquam intrantem digestio ad suscipiendam maiorem profunditatem & organorum actionibus debitis appropriatorum formationem) Alles Fleisch/ait Basilius Valent. clau. 8. es sey Menschliches oder auß Thieren/kan keine fernere Vermehrung vnnd fortpflantzung bringen/es geschehe dẽn anfangs durch die Fäulung: Auch der Same deß Ackers vnnd alles so dem vegetabilischen vnterworffen vnd zugethan/kan zu keiner Vermehrung komen/dẽn durch die Fäulung. Id est, omnis caro tum hominis tum bestiæ in specie multiplicari & propagari nequit, nisi per putrefactionem: Etiam semen agri, & omne quod vegetabili regno subiacet, non potest multiplicari nisi putrefactione mediante. Putrefactio autẽ debet fieri in propria matrice. Quod si granum frumenti, ait Lullius ca. 26. theor. test. non proiiciatur in terram, nullo tempore virtus eius multiplicabitur. Nostrum semen, ait idem paulo post, in terra sua pullulat, crescit & colligit fructus suos & suas messes.

Annotatio.

Inseruiunt speciei propagationi insitio, transplantatio, & proiectio seminis in matricem: vt hinc ea, quæ natura per se præstare non potest, mediante artificio & opera hominis fiant, illudq; quod solius naturæ ductu ad seminis formationem deduci haud possit, disponente Philosopho per industriam hominis multiplicetur. Sic inserimus

mus surculos truncis, vt hinc nouæ exsurgant arbores, quæ semen deinceps vlterius è se emittant, quam si surculi mansissent in radicali arbore. Philosophi similiter aurum sumunt, illudq; alij metallo congenero inserunt, vt in eo tanquam in radice de nouo augeatur, semenq; suum multiplex fundat. Vt negotium hoc, ait Flamellus recensente Gallo, adimpleatur ex æquo, sumenda simul arbor cum suo fructu, quo denuo plantetur citra fructus ablationem in fertiliorem terram, quæ plus nutrimenti dabit vnico die, quam prior ager exhibuisset in centum annis, ob ventorum assiduam agitationem.

CAPVT III.

De Elementatorum destructione.

1 *CVM Elementata, quorum Elementa & principia hypostatica adæquate haud mixta sunt, quæque ex semine corruptibili ortum suũ ducunt, perpetuum conseruari nequeant, tandem destruuntur.*

2. Post Conseruationis ergo doctrinam Destructio merito explicatur.

3. Destructio hic est, qua Elementatorum existentia minuitur.

Axioma.

Omnis destructio fit per contraria.

Nulla res aliam corrumpit, nisi illa quæ superat aliam in qualitate contraria: Lull. c. 54 theor. test. Vnde Aristoteles: Quicquid corrumpitur, à suo contrario corrumpitur.

4. De-

PHYSICÆ HERMETICÆ

LIBER VI.

DE STELLIS.

CAPVT I.

De luce & influentiis Stellarum.

1 *HVCVSQVE Generationem, Conseruationem, & destructionem Elementatorum exposuimus: Iam dicemus, quotuplicia Elementata sint.*

2. Elementata ergo sunt vel superiora, vel inferiora.

Diuisio hæc Elementatorum pendet à diuisione Elementorum: Horum enim alia sunt superiora, alia inferiora. Vide supra lib. 1. c. 2.

3. Superiora Elementata sunt corpora, quæ in superioribus Elementis principaliter sustentantur.

Siue perpetuum in iis subsistant, siue in iis generentur, vt in terram ad vsum terrestrium demittantur. Dico esse corpora, vt excludantur Spiritus, qui supra expositi libro tertio fuerunt.

4. Superiora Elementata sunt vel stellæ vel meteora.

morbi exurgant, quia ex nouorum ſeminum aſtralium affluxu in ſubiectis conuenientibus facile producuntur. Quare non mirum eſt, quod lues Venerea Galeno & Hippocrati plane incognita fuerit, cum poſterioribus ſeculis ſemina eius luis ex ſuperiorum aſtrorum affluxu deſcendentia matricem eius malignitati conuenientem in Indis, Hiſpanis, Gallis, Germanis & aliis abuſui Venereo impie conſecratis repererint. Cœlum eſt inſtar maſculi, terra inſtar fœminæ: Influentiæ cœleſtes ſi quid ſuæ naturæ in intimis terræ ſibi reſpondere deprehenderint, illi ſe coniungunt & firmiter vniunt, vt vna natura inde conſtituatur. Quæ ſi conuenienti nutrimento debitoque calore amplius fouetur, in propriam ſpeciem nouarum virium excreſcit, & prædeſtinationis ſuæ virtutes vniuerſo orbi oſtendit. Semen per ſe ſpirituale eſt. Si tamen in ſubiectum conueniens proiicitur, nutrimentoque ſimili alitur, corpus aſſumit, & organa, per quæ vires ſibi conuenientes edere debeat, acquirit, vt omne illud quod in intimis naturæ receſſibus occultatum eſt, per ea euoluatur & manifeſtetur. Virtutes rerum exterius homini apparent, vt fons earum interior magis magiſque inquiratur & peruestigetur. In exterioribus corruptio, in interioribus perpetuitas eſt. Quorum conſeruatio ab interioribus procedit, ea æternum perſiſtunt. Quæ vero ab exterioribus conſeruationem ſui petunt, collabuntur, & ad tempus manent.

6. In ſtellis duo hic ſunt conſideranda: Lux & Influentia;

7. (a) *Lux est ignis coagmentatus seu condensatus, &* (b) *radiorum* (c) *luminisq; emissioni ad aliorum corporum capacium illustrationem destinatus.*

Augustinus lucem sic commendat super Gen. ad lit. Lux est substantia corporea, summe simplex in generatione corporum, summe multiplex in efficacia, summe mobilis & absolutæ penetrationis & minimæ resistentiæ. & summe disparia & contraria generans, concilians, summe conuertibilis, omnis naturalis motionis principium & origo, summe perfectibilis, summe iucunda, summe communicabilis: Vnde luce in corporibus nihil est subtilius, nihil conuenientius, nihil pulchrius, nihil velocius, nihil vtilius, nihil impassibilius, nihil virtuosius inuenitur. Lux, inquam ego, substantia est. 1. Quia sine Sole reliquisq; substantiis, quibus iam inest, olim in mundi creatione substitit. 2. Quia in se proprie dicta accidentia colorem & figuram sustinet. 3. Quia operationes per se edit: vt videre est in creatione. 4. Quia substantias producit, radios & lumen. 5. Quia de cœli seu ignis substantia participat, & 6. Quia omnibus rebus per insitum calorem vitam tribuit. (*b*) Radius est lucis visibile recta eiaculatum effluuium. (*c*) Lumen est orbiculare radiorum lucisque effluuium. Omne autem effluuium orbiculare tenuius est illo, à quo effluit. Itaque lumen penetrantius est quam radius. Vnde fit vt radij per vitreas fenestras refrangantur, lumen vero simpliciter penetret.

Axiomata.

Axiomata.

I.

Lux corporibus cœlestibus inclusa quiescere nescit, sed in hoc intendit & descendit, vt lux inferioribus corporibus impacta eleuetur, atque ad eximium & eminentem statum cum iis, quibus inclusa est, euehatur: ac proinde lucis natura est purificare & exaltare.

Hinc Ioh. Flut, alias de fluctibus tract. 1. lib. 1. de macrocosmi principiis c. 9. hisce verbis lucem commendat: Lucis natura est purificare, subtiliare, & ad cœli superioris apicem, si sit possibile, sublimare, cum sursum naturaliter tendat, & substantiam, quam inhabitat, pro posse suo secum ferre, h.e. digniorem facere intendat, quousque ad perfectionis fastigium eam deduxerit. Hæc ille. Vbi probe notandum, quod lux duplici modo se habeat: vno, quo est in superioribus, altero, quo est in inferioribus. Lucis in superioribus existentis natura est & ascendere & descendere, atq; ad latera velocissime ferri: perfectioni enim illa propinquior est, ac proinde secundum rationem radiorum è suo lucido centro ad circumferentiam tam sursum quam deorsum & ad latus celerrime mouentur. Huiusmodi perfectionis cum propter crassitiem & compactionem corporum inferiorum, quibus inest, lux capax esse nequeat, lux hæc ad superiora adspirat, atque adiuta per superiorem lucem corpora, quibus inhæret & per intima viscera mixta est, depurgare, exaltare, & eminēti dignitate, gloria, virtuteq; beare annititur.

II.

Lux minor noctu apparet maior.

Ea enim in tenebris liberius vagatur, cum interdiu maiori luce coerceatur. Neque vero minor lux apparet noctu tantum maior, sed etiam interdiu è loco vmbroso & obscuro magis affulget. Huius generis multa sunt stratagemata optica in bellis & expeditionibus varie vsurpata. Sic Annibal apud Liuium lib. 2. decad. 3. Quinti Fabij Maximi vigilias prima nocte accensis sarmentis ad cornua boum hinc inde propter æstum varie cursitantium alligatis terruit. Sic Rex Scotiæ, vt est apud Lauatherum de spectris, certos homines squamis piscium fulgentibus indutos & putridis lignis pro baculis armatos constituit, qui principibus & nobilibus suis noctu apparerent, & ad fortiter pugnandū contra hostes cohortarentur, certam promittentes victoriam. Illi arbitrantes se genios vidisse, rem fortiter gesserunt, & postero die victoriam hoc solo stratagemate pellecti reportarunt.

III.

Lux, quo longius per angustum foramen in obiectum incidit, eo fit latior.

Id quod cuilibet per quotidianam experientiam patere potest.

IV.

Lux per angulatum foramen longius continuata rotundatur.

1. Quia vniuersus mundus eiusque principes partes, quarum nulli lux cedit, rotunda figura præditæ

præditæ apparent. 2. Quia lux vndique in orbem & tanquam radiis suis conglobata diffunditur & radiat. Vnde lux cum globosa figura summam habet affinitatem. Quamobrem non mirandum est, quod lux ad natiuam & congenitam naturam, quam per angulatum foramen transeundo amisit, recuperandam festinet: Cum præcipue idem in guttulis effusæ dispersæque aquæ fieri videamus: Quæ & ægre figuram rotundam deserunt, & ad amissam recuperandam sensim, quoad licet, confluunt.

8. Influentia stellarum est Spiritus (d) *potens instar* (e) *radiorum è stellis in hæc inferiora influens.*

(*d*) Spiritus potens dicitur, quia plurimis virtutibus prægnans & refertus est. (*e*) Radij sunt tenuia, & subtilia effluuia stellarum in hæc inferiora. Et quia in hæc inferiora demittuntur, in longitudinem extenduntur. Quanto plus vero à fonte suo, qui in stellis est, radij isti recedunt, tanto magis ampliantur & in orbem lateralem extenduntur, vt plurimis simul sua præsentia prodesse & inseruire possint. Radij ergo influentes conici sunt, ac proinde in fonte suo veluti in vertice sunt fastigiati & inde descendentes æqualiter magis magisque peripheriam maiorem assumunt: vt vel hinc intelligamus, quomodo punctum virtuale, quod in omnibus rebus est, se dilatare, atq; in infinitos radios excrescere queat.

Axioma.

Influentiæ inclinant, non necessitant.

Nam homines, qui ratione vtuntur sobria, &

suam vitam ad legem Dei in S. scriptura propositam componũt, atq; ideo radiis Spiritus S. supranaturalibus illustrantur, influentias sidereas ita moderari possunt, vt si malignum aliquid minitantur, præcaueant & se contra sidereas iniurias optime tueãtur. Vnde sapiens recte astris imperare dicitur. Quare hæc Paracelsi verba lucẽ nostro axiomati subministrantia naturæ studiosus bene põderare debet: Sic n. in libro de sign. rerũ natur. ait. Es ist ein grosser Vnterscheid der wol zumerckẽ ist / daß einen das Gestirn zwinget / den andern nit: da ist nun von nöten zu wissen / welcher das Gestirn regieren vnd meistern kan / vñ welcher von dem Gestirn regieret wird. Darauff so wisset / daß der weise Mann das Gestirn regieren vnd meistern kan / vnd das Gestirn nit jhn: dz Gestirn ist jm vnterworffen / muß jhm nachfolgen vnd er nit dem Gestirn. Einen viehischen Menschen aber regieret / meistert / zwinget vnnd nötiget das Gestirn / also das er dem Gestirn muß nachgehen / zugleicher Weiß wie der Dieb dem Galgen / der Mörder dem Rad / der Fischer den Fischen / der Vögler den Vöglen / vnnd der Weidmann dẽ Gewild. Was ist anders die Vrsach / dañ daß derselbe Mensch sich selbst nit erkent / vnd seine eygene kräffte / so in im verborgen / nit zu gebrauchen weiß / vnd dz er die kleine Welt ist / vnd auch dz gantze Firmament mit allen seinen Kräfften in im hat / darum̃ er ein Viehischer vnweiser Mensch genẽt wird / vñ in der harten Dienstbarkeit ein Knecht sein muß aller jrdischẽ zergänglichẽ Dingẽ / die Weißheit aber deß Menschẽ ist in keiner Dienstbarkeit / kein Knecht hat sein Freyheit nit von sich gegeben / noch auß der

Hand

Hand gelassen/darumb muß das Gestirn jr nachgehē vnd jr vnterworffen seyn/vnd sie nicht dem Gestirn.

9. Influentia stellarum est, vel simplex, vel coniuncta.

10. Influentia simplex est vnius stellæ influentia, quatenus influentiis aliarum stellarum haud implicatur.

11. Influentia coniuncta oritur ex constellatione, quæ est plurium stellarum inter se ordinatio, vel ad vires coniungendas & exercendas in inferioribus corporibus, vel ad eas impediendas.

CAPVT II.

De Stellis fixis.

1. STellæ aut fixæ sunt, aut erraticæ.

2. Stellæ fixæ sunt, quæ supra planetas in cælo, æquali distantia à terra, simili à se inuicem, eodem motu feruntur.

Vbi notare est: 1. Stellas dici fixas, non quod plane immotæ persistāt, sed quod tardissimo motu ferantur: quem motum sensus non ita percipit, sed tamen artifices certa ratione & obseruationibus deprehenderunt. 2. Stellas fixas scintillare: scintillatione enim hac stellæ fixæ à planetis præcipue discerni possunt. Optici eius scintillationis hanc tradiderunt causam, quod nempe stellæ fixæ propter maximam ab oculo videntis distantiam in aerem intermedium imprimant imaginem debilem: quæ debilis imago propter motum aeris debiliter repræsentatur, & debiliter ad

oculum deportatur, atque idcirco veluti tremere videtur.

Axioma.

Stellæ fixæ ſua interualla & figurationes nunquam mutant.

3 Fixæ ſtellæ, 1. vel ſeparatim, vel coniunctim conſiderantur.

4. Separatim conſideratæ diuiduntur in 7. Claſſes.

5. Prima claſsis habet omnium maximas, quæ cæteras ſtellas excepto Sole & Luna ſplendore omnes vincunt: ſecunda paulo minores, & ſic deinceps, vt nebuloſas & obſcuras poſtrema contineat.

Communi Aſtronomorum ſuffragio, omnes ſtellæ firmamẽti (excepta Luna) maiores terra ſtatuũtur, atque definite magnitudo exſuperans exprimitur: Sed nondum video certiſſimum huius opinionis fundamentum; ſiquidem ſpecialis magnitudo ob inexplicabilem pene diſtantiam nõdum eſt cognita: & quia maximæ ſtellæ dantur, nihil prohibet, quin & minimæ, quæ à terra magnitudine longe ſuperentur, in firmamento reperiantur. Addo quod Stellæ eiuſdem claſſis non omnino æquales appareant, ideoque non eodem pede, quod dicitur, metiendæ: Exempli gratia Syrii ſtella primæ claſſis, cæteris ſui ordinis fulgentior & maior eſt: quæ ſi centies ſexies exſuperat terram, cor Leonis vix centies. De reliquis ſimile eſto iudicium. Præterea autorum circa hoc negotium non eſt certus conſenſus, aut ſi quis eſt, ab

auto-

authoritate potius (quæ in hac cauſa nullius eſt momenti) dependet.

6. Stellæ fixæ coniunctim conſideratæ ſunt, vel in certas imagines digeſtæ, quæ ſidera dicuntur, & certa ſtellarum ſerie conſtant, vel extra imagines hinc inde diſperſa.

Illæ nominantur numerabiles, hæ innumerabiles.

7 Stellæ fixæ 2. ſunt, vel in Zodiaco, vel extra Zodiacum.

8. *In Zodiaco ſunt duodecim illæ conſtellationes, quæ* (a) *ſigna vocant & δωδεκατημόρια.*

(*a*) Dicuntur ſigna κατ' ἐξοχὴν: non quaſi aliæ ſtellę non ſint ſigna, ſed quod duodecim iſta ſidera inter omnes ſtellas fixas valde coniunctam & arctam habeant cum motu & efficacia Solis & Lunæ neceſſitudinem, vtpote cum Sol & Luna, vt & reliqui Planetæ ſub his ſideribus perpetuo verſentur.

9. Sex ex iſtis ſignis (vt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo & Virgo) (b) *Septentrionalia ſunt: Sex vero reliqua (vt Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius Piſces)* (c) *meridionalia.*

(*b*) Septentrionalia appellantur, quia ab Æquatore recedunt verſus Septentrionem. (*c*) Meridionalia dicuntur, quia ab Æquatore declinant verſus meridiem. Signa Zodiaci his duobus verſibus comprehenduntur:

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo.
Libraq;, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Piſces.

10. Stel-

10. *Stellæ fixæ extra Zodiacum sunt, vel Boreales, vel Australes.*

11. *Boreales Septentrionalibus nationibus imprimis conspicuæ viginti & vno asterismis comprehenduntur.*

Quales sunt; 1. Vrsa maior. 2. Vrsa minor. 3. Draco. 4. Cepheus. 5. Bootes. 6. Corona Borealis. 7. Hercules. 8. Lyra. 9. Olor. 10. Cassiopeia. 11. Perseus. 12. Heniochus. 13. Ophiuchus. 14. Serpens Ophiuchi. 15. Sagitta. 16. Aquila. 17. Delphinus. 18. Hinnulus. 19. Pegasus. 20. Andromeda. 21. Triangulus.

12. *Australes stellæ extra Zodiacum ab Æquatore ad plagam meridionalem declinant, atq; adeo ad hemisphærium nobis oppositum.*

Tales quindecim imaginibus exprimuntur, quæ sunt; 1. Cetus seu balæna. 2 Orion. 3. Argo nauis, quam quidam arcam Noe vocāt. 4. Lepus. 5. Canis minor. 6. Canis maior. 7. Hydra. 8. Crater. 9. Coruus. 10. Centaurus. 11. Lupus. 12. Thuribulum. 13. Corona australis. 14. Piscis austrinus. 15. Eridanus siue Nilus, vt alii vocant.

Annotatio.

Situs horum siderum longe melius ex globo quam ex præceptis cognoscitur: Quare eum hic explicare non opus esse arbitror. Consulant Studiosi Physices sphæricas Astronomorum institutiones, & plenius de iis informabuntur.

CAP.

CAPVT III.

De Planetis in genere, & eorum Aspectibus.

1. *STellæ erraticæ appellantur Planetæ.*

2. *Planetæ sunt stellæ sub fixis consistentes, quæ sensibiliter, modo velocius, modo tardius, nunc ad hanc, nunc ad illam cœli partem in Zodiaco mouentur.*

Cicero putat planetam, id est, errantem stellã dici per antiphrasin quasi minime errantem: Sed Astronomi rectius docent non per antiphrasin dici hasce stellas errantes, sed per respectum & comparationẽ ad stellas fixas. Erraticæ ergo stellæ appellantur, non quod committant errorem in motu, vtpote quæ statis & certis temporibus suũ cursum semper absoluunt, sed quia ipsorum motus magis est varius, quam stellarum fixarum, ita vt recte omnis stella posset distingui in stellam variabilem & inuariabilẽ. Vide cap. 11. lib. 1. System. Astron. Keckermanni.

Axiomata.

I.

Planetæ maximam habent in nocendo vim per tantum temporis, quantum durat retrogradatio Cardan.

II.

Quoties planeta ingreditur signum oppositum alteri

alteri suorum domiciliorum, facit pro complexione sua non mediocrem aeris mutationem. Iohann. Werner. in suis obseruat.

3. *Planetarum aspectus in genere hic potissimum considerandus est.*

Aspectus enim planetarum variarum influentiarum causa & origo est.

4. *Aspectus planetarum est vnius planetæ ad alterum sub signis Zodiaci situs, quo operationes suas planetæ, vel mutuo adiuuant, vel impediunt.*

In Ephemeridibus planetarum aspectus dicitur συζυγία, id est, coniugatio.

5. *Aspectus planetarum est, vel rectus, vel collateralis.*

6. *Rectus est, quo planetæ se aspiciunt secundum rectam lineam.*

7. *Estq; vel Coniunctio, vel Oppositio.*

8. *Coniunctio planetarum est, quando versantur & conueniunt in eodem Zodiaci signo. Eius nota est ☌.*

Coniunctionem Græci σύνοδον vocant, & quãdo coniunctio accidit in planetis superioribus; nempe in Saturno, Ioue, Marte: vocatur coniunctio magna, quia res magnas portendit.

9. *Oppositio est, quando planetæ versantur in signis oppositis. Eius nota est ☍.*

Quando planetæ distant integra medietate Zodiaci, id est, signis sex, atq; adeo gradibus 180. tum dicuntur esse in oppositione. Signa opposita

sunt

sunt Aries & Libra: Taurus & Scorpio: Gemini & Sagittarius; Cācer & Capricornus: Leo & Aquarius, Virgo & Pisces. Quod si ergo, E.G Sol est in Ariete, Luna autem in Libra, tū est oppositio Solis & Lunæ: quia Aries & Libra sunt signa opposita.

10. *Collateralis aspectus est, quando lineis collateralibus se mutuo respiciunt.*

11. *Estque vel sextilis, vel quadrangularis vel triangularis.*

12. *Sextilis aspectus est, cum planetæ à se inuicem distant sexta Zodiaci parte.*

Id est, duobus signis. Eius nota sunt sex lineolæ ex vno centro ductæ ✳ Exempli gratia: Sextilis aspectus Solis & Lunæ est, cum Sol versatur in ariete, & Luna in geminis.

13. *Quadrangularis seu quadratus aspectus est, cum planetæ distant quarta parte Zodiaci, i.e. tribus signis. Eius nota est □.*

Exempli gratia: Si Sol est in ariete, Luna autem in Cancro, tum dicitur esse quadratus adspectus inter Solem & Lunam.

14. *Triangularis deniq; aspectus est, cum planetæ distant à se inuicem tertia Zodiaci parte, id est, signis quatuor. Eius nota est hæc △.*

Exempli gratia: Si Sol est in Ariete, Luna autē in Leone, tum dicitur esse triangularis adspectus inter Solem & Lunam.

15. *Ceterum aspectuum alius est benignus, alius malignus.*

16. *Beni-*

16. Benignus aſpectus eſt, quo planetæ boni inter ſe ordinantur ad influentias conducibiles promouendas, vt Sextilis aſpectus.

17 Malignus aſpectus eſt, quo (a) *planetæ inter ſe ordinantur eo fine, vt influentias nociuas promoueant.*

Talis adſpectus plerumq; eſt quadratus, Coniũctio vel Oppoſitio. Maligni ergo aſpectus ſunt: ☍♂☉ □♃☉ □♂☉ ☍♃☉ □♃♂ □♂☿ □♄☉ ☍♄♂ ☍♄☉ ☌♃☌ ☌♂☿ □♄♂.

Annotatio.

(*a*) Siue planetæ ſint mali, ſiue boni. Sol, Venus, Mercurius, & Iupiter boni planetæ ſunt: Saturnus & Mars mali.

Axiomata.

I.

Influentiæ ex aſpectibus benignis obortæ influentias ex malignis aſpectibus ortas moderantur, ne adeo noceant, ſi boni aſpectus multitudine malignos ſuperant.

II.

Cum malus planeta malo iunctus fuerit, magis ſuperabundabit malum. Meſſahala Arabs in ſua Epiſt. de Coniunctionib. planetar.

Sic Coniunctio Martis & Saturni perniciem & exitium maximum introducit, inteſtinaq; bella excitat.

III.

Aſpectibus variantibus variant & virtutes rerum ſubiectarum.

Radii

Radii enim ſiderum pro varietate aſpectuum varie ſe miſcent & operantur.

CAPVT IV.

De Sole.

1. *PLanetæ ſunt, vel maiores, vel minores.*

2. Planetæ maiores ſunt Sol & Luna.

Maiores appellantur, quod oculis noſtris magnitudine reliquas ſtellas ſuperare videantur, & quod ipſorum influentiæ in hæc inferiora reliquorum planetarum & ſtellarum influentiis ſint euidentiores, & motus eorum notabiliores. Eadem de cauſa in S. literis appellantur magna. Keckermannus appellat planetas principes.

3. Sol eſt planeta maior, qui lucem & calorem inexhauſtarum virium in ſe continet, atque vtrumque per radios in hæc inferiora ad vigorem & virorem inducendum vitamq; excitandam & promouendam demittit.

Audi hic doctiſſimum Crollium ita diſſerentẽ baſilic. Chym. p. 208. In cœleſtem regionem Deus poſuit Solem quaſi regem & gubernatorẽ & fontem omnis luminis: Anima enim mundi ſeu natura media in Sole præcipue habitat, vt quæ globum Solis totum implens radios ſuos vndique quaſi ſpiritum effundit per omnia, vitam, ſenſum & motum ipſi Vniuerſo diſtribuẽs, & cuncta permeans Entia: In Sole igitur omnes naturæ vires quaſi in receptaculo & fonte perenni reconditæ

ſunt: & ſicut in humano corpore Cor eſt ſcaturigo vitalis ſpiritus & ſanguinis, omnibus reliquis membris motum & vigorem impertiens: ita Sol cor cœli viciſſim tanquam omnium virtutum Elementarium Dominus per vniuerſam naturam ſuos ſpargit & infundit radios. Quando Sol in cœlo voluitur & permeat vias, ſeu plateas itineris cœleſtis (vbi ad planetarum aliarumue ſtellarum domos & hoſpitia diuertit) confortando illarum vim & operationem, quam in aere habent, excitat, & vnicuique infundit lumen, vitam & motum vſque ad infima & profundiſſima loca terræ: Vnde ab Heraclito fons luminis cœleſtis, ab Orpheo lux vitæ & oculus mundi, ſeu viuificus cœli oculus, qui omnibus rebus calorem, lucé, vitamque inſpirat, dicitur. Ignis externi natura eſt omnes ignes in occulto latentes viuificare: ita Sol à Deo ordinatus ad eum finem in hunc mundum eſt, vt omnes occultos & quieſcentes ignes incendat, nimirum ſphæras planetarum, qui nobis non apparent: per ſe enim ſunt mortui: Si vero accenduntur, ſunt viui & operantur ſuas proprietates. A Paracelſo Sol vocatur ſpiraculum vitæ Elemētorum: à Platone & Zoroaſtro cœleſtis & inuincibilis ignis appellatus eſt. Pater luminum ſplendorem ignis ſui emittens & communicans primo Soli & cæteris cœleſtibus corporibus: inde tanquam per media inſtrumenta in hunc ignem noſtrum influit: & hoc modo omnium planetarum vires & virtutes in Sole reperiũtur: Et Iamblichus vere dixit, quicquid habemus boni, habemus à Sole vel ab ipſo ſolo, vel ab ipſo per alia. Quamuis enim

enim aliquid ab aliis habeamus, illud tamen à Sole desumptum est: Ideo in Sole cœli corde, vt in potenti scaturigine vel fonte cœlesti occultæ operationes corporum cœlestium repetiuntur. Solis ductu planetæ omnes agitantur, præsentia nōdum coniuncti torquentur & coniunctione corporali lætātur. Ex duobus Solis & Lunę fontibus, vt docte disserit Suchtenius, oritur spiritus mundanus naturalis & vitalis, cuncta permeans Entia, omnibus vitam & consistentiam præbens, per quem vt mediatorem omnis occulta proprietas, omnis virtus, omnis vita propagatur in inferiora corpora, in herbas, in metalla, in lapides, in animalia, ita vt nihil sit in toto mundo, quod spiritus huius scintilla careat vel carere possit.

Axiomata.

I.

Solis motus quia maxime notabilis est, mensuram aliis rebus præscribit.

Motus Solis per omnia signa Zodiaci spatio 12. mensium fertur, & eiusmodi transitione euidenter nobis describit annum, secundum quem infinitarum rerum durationes metimur & numeramus. Sol nisi in orbem circa terram moueretur continuo, totam terram calefacere, atque in ea semina mineralium, vegetabilium & animalium excitare, caloreque ea, quę in terræ globo sparsim persistunt, fouere non posset. Notabis hæc quæ dixi, & habebis aditum ad sapientiam mysticam.

II.

Sol spiritum Vniuersi per radios suos in inferiorem Elementorum globum infigit.

Siue mediate, siue immediate. Mediate autem per Lunam: Luna enim cœlestis regina & vxor Solis, omniumque cœlestium influxuum, virtutumque vltimum receptaculum Solis cæterorumque Planetarum atque stellarum radios & influxus quasi fœtum suscipiens inferiori mundo sibi vicino quasi parturiens edit. Et æstimant Philosophi à Deo sapientissimo sphæram Lunæ in infimo loco corporum cœlestium collocatam esse, vt ab illa desuper possint accipi vires & influentiæ cœlestes astrorum, & Luna easdem à se in inferiora Elementa vsque in terræ globum distribuere, & cuiusque rei peculiare ac proprium innatum astrum cum superioribus cõspirans hoc pacto excitare. Hinc apparet, quomodo anima mundi per supercœlestem inuisibilem & insensibilem ignem commoueat ignem & lumen Solis, qui postea moueat vires astrorum, & tandem demittat per Lunam in terræ globum, atque eas vsque in intima abyssi penetralia distribuendo, veluti semen virile in vas matricis eiaculetur.

III.

Adeo præstans & eximia est Solis substantia, vt cum omnia corpora inferiora longe excellat, nulli eorum cedere velit, etiam in propagatione & communicatione suæ speciei.

Non nescio multos inueniri, qui hæc, quæ dixi, falsitatis sint accusaturi, atque tanquam inaudita paradoxa, suauia somnia & dulcem phantasiam condemnaturi: cum impossibile esse arbitrentur, vt Sol, qui sit maxime incorruptibilis, speciem

ſpeciem ſuam propaget, ſibique ſimilem ſubſtantiam producat: Verum non ſtatim falſum eſt, quod à vulgi opinionibus recedit: Non ſomnium eſt, nec dulcis phantaſia, quando id, quod aſſeritur, in lumine naturæ fundatum eſt. Etſi hic pro me ſecretiores Philoſophi, qui ab initio mundi vſque in hunc ſtatum vniuerſi vixerunt, ſufficienter reſpondere poſſint, dum minutum mundum ſpiritu Vniuerſi plenum ad exemplar macrocoſmi adeo affabre concinnarunt, vt etiam Sol in eo microcoſmo exacte motum Solis macrocoſmici æmularetur, quod ſane fieri non poſſet, niſi de natura Solis macrocoſmici Sol minuti mundi eſſet: tamen demonſtrare lubet, non repugnare rationi Solis, nec aliquid de incorruptibilitate eius demere, ſi Sol ſtatuitur ſpeciem ſuam alicubi propagare. Extra ergo controuerſiam poſitum eſſe arbitror, indiuidua quæ ſuum genus propagatione ſuæ ſpeciei conſeruant, eſſe non ideo incorruptibilia, quia ſpeciem ſuam propagāt, ſed quia ex impuris & haud perfecte inter ſe vnitis Elementis conſtant. Præterea de ratione Solis eſt lux & calor viuificus. Vtrumque à Solis Archæo ſeu ſpiritu Vniuerſi, qui in Sole potenter habitat, in hæc inferiora immittitur & tranſplantatur: nec tamen aliquid de Sole decedit: addo quod Lux illa emiſſa & calor propter centralis ignis in intimis terræ latibulis & receſſibus latentis correſpondentiam à fixa terra tanquam à genuino magnete facile attrahantur, atque in ea ſimilem poſſint, accedente Philoſophi diuinitus illuminati cura, producere

Solem. Lumen ergo cum calore est semen illud, à quo Soles alii procreari queant. Quomodo hoc fiat, illud Sapientes bene norunt: hos consule, & naturæ miracula videbis. Et ne de obscuritate meæ huius dissertationis conqueri deque terra, in quam Sol cœli sui imaginem inclusit, & lumen caloremque suum incorporauit, dubitare queas, velim, vt hæc consideres, quæ Michael Maierus cap. 9. libro de Circulo quadrato profert, sic inquiens: Solem cœli, quasi imaginem & idolum sui in terra produxisse, *Aurum*, negari non potest. Non mouemur nudis vocabulis, quod Chymici aurum Solem vocent, sed ipsius rei proprietatibus, quæ sunt: quod aurum metallorum purissimum & clarissimum, nec non magis maturum existat, quodque in illis locis potissimum inueniatur, vbi maior vis & calor Solis regnet, vt in India, Arabia, vbi obrizum & purum naturale inuentum est, & adhuc inuenitur. In aliis locis, quo magis ad Septentrionem recedant, eo aurum in ortu suo primo plus imperfectorum metallorum adiunctum habet, quæ si per aquas separatorias & cineritium, aliaque examina inde separentur, massa probata plus quidem amittit imperfectæ substantiæ, at non minus perfectum aurum est, quam Indicum & Arabicum: vt patet de Hispanico, Vngarico, Germanico, alioue, quod illi æquatur per sufficiens purgamentum & examen. Aurum itaque naturale Solis est filius & verus ille Æëta, qui vellus aureum Iasoni seu Medico (qui est Iason) exposuit in luco Martis. Hæc Maierus. Etsi verissima sint

quæ

quæ iam de auro disserui, non minus tamen verum est, quod in reliquis imperfectioribus metallis auri integra essentia spiritualiter lateat, & Solis siderei quinta essentia in iis veluti in centro abscondatur. Quicunque ergo illud quod occultum est in metallis imperfectis, Philosophica & regia via manifestare, & in apricum sistere didicit, absque dubio Solarem substantiam sidereo Soli exquisite respondentem possidebit, & conuenientibus vsibus accommodabit. Imperfecta metalla cum minus compacta sint quam aurum, facilius etiam ipsorum intima viscera profunde occultata eruere, tenebras quibus inuoluta habentur, discutere, & exteriora vestimenta, quibus circumtecta sunt, exuere Philosophi poterunt, quam si thesaurorum in auro reconditorum apertionem & resolutionem molirentur. Tenebras ergo, vitia & mortalitatem imperfectioribus metallis præsertim iis, quæ radici sunt propinquiora, adime, & habebis lucidissimum, ab omni vitio alienum, immortalemque Solem intus & foris tibi lucentem.

IV.

Sol 1. virtute sua spiritus mundiores magnetica sua attractione sibi allicit, quæ non raro meteororum igneorum naturam in superiore aeris regione induunt. 2. sua viuifica dispositione semen mortuum exaltat in proportione decupla, centupla & milleculpa ditius & nobilius quam fuit ante mortem suam. 3. Docemur experien-

tia annuali, quod Solis naturæ lucidæ officium sit subtiliare crassum, & attenuare spiritus & corpora incrassata, & quod mundificet sua præsentia spurcitiem & sorditiem hyemis, exhilaret cælum triste & nubilosum & renouet res quasi mortuas, totumque mundum suo aduentu & accessione nouis & iucundissimis ornet vestimentis. Vide Rudolph. Otreb. Britannum cap. 4. lib. 3. de Resurrectione.

DE LVNA.

(a) *Luna est planeta maior &* (b) *infimus, lucem pro diuerso positu variantem* (c) *ex Sole accipiens* (d) *mensemq; suo per Zodiaci vniuersa signa motu conficiens.*

(*a*) Lunam quasi lucinã Latini dixerunt, quod noctem illuminet. Aristarchus Samius argute videtur dixisse Lunam esse speculum à Sole illustratum, sed maculosum est speculum. Maculæ istæ in Luna sunt, quia partes quædam densiores & impuriores in Luna continentur, quæ lumen à Sole æqualiter recipere non possunt: vt vel hinc maculæ nobis appareant. Maculæ vero istæ in forma hominis videntur, vt inde astrorum influentias & vniuersum hunc mundum propter hominem creatum esse homo intelligat: (*b*) ac proinde terræ & nobis proximus. (*c*) Luna ergo ex Sole recte statuitur oriri: quemadmodum ex costa Adami Eua: vt vel hinc vxor Solis Luna habeatur.

Luna-

Luna& Sole congredientibus producitur ſemen, quo vires Solis & Lunæ continentur, & vtriuſque lucis ſpecies in his inferioribus Elementis in hominis vtilitatem propagari poteſt. (*d*) Menſis eſt menſura ex motu, quem Luna per duodecim Zodiaci ſigna conficit, nata.

Axiomata.

I.

Luna moderatur humores in inferioribus.

Vnde decreſcente Luna in oſſibus medullæ, cerebella in capitibus, & humores in corporibus diminuuntur, & creſcente Luna multiplicantur. Vnde deficiente Luna, omnia compatiuntur, & detrimentum accipiunt. Luna quando eſt in oriente, intumeſcit mare & creſcit ex parte orientali, decreſcit vero ex parte occidentali: & è conuerſo, quando Luna eſt in occaſu, creſcit mare ex parte occidentis, & decreſcit ex parte Orientis. Secundum quod Luna plus vel minus proficit in lumine, ſic plus vel minus in ſuo fluxu ſe extendit vel retrahit ipſum mare. Lacertorum iecur creſcit creſcente Luna, decreſcit decreſcente eadem. Oſtrearum conchyliorumque & concharum omnium corpora augeri & rurſus minui lunari poteſtate ait Plinius cap. 41. lib. 2. vt & Ariſtoteles lib. 4. de generat. anim. Omnes etiam, teſte Franciſco Valeſio, qui de agricultura ſcripſerunt, nullo excepto, decreſcente Luna putari arbores iubent, quod tunc minus humiditate redundent, & ea ipſa de cauſa li-

gna eo tempore decisa minus sentire cariem affirmant. Plin.c.99.hominis sanguinem cum lumine Lunæ augeri vel minui docet.

II.

Luna significat mutationes temporum.

Si enim, vt dicit Beda, Luna in principio rubet, vt aurum, ventos ostendit: Si in summo eius corniculo maculis quibusdam nigrescit, pluuiosum mensis exordium portendit: Si vero nigrescit plenilunium in medio, serenum aerem denotat futurum. Cum in nocturna nauigatione ad remos scintillat, breui tempestas futura erit.

III.

Luna terræ seminibus fæcunditatem singulari priuilegio subministrat.

Est enim Luna humorum plena & de se rorem, quo semina perfunduntur, plene emittit, præsertim tunc temporis, quando Luna lumine suo potenter in hæc inferiora agere potest. Id quod præstat aere sereno, haud pluuioso.

IV.

Luna per mensem suam æstatem facit & hyemem Aristot de generat. anim. lib. 4. c. 2.

Quod idem euidenter confirmatur verbis istis Psal. 120. Per diem Sol non vret te, neq; Luna per noctem. Vrit scilicet per noctem Luna, vt per diem Sol; Cuius est vicaria, lumen ab illo accipiens, vt pro illo præsit nocti, quemadmodum ille diei.

V.

V.

Luna in se vim calefaciendi habet.

Lumen enim & calorem à Sole accipit, non tamen exsiccat propter inopiam & imbecillitatem caloris.

VI.

Luna Solis fœmina est receptaculum influentiarum eius, vt noctu eas in terram demittat. Confer axiom. 2. c. præced.

CAPVT VI.

De Planetis minoribus.

1 *MAiores Planetas habuimus: minores sequuntur.*

2. *Minores planetæ sunt vel heterodromi vel homodromi.*

3. *Heterodromi sunt, qui diuerso motu, imparique tempore sua conficiunt spacia.*

Hic igitur imparis cursus & temporis ratio spectatur, quo absoluunt suas periodos.

Suntque Saturnus, Iupiter & Mars.

5. *Saturnus est planeta heterodromus, omnium supremus, colore plumbeo, triginta annis periodum suam conficiens.*

6. *Iupiter est planeta heterodromus, Saturno proximus, duodecim annorum spatio periodum suam absoluens.*

7. *Mars est planeta Ioui vicinus rutili & flam-*

flammei coloris, duobus annis circulum suum percurrens.

8. Homodromi sunt planetæ, qui simal currentes fere pari tempore suum conficiunt iter.

Hic igitur currentium planetarum fere est par celeritas, cursus, & par tempus.

9. Suntque Venus & Mercurius.

10. Venus est planeta homodromus, fulgore venustissimus, matutino tempore antecedens orientem, vespertino vero subsequens occidentem Solem, cursum suum anni spacio conficiens.

Si Solem antegreditur, Lucifer seu Phosphorus: Si sequitur, Hesperus siue Vesper.

11. Mercurius est planeta homodromus, Venere inferior, parumper albicans, annuo spacio cursum suum absoluens.

PHYSICÆ HERMETICÆ LIBER VII.

DE METEORIS.

CAPUT I.

De meteoris in genere.

1 *STellis expositis ad meteora descendimus.*

2. (a) *Meteora sunt, quæ in aere ex vaporibus generantur, & stellarum virtute in certas formantur species.*

(*a*) Dicitur meteorum, quod supra nos in aere tanquam in sublimi generatur. Proinde iis, quæ sub terra fiunt, nomen meteororum non competit. Et hoc videtur etiam indicare Aristoteles lib. 1. meteorolog. cap. 4. cum ait: πάντα κάτω σελήνης ταῦτα γίνεται. Id est: Omnia hæc meteora infra Lunam, hoc est, in spacio illo, quod à Luna ad terram vsque porrigitur, fiunt.

Axioma.

Axioma.

Meteora & mineralia similis sunt originis.

Vtraque enim è vaporibus oriuntur; illa supra terram, hæc subter terram. Vnde sæpe adeo inter se conueniunt, vt efficacia & operationibus appareant fere eadem. Vt videre est in terræ motu, Sale petræ & sulphure: quorum ille ventorum impetui, hæc vero tonitrui materiæ respondent.

3. Meteora sunt vel realia vel apparentia.

4. Meteora realia sunt, quæ ex realibus vaporibus per se generantur in aere.

5. Meteora realia sunt vel leuia, vel grauia.

6. Meteora leuia sunt vel ignea, vel aerea.

CAPVT II.

DE METEORIS IGNEIS.

SECTIO I.

De Cometa, Face & Igne perpendiculari.

1 IGnea meteora sunt, quæ è sulphureis eleuatis vaporibus generantur, vt sub ignea appareāt forma.

2. Meteororum igneorum sunt 4. classes. Ad primam referuntur Cometa, fax, & ignis perpendicularis.

3. Co-

3. Cometa est meteorum igneum, in superiori aeris regione stellæ imaginem præ se ferens,

Oritur Cometa ex vaporibus siccis, viscosis, copiosis, amplis, arcte compactis, inque supremum aerem euectis, ibidemque inflammatis. Non vero huiusmodi vapores ignei semper ex inferioribus locis sursum in aera eleuantur: sed vel ex cœlestium fluctuum mirabili concursu, vel ex singulari Dei ordinatione supra naturæ cursum in aere nascuntur, vt inde à Deo nobis cometam esse in aere positum in signum iræ suæ aduersus nostra peccata agnoscamus, & ab eo ad pœnitentiam nos moueri patiamur. Barba si quando à Cometa propendet, signaturam gerit ferulę, qua, nisi resipiscamus & ad Dei thronum confugiamus, atque ab eo condonationem peccatorum impetremus, Deus nos puniturus sit. Ferula autem ista triplex plerumque est, pestis, fames, & bellum. Hoc nobis considerandum est, quod historia & communis experientia comprobet, Cometam nunquam apparere, quin multa mala eum sequantur, vt sunt siccitates inusitatæ, immensi ac ardentissimi æstus, ventorum assiduæ agitationes: Vnde postea sterilitas, annonæ caritas, pestis, terræ motus, aquarum inundationes, naufragia, bella, clades, Principum interitus, adeoque mille mala, quæ hinc scintillarum instar suppullulant, & longe lateque in hæc sublunaria se diffundunt. Cometa ex se vel in omnes vel in aliquas partes radios suos spargit, & sic stellam repræsentat.

Mouetur aliquando; aliquando stat immobilis. Mouetur vero vel simpliter ab Oriente in occidentem, vel varie conuersione transuersa motuque erratico in varias cœli partes, id quod fit vel impulsu alicuius sideris Cometæ dominantis, vel vaporum tremulorum, è quibus constat, incerto ductu, vel Spiritus alicuius externa agitatione & promotione.

Axiomata.

I.

Cometa quo longius durat, eo longiores & atrociores pœnas portendit.

Cometa, qui supra Hierosolymam per integrum annum stetit, excidium Hierosolymæ & Israelitici populi significauit.

II.

Quando tempore insueto Iris vna cum Cometa in cœlo conspicitur, mitigari pœnam imminentem docet.

Iris enim est certum signum gratiæ & misericordiæ diuinæ.

4. *Cometarum alius est crinitus, alius barbatus.*

5. *Crinitus est, qui vndiquaque in circuitu radios quosdam tanquam crines ex se emittit. Barbatus est Cometa oblongus & productior, appendicem deorsum instar barbæ latioris vergentem habens.*

6. Fax

9. Fax seu candela accensa est fumus continuus, rarus ac tenuis, & in longum latumque æquè distensus, qui superiore parte accensus instar facis inflammatæ ardet.

7. Ignis perpendicularis est fumus longus, & arctius concretus, qui æquabiliter accensus trabis speciem repræsentat.

SECTIO II.

DE IACVLO, CAPRA SALtante & Stella cadente.

1. Ad secundam meteororum igneorum classem pertinent bolis, capra saltans, & stella cadens.

2. Bolis seu iaculum est ignis in summo aere ardens, sursumque euolans, atque teli ardentis discurrentisque formam referens.

Oritur ex fumo mediocriter longo, crassioribus partibus æqualiter cum subtilioribus permixtis constante.

3. Capra saltans est meteorum igneum, quod motu & scintillatione in morem caprarum saltare videtur.

Eius materiam subministrant & fouent fumi disiuncti in longum magis quam in latum porrecti.

4. Stella cadens est igneum meteorum, quod in superiore aeris regione natum citissima latione in forma ignis primum, & deinceps post ignis disparentiam in forma aquæ molliter coagulata ad terram prolabitur.

Sunt qui excrementum stellarum quarundam esse arbitrantur, ac proinde liquamen stellarum appellitant: Germanice ein Sterngeschoß. Sed cum rationem certam huius assertionis non videam, cum iis facere non possum. Nutriri stellas à cœlo facile concedo: sed cum in intima cœli substantia nihil impuritatis contineatur, etiam stellæ, quando à cœlo nutriuntur & conseruantur, nihil excrementi inde eiiciunt, sed totam portionem cœli, quam in sua penetralia penitus intromittunt, in suam naturam citra impuritatum segregationem conuertunt. Quod vero quidam inueniantur, qui in stellarum liquamine medicinam Hermetis quærant, mirandum est: imperfectum enim corpus est, nec compar eius habetur, quo ad perfectionem deduci queat. Addo quod adeo impurum sit, vt pura quædam medicina inde vix confieri possit. Quod vero dictum Hermetis: *Pater eius est Sol, mater Luna, & ventus portauit in ventre suo*: ad liquamen istud applicetur, iniuria verbis Hermetis infertur. Sol non est pater eius liquaminis: cum nascatur præcipue tum temporis, quando frigus calorem in æstate pluuiosa superare videtur.

A Luna generari liquamen vix dici potest: quia in ea cœli parte generari videtur, vbi Luna non

non est: nec nascitur, quando præcedente die aer sudus fuit. Tum vero maxime, quando aer pluuiosus antea apparuit, & nox serena insequitur. Nobilis quidam strenuus strenue in ea operatus fuit, sed frustra. E vero semine lapis generatur, non ex alieno. Quod perfectionem aliis impertire debet, perfectum ipsum vt sit necesse est. Extra metallicam regnum qui euagatur, vix tincturam metallicam consequetur.

SECTIO III.

DE LANCEA ARDENTE, Dracone volante, & Igne fatuo.

1. *Meteora tertiæ classis sunt lancea ardens, draco volans, & ignis fatuus.*

2. *Lancea ardens est igneum meteorum, quod accensum è medio aere in mare vel terram instar titionis detruditur.*

Oritur ex fumo oblongo bene compacto.

3. *Draco volans est igneum meteorum, draconis volantis imaginem præ se ferens.*

Oritur ex fumo crassiore, nec valde coagulato & compresso, qui in sublime euectus & intensus impulsu frigidæ nubis curuatur & flectitur.

gna eo tempore decisa minus sentire cariem affirmant. Plin.c.99.hominis sanguinem cum lumine Lunæ augeri vel minui docet.

II.

Luna significat mutationes temporum.

Si enim, vt dicit Beda, Luna in principio rubet, vt aurum, ventos ostendit: Si in summo eius corniculo maculis quibusdam nigrescit, pluuiosum mensis exordium portendit: Si vero nigrescit plenilunium in medio, serenum aerem denotat futurum. Cum in nocturna nauigatione ad remos scintillat, breui tempestas futura erit.

III.

Luna terræ seminibus fœcunditatem singulari priuilegio subministrat.

Est enim Luna humorum plena & de se rorem, quo semina perfunduntur, plene emittit, præsertim tunc temporis, quando Luna lumine suo potenter in hæc inferiora agere potest. Id quod præstat aere sereno, haud pluuioso.

IV.

Luna per mensem suam æstatem facit & hyemem Aristot de generat.anim.lib.4.c.2.

Quod idem euidenter confirmatur verbis istis Psal. 120. Per diem Sol non vret te, neq; Luna per noctem. Vrit scilicet per noctem Luna, vt per diem Sol; Cuius est vicaria, lumen ab illo accipiens, vt pro illo præsit nocti, quemadmodum ille diei.

V.

Luna in se vim calefaciendi habet.

Lumen enim & calorem à Sole accipit, non tamen exsiccat propter inopiam & imbecillitatem caloris.

VI.

Luna Solis fœmina est receptaculum influentiarum eius, vt noctu eas in terram demittat. Confer axiom. 2. c. præced.

CAPVT VI.

De Planetis minoribus.

1 *MAiores Planetas habuimus: minores sequuntur.*

2. *Minores planetæ sunt vel heterodromi vel homodromi.*

3. *Heterodromi sunt, qui diuerso motu, imparique tempore sua conficiunt spacia.*

Hic igitur imparis cursus & temporis ratio spectatur, quo absoluunt suas periodos.

Suntq; Saturnus, Iupiter & Mars.

5. *Saturnus est planeta heterodromus, omnium supremus, colore plumbeo, triginta annis periodum suam conficiens.*

6. *Iupiter est planeta heterodromus, Saturno proximus, duodecim annorum spatio periodum suam absoluens.*

7. *Mars est planeta Ioui vicinus rutili & flam-*

flammei coloris, duobus annis circulum suum percurrens.

8. Homodromi sunt planetæ, qui simul currentes fere pari tempore suum conficiunt iter.

Hic igitur currentium planetarum fere est par celeritas, cursus, & par tempus.

9. Suntque Venus & Mercurius.

10. Venus est planeta homodromus, fulgore venustissimus, matutino tempore antecedens orientem, vespertino vero subsequens occidentem Solem, cursum suum anni spacio conficiens.

Si Solem antegreditur, Lucifer seu Phosphorus: Si sequitur, Hesperus siue Vesper.

11. Mercurius est planeta homodromus, Venere inferior, parumper albicans, annuo spacio cursum suum absoluens.

PHYSICÆ HERMETICÆ LIBER VII.

DE METEORIS.

CAPUT I.

De meteoris in genere.

1 *STellis expositis ad meteora descendimus.*

2. (a) Meteora sunt, quæ in aere ex vaporibus generantur, & stellarum virtute in certas formantur species.

(*a*) Dicitur meteorum, quod supra nos in aere tanquam in sublimi generatur. Proinde iis, quæ sub terra fiunt, nomen meteororum non competit. Et hoc videtur etiam indicare Aristoteles lib. 1. meteorolog. cap. 4. cum ait: πάντα κάτω σελήνης ταῦτα γίνεται. Id est: Omnia hæc meteora infra Lunam, hoc est, in spacio illo, quod à Luna ad terram vsque porrigitur, fiunt.

Axioma.

Axioma.

Meteora & mineralia similis sunt originis.

Vtraque enim è vaporibus oriuntur; illa supra terram, hæc subter terram. Vnde sæpe adeo inter se conueniunt, vt efficacia & operationibus appareant fere eadem. Vt videre est in terræ motu, Sale petræ & sulphure: quorum ille ventorum impetui, hæc vero tonitrui materiæ respondent.

3. Meteora sunt vel realia vel apparentia.

4. Meteora realia sunt, quæ ex realibus vaporibus per se generantur in aere.

5. Meteora realia sunt vel leuia, vel grauia.

6. Meteora leuia sunt vel ignea, vel aerea.

CAPVT II.

DE METEORIS IGNEIS.

SECTIO I.

De Cometa, Face & Igne perpendiculari.

1 *IGnea meteora sunt, quæ è sulphureis eleuatis vaporibus generantur, vt sub ignea appareãt forma.*

2. Meteororum igneorum sunt 4. classes. Ad primam referuntur Cometa, fax, & ignis perpendicularis.

3. Co-

3. Cometa est meteorum igneum, in superiori aeris regione stellæ imaginem præ se ferens,

Oritur Cometa ex vaporibus siccis, viscosis, copiosis, amplis, arcte compactis, inque supremum aerem euectis, ibidemque inflammatis. Non vero huiusmodi vapores ignei semper ex inferioribus locis sursum in aera eleuantur: sed vel ex cœlestium fluctuum mirabili concursu, vel ex singulari Dei ordinatione supra naturæ cursum in aere nascuntur, vt inde à Deo nobis cometam esse in aere positum in signum iræ suæ aduersus nostra peccata agnoscamus, & ab eo ad pœnitentiam nos moueri patiamur. Barba si quando à Cometa propendet, signaturam gerit ferulę, qua, nisi resipiscamus & ad Dei thronum confugiamus, atque ab eo condonationem peccatorum impetremus, Deus nos puniturus sit. Ferula autem ista triplex plerumque est, pestis, fames, & bellum. Hoc nobis considerandum est, quod historia & communis experientia comprobet, Cometam nunquam apparere, quin multa mala eum sequantur, vt sunt siccitates inusitatæ, immensi ac ardentissimi æstus, ventorum assiduæ agitationes: Vnde postea sterilitas, annonæ caritas, pestis, terræ motus, aquarum inundationes, naufragia, bella, clades, Principum interitus, adeoque mille mala, quæ hinc scintillarum instar suppullulant, & longe lateque in hæc sublunaria se diffundunt. Cometa ex se vel in omnes vel in aliquas partes radios suos spargit, & sic stellam repræsentat.

Moue-

Mouetur aliquando; aliquando ſtat immobilis. Mouetur vero vel ſimpliter ab Oriente in occidentem, vel varie conuerſione tranſuerſa motuque erratico in varias cœli partes, id quod ſit vel impulſu alicuius ſideris Cometæ dominantis, vel vaporum tremulorum, è quibus conſtat, incerto ductu, vel Spiritus alicuius externa agitatione & promotione.

Axiomata.

I.

Cometa quo longius durat, eo longiores & atrociores pœnas portendit.

Cometa, qui ſupra Hieroſolymam per integrum annum ſtetit, excidium Hieroſolymæ & Iſraelitici populi ſignificauit.

II.

Quando tempore inſueto Iris vna cum Cometa in cælo conſpicitur, mitigari pœnam imminentem docet.

Iris enim eſt certum ſignum gratiæ & miſericordiæ diuinæ.

4. *Cometarum alius eſt crinitus, alius barbatus.*

5. *Crinitus eſt, qui vndiquaque in circuitu radios quoſdam tanquam crines ex ſe emittit. Barbatus eſt Cometa oblongus & productior, appendicem deorſum inſtar barbæ latioris vergentem habens.*

6. Fax

9. *Fax seu candela accensa est fumus continuus, rarus ac tenuis, & in longum latumque æquè distensus, qui superiore parte accensus instar facis inflammatæ ardet.*

7. *Ignis perpendicularis est fumus longus, & arctius concretus, qui æquabiliter accensus trabis speciem repræsentat.*

SECTIO II.

DE IACVLO, CAPRA SALtante & Stella cadente.

1. *Ad secundam meteororum igneorum classem pertinent bolis, capra saltans, & stella cadens.*

2. *Bolis seu iaculum est ignis in summo aere ardens, sursumque euolans, atque teli ardentis discurrentisque formam referens.*

Oritur ex fumo mediocriter longo, crassioribus partibus æqualiter cum subtilioribus permixtis constante.

3. *Capra saltans est meteorum igneum, quod motu & scintillatione in morem caprarum saltare videtur.*

Eius materiam subministrant & fouent fumi disiuncti in longum magis quam in latum porrecti.

non est: nec nascitur, quando præcedente die aer sudus fuit. Tum vero maxime, quando aer pluuiosus antea apparuit, & nox serena insequitur. Nobilis quidam strenuus strenue in ea operatus fuit, sed frustra. E vero semine lapis generatur, non ex alieno. Quod perfectionem aliis impertire debet, perfectum ipsum vt sit necesse est. Extra metallicam regnum qui euagatur, vix tincturam metallicam consequetur.

SECTIO III.

DE LANCEA ARDENTE, Dracone volante, & Igne fatuo.

1. *Meteora tertiæ classis sunt lancea ardens, draco volans, & ignis fatuus.*

2. *Lancea ardens est igneum meteorum, quod accensum è medio aere in mare vel terram instar titionis detruditur.*

Oritur ex fumo oblongo bene compacto.

3. *Draco volans est igneum meteorum, draconis volantis imaginem præ se ferens.*

Oritur ex fumo crassiore, nec valde coagulato & compresso, qui in sublime euectus & intensus impulsu frigidæ nubis curuatur & flectitur.

4. *Ignis fatuus seu erraticus est meteorum igneum, candelæ ardentis huc atque illuc errantis speciem repræsentans.*

Materia eius est fumus crassior & tenacior in imo aere per antiperistasin nocturni frigoris accensus, qui vento agitatus decliuiora loca petit, & viatores à recta via in præcipitia vel aquas plerumque ducere solet.

Meteorum dictum crebrius apparet circa cœmiteria & loca suppliciis nocentium destituta, patibula, & quibus magna militum strages est facta, quod è cadaueribus viscosæ exhalationes prodeant.

In magnis tempestatibus malo aut antennis nauium propter materiæ vnctuositatem insidens conspicitur, tantisper dum materia consumpta fuerit.

Ignis fatuus aliis dicitur Salamandra. Sed Salamandram aliquando sub ea forma apparere non negauerim. Quod si fit, eius consideratio non erit huius loci.

5. *Ignis fatuus est vel vnus & simplex, & vocatur Helena, atque infelix nautis perhibetur: vel duplex, vt Castor & Pollux, & prosperum tranquillumque aerem præsagire creditur.*

SECTIO

SECTIO IV.

DE IGNE LAMBENTE, *fulmine, vt & de adiunctis fulminis, fulgure & tonitru.*

1. Meteora quartæ Classis sunt ignis lambens & fulmen.

2. Ignis lambens est meteorum igneum, quod per aera dispersum aliquando hominum vestimentis, eorumque & equorum capillis sine vlla læsione inhærescit.

Materia eius est fumus rarus, subtilis & tenuis. Hoc meteorum plane prodigiosum sine omni causa Physica esse censent: Affertur tamen à quibusdam hæc ratio, quod oriatur nonnunquam ex sudore animalium præcalidi temperamenti: quæ quando velociori agitatu incalescunt, pinguem viscosumque humorem ex se proferunt, qui postea accenditur.

3. Fulmen est meteorum igneum intra nubem detentum, & ex ea violenter per aerem in terram vsque erumpens.

Materia eius est exhalatio calida & sicca, crassior, magisque viscosa, in nube densa intercepta & conclusa, & per antiperistasin inflammata, atque è nube magno impetu excussa & deorsum decidens.

Annotatio.

Plinius & alij tres faciunt species fulminis, quas Pontanus vno versiculo est complexus:

Scinditque vritque & longo secat aera hiatu.

Prima est eorum fulminum, quæ non vrunt, sed tantum dissipant, scindunt, & discutiunt ea, quæ attingunt, vt cum ligna & lateres disiiciuntur fulmine propter materiæ siccitatem ingentem, qua citissime penetrat, tantamque moram non facit, vt sequatur incendium.

Secunda species est vrentium & velociter penetrantium fulminum: Sunt enim subtilia & ignea magis quam flammea, quibus per angustissimum fuga est, ob sinceram & puram flammæ subtilitatem: Vnde ea quæ resistunt, adurunt, accenduntque, non aliter ac sulphureæ candelæ solent res admotas accendere.

Tertia species est illius fulminis, quod manifesta ardoris & ignis signa imprimit, res scilicet, quas contingit, infuscando & denigrando scilicet ob materiam paulo crassiorem & viscosiorem: Vnde pertinacius rebus, quas contingit, adhærescendo relinquit ignium vestigia expressa, qualia inhærent percussis. Hoc fulmen minus est noxium quam reliqua, quia Spiritus eius minus habet subtilitatis & qualitatis venenatæ. Vide Dn. Rod. Goclenij Medicinæ Doct. Professoris, & amici singularis Scholia in 2. libr. Plinij p. 329.

4. *Adiuncta fulminis sunt fulgur & tonitru.*

5. Ful-

5. *Fulgur est flammæ micatio ab exhalationibus accensis & è nube erumpentibus exorta.*

6. *Tonitru est sonus vehementissimus in aere excitatus, quando aqua crassa nubis subito cum igne coniungitur.*

Habemus ante oculos exemplum. Dum in calidam fornacem aquam frigidam effundimus, tonitrua excitantur. Drebelius tonitru & fulguris generationem doctissime hunc in modum describit, cap. 7. de nat. Element. Wenn es donnert vnnd blitzet / so ist die Lufft trucken / subtiel vnnd sehr warm / vnnd das Wasser das durch die wärme der Sonnen aufffsteiget / wirdt verändert in Gestalt der Lufft/vnnd schwebet in der Höhe vber der reflexion der Erden / vnnd wirdt durch die kälte wider vergrobet / vnnd zusammen getrungen / vnnd wider in Wasser verändert: Darumb sincket es wie ein Nebel / vnnd wirdt durch die kalte Lufft getrieben in die subtile / truckne vnnd warme Lufft/ welche denn die grobe vnnd dicke Wolcken geschwind durchziehet/ entschleußt/ subtiel vnnd dünne macht / vnnd verändert sie wider in Natur der Lufft: Darumb ihr Form im Augenblick viel hundertmal vergrössert wirdt. Daraus folget die grewliche Bewegung / welche mit bresten vnnd krachen die Lufft anzündet vnnd bewegt / biß da eine gleichheit ist in der Grösse vnnd Dicke/darnach ist ruhe. Gleich wie wir sehen / wenn der Salpeter gebrochen wirdt durch das Fewer / vnnd

verändert in die Natur der Lufft. Item wenn wir ein nasses Tuch auff ein heiß Eissen oder geschmolzen Bley schleüdern / so krachet die Feuchte durch die entbindung oder vergrössung der Hitz / vnnd brist gleich dem Donner. Item wir sehen an einem Feuwergezeug durch das geschwinde brechen deß Steines die Vrsach der brennenden Klarheit / &c. Aber wenn vberbliebene Wolcken die örter / welche durch den Donner oder entbundene Wolcken vergrobet vnnd verkület fürvber geführet / kommen sie wider in die subtile vnnd warme Lufft / welcher in die höhe steiget / vnnd sie durch dringet / dünn macht / vnnd in Natur deß Luffts verändert : Darumb hören wir vnterschiedliche Schläge / welche stetig währen an allen orten / welche durch die wärme der Sonnen so sehr dünn gemacht waren / vnnd die darnach wider getemperiret / vnnd erkühlet seyn.

Id est, cum tonat & fulgurat, aer siccus est subtilis & valde calidus, & aqua calore Solis ascendens in aerem mutatur, & vagatur in alto super reflexione à terra, vbi à frigore cogitur & crassescit, iterumque in aquam redit. Ideo descendit instar nebulæ, & frigidi aeris vi in subtilem, siccum, feruentemque depellitur, qui crassas nubes celeriter peruadit, disgregat, attenuatque, & in aerem conuertit. Ideo forma earum vno momento plus centies extenditur : vnde commotiones vehementissimæ existunt, quæ fragoribus & crepitibus aerem incendunt & agitant, vsque

dum

dum vbique eadem appareat raritas & densitas. Deinde est quies. Argumento halinitri, cum igne resoluitur, & in aerem transmutatur: aut madefactus pannus cum in candefactum ferrum aut eliquatum feruensque plumbum coniicitur: vnde strepitus & fragor exoritur igne repente resoluente aqueum humorem. Est & documentum in silice, qui ad chalybem celeriter frangit & rarefacit aerem comprehensum, & lucidum ardorem producit. Verum quando residuæ nubes loca, quæ per tonitru antecedens seu resolutas nubes inspissata & refrigerata sunt, prætereuehuntur, incidunt denuo in aerem subtilem & calidum, qui sursum fertur penetratque istas nubes, & attenuatas in aerem transmutat, diuersa tonitrua audimus, semper durantia in omnibus locis calore Solis valde disgregatis, moxque iterum temperatis & frigefactis.

CAPVT II.

De Meteoris Aëreis.

1. *Meteororum igneorum explicationem proxime sequitur explicatio meteororum aereorum.*

2. *Aerea meteora sunt, quæ proxime ad aeris naturam accedunt, ijsque magnam agitationem important, ita vt facile in eundem resoluantur.*

3. Suntq; nihil aliud quam venti.

4. Ventus est meteorum flatuosum, aerem agitans & commouens.

Generantur venti in hunc modum: Solis & aliorum siderũ attractu & inprimis peculiari quorundam astrorum influxu multi halitus confertim in sublime elati ad mediam aeris regionem tendunt, inde ab aere illo frigido & denso protrusi, refracto & dissultanti impetu resiliunt, & quia pulsu deorsum aguntur, & ob insitam leuitatem ad superiora contendunt, dum neutra pars vincit, quasi partita contentione, neque sursum, neque deorsum, sed oblique fluunt.

Axiomata.

I.

Venti induunt diuersas naturas propter regiones diuersas, è quibus ad nos spirant.

Etenim Septentrionales venti frigidi sunt, quia perflant loca niuosa. Australes autem calidi & humidi, quia perflant maria & terram humidam & calida loca, per zonam nimirum torridam.

II.

Venti, qui cum Sole oriuntur, paulatim inualescunt & fiunt vehementissimi meridie, à meridie vero mitigantur & desinunt circa Solis occasum: Qui vero venti Sole occidente incipiunt, media nocte sunt sæuissimi, mane vero cessant.

5. Ventus

5. Ventus est regularis vel erraticus.

6. Regularis est qui ex certa & definita mundi regione oritur.

7. Regularis est, vel indefinitus, vel status.

8. Indefinitus est, qui non spirat ad certum temporis terminum.

9. Estq; vel Cardinalis, vel collateralis.

10. Ventus Cardinalis est, qui ex aliquo quatuor cardinum mundi spirat.

Atque est vel Subsolanus, qui ab ortu Æquinoctiali: vel Zephyrus, seu Fauonius, qui ab occasu Æquinoctiali, vel Auster, qui à meridie, vel denique Aquilo, qui à Septentrione spirat. Subsolanus moderatæ, calidæ & siccæ naturæ est, ac proinde saluberrimus: Est enim valde efficax ad halitus temperandos & purificandos. Zephyri natura est humidior & frigidior, atque idcirco pronior ad ciendas nubes & tempestates. Auster calidus est & humidus, atq; idcirco tempestuosus & morbosus. Aquilo est frigidus & siccus.

11. Collaterales venti sunt, qui Cardinalibus ad latera adiunguntur, & sunt numero octo: quippe singulis Cardinalibus bini collaterales adiunguntur.

Subsolano ab ortu æstiuo additur ad latus Cæcias, seu, vt alias vocatur, Hellespontius: ab ortu vero hyberno Eurus. Fauonio seu Zephyro ab occasu æstiuo adhæret Caurus siue Corus: ab occasu ve-

su vero hyberno Africus. Aquiloni adiungitur versus ortum Boreas, NordOst / versus occasum NordWest. Auster versus ortum habet Euronotum, SudOst/versus occasum Libonatum SudWest.

12. Status ventus est, qui certis & statis anni temporibus spirat.

Vnde & anniuersarius dicitur, quod singulis annis ad idem tempus redeat.

13. Stati venti sunt Etesiæ & Ornithiæ seu Chelidoniæ.

14. Etesiæ sunt venti Aquilonares, qui circiter caniculæ ortum quadraginta dies perflant, & intensissimum Sirij ardorem suauissimo suo flatu mirifice mitigant & leniunt.

15. Ornithiæ seu Chelidoniæ sunt venti Septētrionales, qui verno tempore circiter hirundinum aduentum nouem diebus, vel vt Columella vult, triginta spirant.

16. Erratici venti sunt, qui non ex certa mundi plaga oriuntur, sed vspiam oberrare videntur.

17. Tales sunt Exhydrias, Ecnephias & turbo.

Exhydrias est ventus vehementissimus & impetuosissimus, qui è nube impulsa erumpēs cum imbribus vel grandinibus grassatur & omnia prosternit. Ecnephias est ventus repentinus & vehemens, qui è multis spirationibus densis & confertim aceruatis collectus & è nube violenter com-

compressa, lateque fracta exortus magno impetu deorsum fertur. Turbo est ventus repentinus, qui è fracta nube erumpens & in gyrum contortus obuia quæque corripit, sursum attollit, & instar rotæ versat,

Capvt IV.

De Meteoris Aqueis.

1. Sic fuere meteora leuia: Meteora grauia sunt, vel aquea, vel terrea.

2. Aquea sunt, in quibus aqua Elementum præpollet.

3. Aquea meteora sunt, vel liquida, vel concreta.

4. Liquida meteora sunt, quæ aquam externa & interna forma repræsentant: vt Nubes, Pluuia, & Ros.

5. Nubes est meteorum liquidum, quod in aeris media regione fertur: vbi sæpe in pluuiam, sæpe in ventum resoluitur.

6. Pluuia est aqua ex resolutione nubis orta, eq; sublimi in hac inferiora decidens, vt fœcunditatem terræ impertiat, atq; incrementum fructibus afferat.

Hoc sane hoc in loco ponderandum est, quod pluuiæ insit summa vis à superis astris, præcipue à Solis calore: halitus, qui est materia remota pluuiæ, ex

uiæ, ex inferioribus Elementis in mediam aeris regionem euehitur: vbi post diutius concoquitur & digeritur ab eodem calore, ac proinde spiritu Vniuersi qui in Sole potenter habitat, impregnatur, vt vel inde omnibus, quæ in hisce inferioribus Elementis aqueo nutrimento ad sui conseruationem & generationem indigent, vigor & noua quasi vita accedat. Videtis æstiuo tempore, quo nimius æstus Solis per multos dies inferiora hæc corpora torquet, herbas marcescere, flores flaccescere, folia arborum fere exarescere, atque vigore priuari: Contra vero reaffluentibus pluuiis continuo ad virorem pristinum reduci, & quasi summa affici lætitia. Hæc lætitia pluuiæ est in spiritu, qui aquam actuat, vt sit fœcunda, atque omnes actiones corporum inferiorum promoueat. Iohannes Wolffgangus Dienheim pluuiam medicinæ vniuersalis materiam facit, atque ad eam tabulam Hermetis Smaragdinam accommodat. Num bene, iudicent Philosophi. Ego sane serio statuo, in pluuia præstantissimas contineri medicinas, & non multum abesse à veritate eos, qui vniuersalem quandam medicinam in pluuiæ intimis recessibus latitare, atque ex ea elici arbitrantur, quando genuino semini instar roris pluuia adspergitur, & id, quod in vniuersali semine latet, ad naturalis generationis modum eruitur, vt ex eo pluuia perficiatur, superfluaque humiditate exuatur.

7. *Ros est aqua guttatim mane adhærens plantarum floribus & foliis beneficio Lunæ.*

Gigni-

Gignitur sereno tempore: quo à calore Solis vapor aqueus ex inferioribus Elementis eleuatur, & non tantum à Sole ipso, sed etiam à Luna, cæterisque vniuersis astris, noctu influentiis singularibus, mediante coctione, actuatur: vt ita vires superiorum & inferiorum in se contineat. Processus ergo generationis hic est: Tempestate serena Sol vi caloris sui ex inferioribus Elementis eleuat vapores aqueos: hos per diem eodem calore coquit: à Sole coctos halitus Luna excipit, & sua insita virtute impregnat. Tandem frigore vapores aquei condensantur, & ad inferiora Elementa demittuntur: vbi quidam à corporibus nimium siccis deuorantur: quidam vero sub formis guttarum ad folia, flores, & gramen adhærescunt. Si sane alicui corpori ea, quæ in Hermetis tabula docentur, accommodari possunt, rori possunt. Roris enim Pater Sol est: dum interdiu, tempestate silente, calore suo ex inferiori globo aqueos vapores euehit, atque suo natiuo calore in aere amplius coquit, influentiisque præstantibus induit: influentiæ vero cum in aqua firmiter hærere & perstare non possint, in terra roris figuntur, ab eaque constantissime suscipiuntur, vt in ea essentiam & virtutes Solis merito obtinere possis, si dextre & Philosophice eam terram tractaueris & solueris. Mater roris Luna est: quia ipsa lucente vapores aquei Solis influentiis referti amplius virtutibus Lunę ditantur, & frigore nocturno in guttulas co-

las coeunt, quæ ad gramina flores & folia adhærescunt: Ventus, qui aer, rorem in ventre suo portat: A terra ad cœlum ascendit specie vaporum: iterumque cœlo ad terram descendit, vt vires superiorum & inferiorum in se recipiat. Præterea cum omnibus regnis, minerali, vegetabili, & animali commercium habet, atque ea singulari virtute refocillare potest; Cum omnibus vegetabilibus vigorem & virorem inducat, animaliumque omnium vitales spiritus per respirationem insensibiliter instauret, iure medicina vniuersalis ex rore conficitur. Ego in rore vidi salia diuersa, spiritum dulcissimum, & oleum subtilissimum & fragrantissimum, quod solo odore suo labascẽtem hominem mirabiliter erigere potest. Est tamen & aliud subiectum, è quo propinquius medicina Sapientum antiquorum præparari & confici potest. Naturæ potestas & conformitas tibi probe consideranda est. Meo iudicio viam in hisce meis physicis libris apertiorem & ordinatiorem scripsi, quam omnes alii, qui ante me de Sapientum mysterio scripserunt. Si ego & tu, amantissime Doctrinæ fili, ex hac via Sapientiæ Hermeticæ mysterio potiri possemus, merito in genua prolaberemur, & Deo ageremus gratias.

8. Meteora concreta sunt nix, grando, pruina, & nebula.

9. Nix est meteorum concretum, quod à stellis niualibus ex vaporibus sursum eleuatis in molles floccos

floccos frigore conuertitur, & ad inferiora demittitur.

10. *Grando est meteorum concretum, quod à propriis stellis ex vaporib. aqueis in globulos paululum niue compactiores formatur, & aliquando magnitudine pisorũ superantur, aliquando superant, aliquando æquantur.*

11. *Pruina est meteorum concretum, quod vi vehementis frigoris ex vaporibus aqueis prope terram oritur, atque in forma granorum salis ad superficiem terræ & eorum, quæ terræ adnascuntur, adhæret.*

12. *Nebula est vapor densus in infimo aere oriente potissimum vel occidente Sole excitatus, frigoreque paulatim condensatus, & aerem proximum obscurans.*

Hæc si rarior fuerit, & calore Solis orientis, vel absumitur, vel in terram reprimitur, serenitatem diei promittit: Sin densior fuerit, & sursum attollatur, pluuiam fere denotat.

CAPVT V.

De Meteoris Terreis.

1. M*Eteora aquea ita declarauimus: Terrea meteora sunt, quæ ex siccis & terreis elematis vaporibus enata sunt.*

Huc referuntur lapides fulminei, qui nunc cunei, nunc globi, nunc pyramidis forma ex nubibus erumpunt.

2. *Terrea meteora generantur, quando terrei vapores cum aqua eleuantur, superiorum igne coquuntur, & in compactam naturam abeunt, vt inde lapides, vel alia eius generis meteora fiant.*

CAPVT VI.

De Meteoris Apparentibus.

1. *Meteora realia hucusq; fuerunt: apparentia sequuntur.*

2. *Apparentia meteora sunt, quæ ex eleuatis vaporibus per se in aere generantur, magnaque ex parte non sunt, quod esse videntur.*

3. *Apparentium meteororum sunt tres Classes.*

4. *Apparentia meteora primæ classis sunt Iris, chasma, & colores nubium.*

5. *Iris est arcus varicolor in nube rorida, opaca & concaua, ex radiorum Solis oppositi reflexione apparens oculis spectantium.*

Si enim nubes in guttas resolui incipit, radii in eas, ceu in specula incidentes, refractione sua circularem figuram eiusmodi efficiunt. Arcus autem siue semicirculus tantum fit, quia iris generatur in loco opposito Soli, qui tempore apparitionis aut est in

est in Horizonte, aut supra Horizontem, vt de lumine eius illud tantum videatur, quod secũdum angulos æquales ad vnum punctum axis pyramidis radialis reflexum est. Et maior est Iris, quo propinquior Sol fuerit Horizonti. Si plures videantur Irides, posteriores fiunt ex resplendescentia prioris, ideoque sunt obscuriores. Colores proinde Iridis sunt puniceus, viridis, cœruleus & igneus, seu flauus. Oriuntur mistione splendoris Solis, & opacitate obiectæ nubis. Puniceus in extremitate arcus apparet, quia lumen in nube densiore, ideoque nigricante refractum debilius est: Eiusmodi enim lumini debiliori vaporis nigredo admixta puniceum colorem efficit. Viridis oritur, quando lumen Solis nigredini vaporis exactius permiscetur, & pluribus vmbris, minusque etiam & sub maiore angulo reflectitur. Cæruleus apparet, qui ex vaporis multitudine & pluribus vmbris miscetur, præsertim ob debilem visus nostri aciem, qui id quod in nube atrum est, cœruleum iudicat. Flauus oriri videtur è collatione punicei & viridis siue porracei.

6. Chasma est meteorum apparens speciem exhibens aperientis se & dehiscentis cæli.

Generatur quando exhalatio densa & viscosa, serena nocte ad summam aeris oram euecta in extremis partibus, quæ rariores sunt, inflammatur, mediis vero densioribus non accensis: tum enim propter album illum & luminosum partium extremarum & nigrum seu cœruleum

medii colorem cauitas quædam apparet, vt cœlũ quasi discedere videatur. Hæc cauitas si magna atque ampla fuerit, Græce φάσμα, Latinis hiatus dicitur, si minor, fouea appellatur.

7. Colores nubium præcipue quatuor numerantur: color (a) *albus,* (b) *niger,* (c) *rubeus &* (d) *viridis.*

(*a*) Albus generatur, quando in nubem rariorem & ex vapore subtiliore parumque condensato constantem lux luminarium cœlestium incidit, eamque penetrat, & in totum eius corpus æquabiliter diffunditur. (*b*) Niger color in nube ex densa & crassa materia constante parumque luminis recipiente producitur. (*c*) Rubeus fit, cum nubes in se habẽt humidum, fumosum, terrestri adusto commixtum, in quod incidens Solis radius non penetrat, sed repercussus duplicatur, rubeumque colorem efficit. (*d*) Viridis color fit, cum nubes est aquosa & rorida, ac stillare iam incipit, recepto lumine: Quod enim aqueæ est iniectum materiæ, viridem colorem efficit.

8. Meteora apparentia secundæ classis sunt halo & virga.

9. Halo (Seneca area, Plinio corona) est circulus albicans in extremis circumposito nigro, qui Solẽ, Lunam, aut aliam stellam maiorem ambire videatur.

Generatur si multa exhalatio vel nubes æquabili densitate in orbem sparsa sub Sole aliove sidere constituta sit, ita vt radius corporis luminosi pro-

ſi propter nubis denſitatem recta progredi nequeat, ſed deſiliat, ac per omnes extremitates diffundatur, & ita aream quandam rotundam efficiat. Etſi autem videatur halo proxime ambire Solem, aut Lunam, tamen infra mediam regionem aeris generatur ex diametro & perpendiculariter, vel directe ſub Sole aut Luna, alioue ſidere. Verum viſus imbecillitate ſua deceptus ſic falſo iudicat coronam eam eſſe proxime Solem aut Lunam. Sub qua tamen multo ſæpius videtur halo, quam ſub Sole. Nam hic calore ſuo adurente facilius abſumit iſtos vapores, vt euaneſcant, quam Lunæ lumen.

10. Virgæ (alias Columellæ & funes tentorij) ſunt lineæ rectæ, quas Solis radij directe in nubem aquoſam, diſſimiliter tamen raram incidentes & refracti efficiunt.

Generantur, quando ad Solis latera, mediocri tamen interuallo, nubes inæquali concretione, alias videlicet partes denſiores habens, alias rariores, radiis ſolaribus penetratur, & ob diuerſitatem partiũ variis imbuitur coloribus: qui quoniam ad nubis cauitatem ſeſe accommodantes, perpendiculariter verſus terræ ſuperficiem protenduntur, & ita virgarum ſpeciem exhibent, matutino & veſpertino tempore vt plurimum apparent, & ſemper pluuiarum ſunt ſigna.

11. Meteora apparentia tertiæ claſſis ſunt Parelius & Paraſelene.

12. Parelius est imago & idolum Solis, in nube rorida & splendida expressa, quando humidum subtile inter visum nostrum & Solem concurrit in vnum corpus rotundæ nubis æqualis & pariter dispositæ, ex aduerso Solis sitæ, à qua refringuntur radij solares tanquam à speculo ad oculum & effigiem Solis efficiunt.

Sic quando duo vel tres soles apparent, vnus est Sol verus: reliqui sunt parelii.

13. Paraselene est imago Lunæ, quæ ex refractione radiorum lunarium in nube leui & humida repræsentatur.

Conspicitur hoc idolum potissimum, quando Luna est plena, & splendore excellit.

HER-

HERMETICÆ PHYSICÆ

LIBER VIII.

DE MINERALIBUS.

Caput I.

De Elementatis Inferioribus & Mineralibus in genere.

1. *Elementatis superioribus expositis, ad inferiorum expositionem accedimus.*

2. Inferiora ergo Elementata sunt, quæ in aqua & terra, dum generantur, sustentantur.

Dico dum generantur; Quia inferiora Elemētata, postquam generata sunt, etiam sæpe in aere ad tempus sustentari solent, & tamen ea de caussa ad superiora Elementata reduci non debent, quia dum generantur, in aere sine inferiorum Elementorum sustentatione non generantur.

3. Inferiora Elementata sub triplici militāt regno, nimirū sub minerali, vegetabili & animali.

4. Inferiora ergo Elementata sunt aut mineralia, aut vegetabilia, aut animalia.

Axiomata.

I.

Quodlibet trium regnorum absque ingressu extraneo in semetipso stat & multiplicatur. Sendiu. de Sulph. p. 82.

Omne enim nascens vel crescens in sua specie multiplicatur. Arnoldus semitæ semitæ p. 438. Homo ergo hominem generat & multiplicat, planta plantam, & metallum metallum. Errant ergo omnes ii, qui metalli summi multiplicationem quærunt in rebus non metallicis. Regnum metallicum tam sibi sufficit, quam cætera regna in specierum propagatione. Vnde Sendiu. tract. 4. de lapid. Phil. ait: ibi esse arti incipiendum, vbi natura desinat, in metallicis videlicet coram oculis nostris perfectis corporibus.

I I.

Quodlibet trium regnorum conuenienti aquæ facile virtutes suas imprimit & impertit, quando in ea digeritur & coquitur.

Carnes quando in aqua fluuiali coquuntur, aqua illa vires & virtutes carnium in se recipit: vnde iuscula sæpissime pro carnium suauium ratione suauia & iucunda à coquis præparantur. Herbæ, quando in aqua pluuiali & fontana debite digeruntur & coquuntur, vires suas isti aquæ communicant, vt videre est in decoctis, quæ à Pharmacopœis ex medicorum præscripto conficiũtur, vt & in extractis, quæ à Chymicis ingeniose & naturæ conuenienter parantur, Simili modo

aurum,

aurum, quando in aqua metallica Philosophice digeritur & coquitur, argento viuo suas virtutes insinuat, atque illud in præstantissimam commutat medicinam. Argentum viuum, ait Bernhard. Treuir. in Epist. ad Thomam de Bononia, est omnium metallorum materia, & est veluti aqua, propter (a) homogeneitatem, quam habet cum vegetabilibus & animalibus, & recipit virtutem eorum, quæ sibi in decoctione adhærent & commiscentur: Quod cum sit frigidissimum, potest reddi calidissimum breui tempore: & eodem modo temperatum potest fieri cum temperatis subtilissimo artis ingenio. Nullum autem metallorum melius ipsi adhæret, quam aurum, quia, vt quidam opinantur, aurum non est aliud quam argentum viuum coagulatum vi sulphuris. Quod si ergo aurum in argento viuo decoquatur, seu dissoluatur debite & via naturali artis, ipsum argentum viuum naturales proprietates illius auri acquiret. Mercurius ergo, ait Arnold. lib. 1. Rosar. capit. 10. cum sit de sua natura conuersiuus, fit vnumquodque metallum cum singulis planetis, quos amplectitur. Si iungatur cum plumbo, plumbum erit: si cum ferro, ferrum erit: & si cum aliis corporibus, consimilis erit eis. Si autem cum istis duobus radiis (auro & argento) iungatur, fit elixir perfectum. Argentum viuum vulgi hic ne intellige, sed Philosophorum.

(a) *analogiam*

III.

Quodlibet trium regnorum vitales Spiritus corporibus sui generis impertit.

Id est; Natura singulis regnis appropriata cuilibet corpori sub suo regno vitales infundit Spiritus: vnde fit vt non tantum vegetabilia, & animalia vitalibus Spiritibus abundent, sed etiam mineralia, & sub iis metalla iis ditata sint & referta. Quod vero hæc viuere non videantur, illud fit ex eo, quia vitales metallorum Spiritus firmissimis carcerib. constringuntur & impediuntur, ne vires suas manifesto excercere queant. Placet huc in assertionis meæ cõfirmationẽ vere Philosophicos & nectaris plenos versus Aurelij Augurelli de vita metallorum & aliorum corporũ adscribere, quos lib. 1. Chrysopoeiæ habet, vbi sic canit:

Quæcunque feruntur
Viuere, de propriis vel semina stirpibus edunt.
Vt fœcunda Ceres, vt germen fertile Bacchi:
Vel sibi consimiles natos animantia gignunt;
Vt bellator equus, bos vt bene iunctus aratro:
Vtque hominum proles mira & cœlestis origo.
Hæc inter variant, quæ nec primordia rerum
Extant, quæque frui vitali sorte negantur:
Vt media quæcunque sedent tellure metalla,
Quique latent miro grati fulgore lapilli:
Nullo namque genus sobolemue augere putantur
Semine, sed cunctos æui torpere per annos.
Verum etiam hæc ipsa secreto viuere quiuis
Sentiat, & vita diuino munere fungi.

Hæc &

Hæc & oriri eadem si contemplabitur, & si
Augeri ex sese penitusque increscere cernet,
Vt mox è variis patefactis nosse licebit.
Quod si non sobolem educunt, non cætera vertunt
In semet, causa est, quod multa spiritus illic
Materie abstrusus, vitam qui porrigit omnem,
Explicat ægre ex se vires, ni viuida promat
Has hominum virtus densa sub mole latentes.
Hoc etenim quicquid diffunditur vndique cœli,
Aeraque, & terras, & lati marmoris æquor
Intus agi referunt anima, qua viuere mundi
Cuncta putant, ipsumque hac mundum ducere vitam:
Ast animæ quoniam nil non est corporis expers,
Mundus at, & mundi partes quoque corpore constant.
Spiritus hac inter medius fit, quem neque corpus
Aut animam dicas, sed eum qui solus vtroque
Participans in idem simul hæc extrema reducat.
Hic igitur maria, ac terras, atque aera, & ignem
Viuereq; augeriq; atque in se cuncta referre
Semper auet, semper stirpes, animantia semper
Gignere, perpetuamque sequi per secula prolem.
Denique sic etiam fuluo detentus in auro
Ipse manum capit artificis, qui vincula soluat,
Et qui se propria reddat virtute potentem.
Quod si quis properans hunc artis viribus vnquam
Explicet, atque diu tepido post incoquat igni.
Continuo aspicies (visu mirabile) vitam
Auro impertiri, longo cum seminis vsu:
Nec deerit, quin ex auro sibi procreet aurum.
Quod tum ita constiterit, durate & credite dictis
Intenti artifices, & res sperate secundas.

5. Mine-

5. Mineralia ſunt corpora, quæ à ſulphure aqua inſito ex terra & aqua in ſinu terræ generantur.

Mihi hæc ſcribenti in mentem venit, quod ſinceriores Philoſophi, qui plus in receſſu habent, quam vulgaribus Philoſophis videri poſſet, ad mineralium, præſertim vero metallorum generationem ex aqua veræ Sophiæ ſtudioſos adhortari & adducere fideliter annitantur. Et id non ſine cauſa faciunt: aqua enim eſt ipſa vera materia, è qua tam metalla, quam vniuerſalis aliqua medicina originem ſuam trahunt. In aqua eſt ſemen verum omnium mineralium: Quod quidem ſub initium non videtur: ſed tamen vbi aduentante calore concoquitur, accipit corpus, & fit metallum, vel Lapis, vel Sal, vel Sulphur, vel aliquid aliud. Hoc notabis, in aqua eſſe duas ſubſtantias, quæ in generatione cuiuſque rei ſunt conſiderandæ: Vna eſt terra impura, & quaſi innati & per totum aquæ corpus inſenſibiliter perfuſi Sulphuris impedimentum & tegumentum, quo ipſius Sulphuris actio in aquam obtunditur & reprimitur: Altera eſt ipſum Sulphur, quod eſt medium certiſſimum & præſtantiſſimum, quo pura aqua coagulari & in mediam conuerti poteſt naturam. Hoc Sulphur, quando terram quandam pinguem offendit, ſe ei immiſcet, & creat metallum: quando vero terram non pinguem attingit, & in eam ſuas operationes exercet, creat lapides, & vnumquodque genus præparat ſecundum terræ ipſius puritatem

vel

vel impuritatem. Quo purior terra fuerit, eo purius & perfectius metallum, pretiosiorque lapis producitur. Illud innatum aquæ Sulphur adeo præstantis est naturæ, vt si perfecte illud nosses, nunquam Deo ter Opt. Max. agere gratias desineres, atque tibi tantum beneficium diuinitus concessum tanquam thesaurum incomparabilem custodires, ne in maleuolorum manus peruenire posset. O sancta & admirabilis Natura, quæ filios doctrinæ errare non permittis.

6. Mineralia sunt vel extremæ, vel mediæ naturæ.

7. Mineralia extremæ naturæ sunt vel metalla vel lapides.

CAPVT II.

De metallis in genere: De argento viuo & Sulphure metallico.

1 *Metalla sunt mineralia corpora extremæ naturæ, tincturam in argento viuo per Sulphur proprium ab externo motu excitatum coagulato subsistentem, & exinde instar floris protusam habentia, atque ita ad ignem mollescentia, vt fundi & malleo tractari possint.*

Metallum secundum Plinium lib. 33. capit. 6. inde dicitur, quod vna metalli vena proxim ea-liam

liam inuenitur, & vna post aliam se offert. Quia vero doctrina metallica arcanorum præstantissimorum compages & arca est, eo diligentius in metalla nobis inquirendum. Metalla ideo videntur in interiora terræ viscera tam profunde esse demersa & abdita, vt diligentiore cura indagarentur, labore maiore eruerentur, & vsibus humanis accommodarentur: præsertim vero aurum: in hoc enim producendo vt natura subterranea quasi summum apicem suæ perfectionis ostendit; ita in eodem conquirendo appetitus humanus omnes neruos intendit, ingenium corpusque excercet, ne frustra generatum æstimetur, nec segniter in cunabulis suis delitescat. Vide Mich. Maier. capit. 1. libr. de circulo physic. quadrato.

Axiomata.

I.

Vnum metallum reliqua distincta in se spiritualiter concludit.

Omnia ergo imperfecta metalla intus sunt aurum & argentum. Confer Paracelsicos Canones libri vexationum.

II.

Vnumquodque metallum propriam suam habet mineram.

Minera est metalli locus, in quo hoc ipsum proprias & genuinas suas sedes possidet, donec pro suo gradu & indigentia perfectæ suæ integritatis culmen attingat, & exactæ suæ concoctionis

nis sibi debitæ maturam perfectionem adipiscatur & obtineat. Minder. de Calcantho c.1.

III.

Omnia metalla ex vna radice proueniunt.

Nimirum ex argento viuo, vt paulo post audies: Sic & Philosophorum lapis ex vna radice oritur. Ars enim Sophorum naturam imitatur. Vnde Treuisanus: Opus nostrum fit ex vna radice, sed ex duabus substantiis mercurialibus, & cæt.

2. Hic 1. metallorum materia, 2. generatio, & conseruatio eorum, & 3. differentia consideranda est.

3. (a) *Materia metallorum est subiectum,* (b) *in quod semen metallicum ad producendum metallum proiicitur, & est argentum viuum Sulphure & Sale naturæ impragnatum.*

(*a*) Vnde argentum viuum etiam est prima materia Alchymistarum in generandis metallis. Paracels. tract. 1. de mineral. pagin. 137. Materia prima metallorum, ait Albertus lib. de miner. simplic. est humiditas viscosa incombustibilis, forti mixtione cum subtili terreo coniuncta in cauernis terræ mineralibus. Argentum ergo viuum, definiente Gebro, est humiditas viscosa per auxilium terrestris suæ partis compositionem intrantis condensata: seu, eodem dicente, est aqua viscosa in visceribus terræ generata, substantiæ subtilis, terreæ, per calorem temperantissimum vnita totali vnione per minima,

ma, quousque humidum temperetur à sicco, & siccum ab humido, æqualiter: Imo fugit superficiem planam de facili, propter suam humiditatem aqueam: non autem adhæret, licet viscosam habeat humiditatem, propter siccitatem illius, quæ illam temperat, & non adhærere permittit. Est enim amicabile & placabile metallis, & est medium coniungendi tincturas, & sine ipso nullum metallum deaurari potest, & non submergitur aliquod metallum in argento viuo nisi Sol. Ex quo maximum elicies secretum: figitur etiam & est tinctura rubedinis, & exuberantissimæ reflexionis & fulgidi splendoris, & non recedit à commixto: commiscetur cum auro & figitur per ipsum maximo ingenio, quod nõ peruenit ad artificem duræ ceruicis. (*b*) Itaque est veluti terra, in quam semen aliquod seritur. Errant ergo quicunque opinantur, argentum viuum esse semen metallorum. So wenig als ein Kraut / ait ille Philosophus, qui autor est apertæ arcæ arcani artificiosissimi, pagin. 203. auß der Lufft kan wachsen ohn ein Erden: so wenig ein Metall auß der Erden / oder auß dem gemeinen argento viuo, wenn man gleich gantze Wägen voll seet.

4. (a) ***Argentum viuum est liquor metallicus spirituosus, frigidus,*** (b) ***humidus, albus in manifesto, calidus,*** (c) ***siccus, citrinus, rubeus in occulto, nihil nisi metallicum madefaciens ac proinde in se admittens, inprimis aurum,***

post

post stannum, plumbum, argentum, ægerrime æs & ferrum.

(*a*) Dicitur alias Mercurius, seruus fugitiuus: à multis metallum appellatur, quia in metallum ductile artificio Philosophico facile permutari potest. Argentum viuum, ait Quercet. capit. 33. tetradis suæ, spirituale est corpus, aut Spiritus corporalis admirandæ naturæ: aqua est frigida & sicca extrinsecus; calida vero & humida intrinsecus, vt quæ possit liquefacere, soluere & amplecti in se metallica corpora (pro vt aqua marina continet in se soluta salina corpora.) Homogeneus est Spiritus, cuius vel minima pars Mercurius semper est, perinde ac eius totum: vt qui vi ignis possit quidem auolare tanquam Spiritus volatilis, corpus tamen vbique suum retineat volando, vtcunque altissime etiam eleuetur: Nec vllam inde patitur alterationem aut corruptionem, cum summe adæquata vbique in sua Somatopsychia Elementa habeat, nonsecus ac in Solis psychosomatia talia reperiuntur. Quæ quidem Elementorum in Mercurio adæquatio tantam illi parit cum Sole analogiam, præsertim cum vterque in essentiam & simplicissimam puritatem redactus est, quæ prima eorum est materia, vt mutuo amplexu auide se excipiant & naturam suam inuicem communicent, ac in vnionem summam corporis & Spiritus vinciantur: Siquidem Spiritus à corpore corporalitatem, & corpus à Spiritu spiritualitatem mutuatur. Si sane argentum viuum Sale naturæ, quod in per-

Axiomata.

I.

Quodlibet trium regnorum absque ingressu extraneo in semetipso stat & multiplicatur. Sendiu. de Sulph. p. 82.

Omne enim nascens vel crescens in sua specie multiplicatur. Arnoldus semitæ semitæ p. 438. Homo ergo hominem generat & multiplicat, planta plantam, & metallum metallum. Errant ergo omnes ii, qui metalli summi multiplicationem quærunt in rebus non metallicis. Regnum metallicum tam sibi sufficit, quam cætera regna in specierum propagatione. Vnde Sendiu. tract. 4. de lapid. Phil. ait: ibi esse arti incipiendum, vbi natura desinat, in metallicis videlicet coram oculis nostris perfectis corporibus.

II.

Quodlibet trium regnorum conuenienti aquæ facile virtutes suas imprimit & impertit, quando in ea digeritur & coquitur.

Carnes quando in aqua fluuiali coquuntur, aqua illa vires & virtutes carnium in se recipit: vnde iuscula sæpissime pro carnium suauium ratione suauia & iucunda à coquis præparantur. Herbæ, quando in aqua pluuiali & fontana debite digeruntur & coquuntur, vires suas isti aquæ communicant, vt videre est in decoctis, quæ à Pharmacopœis ex medicorum præscripto conficiũtur, vt & in extractis, quæ à Chymicis ingeniose & naturæ conuenienter parantur, Simili modo

aurum,

aurum, quando in aqua metallica Philosophice digeritur & coquitur, argento viuo suas virtutes insinuat, atque illud in præstantissimam commutat medicinam. Argentum viuum, ait Bernhard. Treuir. in Epist. ad Thomam de Bononia, est omnium metallorum materia, & est veluti aqua, propter (a) homogeneitatem, quam habet cum vegetabilibus & animalibus, & recipit virtutem eorum, quæ sibi in decoctione adhærent & commiscentur: Quod cum sit frigidissimum, potest reddi calidissimum breui tempore: & eodem modo temperatum potest fieri cum temperatis subtilissimo artis ingenio. Nullum autem metallorum melius ipsi adhæret, quam aurum, quia, vt quidam opinantur, aurum non est aliud quam argentum viuum coagulatum vi sulphuris. Quod si ergo aurum in argento viuo decoquatur, seu dissoluatur debite & via naturali artis, ipsum argentum viuum naturales proprietates illius auri acquiret. Mercurius ergo, ait Arnold. lib. 1. Rosar. capit. 10. cum sit de sua natura conuersiuus, fit vnumquodque metallum cum singulis planetis, quos amplectitur. Si iungatur cum plumbo, plumbum erit: si cum ferro, ferrum erit: & si cum aliis corporibus, consimilis erit eis. Si autem cum istis duobus radiis (auro & argento) iungatur, fit elixir perfectum. Argentum viuum vulgi hic ne intellige, sed Philosophorum.

(a) *analogiam*

III.

Quodlibet trium regnorum vitales Spiritus corporibus sui generis impertit.

Id est; Natura singulis regnis appropriata cuilibet corpori sub suo regno vitales infundit Spiritus: vnde fit vt non tantum vegetabilia, & animalia vitalibus Spiritibus abundent, sed etiam mineralia, & sub iis metalla iis ditata sint & referta. Quod vero hæc viuere non videantur, illud fit ex eo, quia vitales metallorum Spiritus firmissimis carcerib. constringuntur & impediuntur, ne vires suas manifesto excercere queant. Placet huc in assertionis meæ cõfirmationẽ vere Philosophicos & nectaris plenos versus Aurelij Augurelli de vita metallorum & aliorum corporũ adscribere, quos lib. 1. Chrysopoeiæ habet, vbi sic canit:

Quæcunque feruntur
Viuere, de propriis vel semina stirpibus edunt.
Vt fæcunda Ceres, vt germen fertile Bacchi:
Vel sibi consimiles natos animantia gignunt;
Vt bellator equus, bos vt bene iunctus aratro:
Vtque hominum proles mira & cœlestis origo.
Hæc inter variant, quæ nec primordia rerum
Extant, quæque frui vitali sorte negantur:
Vt media quæcunque sedent tellure metalla,
Quique latent miro grati fulgore lapilli:
Nullo namque genus sobolemue augere putantur
Semine, sed cunctos æui torpere per annos.
Verum etiam hæc ipsa secreto viuere quiuis
Sentiat, & vita diuino munere fungi.

Hæc &

Hac & oriri eadem si contemplabitur, & si
Augeri ex sese penitusque increscere cernet,
Vt mox è variis patefactis nosse licebit.
Quod si non sobolem educunt, non cætera vertunt
In semet, causa est, quod multa spiritus illic
Materie abstrusus, vitam qui porrigit omnem,
Explicat ægre ex se vires, ni viuida promat
Has hominum virtus densa sub mole latentes.
Hoc etenim quicquid diffunditur vndique cœli,
Aeraque, & terras, & lati marmoris æquor
Intus agi referunt anima, qua viuere mundi
Cuncta putant, ipsumque hac mundum ducere vitam:
Ast animæ quoniam nil non est corporis expers,
Mundus at, & mundi partes quoque corpore constant.
Spiritus hac inter medius fit, quem neque corpus
Aut animam dicas, sed eum qui solus vtroque
Participans in idem simul hæc extrema reducat.
Hic igitur maria, ac terras, atque aera, & ignem
Viuereq; augeriq; atque in se cuncta referre
Semper auet, semper stirpes, animantia semper
Gignere, perpetuamque sequi per secula prolem.
Denique sic etiam fuluo detentus in auro
Ipse manum capit artificis, qui vincula soluat,
Et qui se propria reddat virtute potentem.
Quod si quis properans hunc artis viribus vnquam
Explicet, atque diu tepido post incoquat igni.
Continuo aspicies (visu mirabile) vitam
Auro impertiri, longo cum seminis vsu:
Nec deerit, quin ex auro sibi procreet aurum.
Quod cum ita constiterit, durate & credite dictis
Intenti artifices, & res sperate secundas.

5. Mineralia sunt corpora, quæ à sulphure aqua insito ex terra & aqua in sinu terræ generantur.

Mihi hæc scribenti in mentem venit, quod sinceriores Philosophi, qui plus in recessu habent, quam vulgaribus Philosophis videri posset, ad mineralium, præsertim vero metallorum generationem ex aqua veræ Sophiæ studiosos adhortari & adducere fideliter annitantur. Et id non sine causa faciunt: aqua enim est ipsa vera materia, è qua tam metalla, quam vniuersalis aliqua medicina originem suam trahunt. In aqua est semen verum omnium mineralium: Quod quidem sub initium non videtur: sed tamen vbi aduentante calore concoquitur, accipit corpus, & fit metallum, vel Lapis, vel Sal, vel Sulphur, vel aliquid aliud. Hoc notabis, in aqua esse duas substantias, quæ in generatione cuiusque rei sunt considerandæ: Vna est terra impura, & quasi innati & per totum aquæ corpus insensibiliter perfusi Sulphuris impedimentum & tegumentum, quo ipsius Sulphuris actio in aquam obtunditur & reprimitur: Altera est ipsum Sulphur, quod est medium certissimum & præstantissimum, quo pura aqua coagulari & in mediam conuerti potest naturam. Hoc Sulphur, quando terram quandam pinguem offendit, se ei immiscet, & creat metallum: quando vero terram non pinguem attingit, & in eam suas operationes exercet, creat lapides, & vnumquodque genus præparat secundum terræ ipsius puritatem

vel

velimpuritatem. Quo purior terra fuerit, eo purius & perfectius metallum, pretiosiorque lapis producitur. Illud innatum aquæ Sulphur adeo præstantis est naturæ, vt si perfecte illud nosses, nunquam Deo ter Opt. Max. agere gratias desineres, atque tibi tantum beneficium diuinitus concessum tanquam thesaurum incomparabilem custodires, ne in maleuolorum manus peruenire posset. O sancta & admirabilis Natura, quæ filios doctrinæ errare non permittis.

6. Mineralia sunt vel extremæ, vel mediæ naturæ.

7. Mineralia extremæ naturæ sunt vel metalla vel lapides.

CAPVT II.

De metallis in genere: De argento viuo & Sulphure metallico.

1 Metalla sunt mineralia corpora extremæ naturæ, tincturam in argento viuo per Sulphur proprium ab externo motu excitatum coagulato subsistentem, & exinde instar floris protusam habentia, atque ita ad ignem mollescentia, vt fundi & malleo tractari possint.

Metallum secundum Plinium lib. 33. capit. 6. inde dicitur, quod vna metalli vena proxime aliam

liam inuenitur, & vna poſt aliam ſe offert. Quia vero doctrina metallica arcanorum præſtantiſſimorum compages & arca eſt, eo diligentius in metalla nobis inquirendum. Metalla ideo videntur in interiora terræ viſcera tam profunde eſſe demerſa & abdita, vt diligentiore cura indagarentur, labore maiore eruerentur, & vſibus humanis accommodarentur: præſertim vero aurum: in hoc enim producendo vt natura ſubterranea quaſi ſummum apicem ſuæ perfectionis oſtendit; ita in eodem conquirendo appetitus humanus omnes neruos intendit, ingenium corpuſque excercet, ne fruſtra generatum æſtimetur, nec ſegniter in cunabulis ſuis deliteſcat. Vide Mich. Maier. capit. 1. libr. de circulo phyſic. quadrato.

Axiomata.

I.

Vnum metallum reliqua diſtincta in ſe ſpiritualiter concludit.

Omnia ergo imperfecta metalla intus ſunt aurum & argentum. Confer Paracelſicos Canones libri vexationum.

II.

Vnumquodque metallum propriam ſuam habet mineram.

Minera eſt metalli locus, in quo hoc ipſum proprias & genuinas ſuas ſedes poſſidet, donec pro ſuo gradu & indigentia perfectæ ſuæ integritatis culmen attingat, & exactæ ſuæ concoctio-

nis

nis sibi debitæ maturam perfectionem adipiscatur & obtineat. Minder. de Calcantho c.1.

III.

Omnia metalla ex vna radice proueniunt.

Nimirum ex argento viuo, vt paulo post audies: Sic & Philosophorum lapis ex vna radice oritur. Ars enim Sophorum naturam imitatur. Vnde Treuisanus: Opus nostrum fit ex vna radice, sed ex duabus substantiis mercurialibus, & cæt.

2. *Hic 1. metallorum materia, 2. generatio, & conseruatio eorum, & 3. differentia consideranda est.*

3. (a) *Materia metallorum est subiectum,* (b) *in quod semen metallicum ad producendum metallum proiicitur, & est argentum viuum Sulphure & Sale naturæ impragnatum.*

(*a*) Vnde argentum viuum etiam est prima materia Alchymistarum in generandis metallis. Paracelſ. tract. 1. de mineral. pagin. 137. Materia prima metallorum, ait Albertus lib. de miner. simplic. est humiditas viscosa incombustibilis, forti mixtione cum subtili terreo coniuncta in cauernis terræ mineralibus. Argentum ergo viuum, definiente Gebro, est humiditas viscosa per auxilium terrestris suæ partis compositionem intrantis condensata: seu, eodem dicente, est aqua viscosa in visceribus terræ generata, substantiæ subtilis, terreæ, per calorem temperantissimum vnita totali vnione per minima,

post stannum, plumbum, argentum, ægerrime æs & ferrum.

(*a*) Dicitur alias Mercurius, seruus fugitiuus: à multis metallum appellatur, quia in metallum ductile artificio Philosophico facile permutari potest. Argentum viuum, ait Quercet. capit. 33. tetradis suæ, spirituale est corpus, aut Spiritus corporalis admirandæ naturæ: aqua est frigida & sicca extrinsecus; calida vero & humida intrinsecus, vt quæ possit liquefacere, soluere & amplecti in se metallica corpora (pro vt aqua marina continet in se soluta salina corpora.) Homogeneus est Spiritus, cuius vel minima pars Mercurius semper est, perinde ac eius totum: vt qui vi ignis possit quidem auolare tanquam Spiritus volatilis, corpus tamen vbique suum retineat volando, vtcunque altissime etiam eleuetur: Nec vllam inde patitur alterationem aut corruptionem, cum summe adæquata vbique in sua Somatopsychia Elementa habeat, non secus ac in Solis psychosomatia talia reperiuntur. Quæ quidem Elementorum in Mercurio adæquatio tantam illi parit cum Sole analogiam, præsertim cum vterque in essentiam & simplicissimam puritatem redactus est, quæ prima eorum est materia, vt mutuo amplexu auide se excipiant & naturam suam inuicem communicent, ac in vnionem summam corporis & Spiritus vinciantur: Siquidem Spiritus à corpore corporalitatem, & corpus à Spiritu spiritualitatem mutuatur. Si sane argentum viuum Sale naturæ, quod in per-

fectißimis continetur corporibus, imprægnare sciueris, dubio procul per illud corpora metallica efficacius dissolues, quam per quamuis aquam fortem, quæ vulgo circumfertur. Et sane si fateri velimus quod res est, ait idem Quercet. lib. 1. de priscorum Philosoph. medicin. cap. 4. omnes operationes Chymicæ, destillationes, calcinationes, reuerberationes, dissolutiones, filtrationes, coagulationes, decoctiones, fixationes, aliæque huic scientiæ dicatæ non tendunt ad alium scopum, quam vt sua corpora ita reducant in cineres, vt Spiritus Salis & Sulphuris, qui illa perfecerunt (sub vna tamen eademque essentia constituti) communicent modo quodam imperceptibili cum sua aqua metallica, veroque Mercurio, idque in eum finem, vt per vim atque virtutem Salis internam Mercurius atteratur, coquatur, atque transmutetur ex sua natua vili atque abiecta in longe nobiliorem: dum ex Mercurio vulgi fit Mercurius Philosophorum, beneficio Spiritus Salis, quem attraxit ex cinere seu calce viua metallica: Haud secus sane quam euenire solet in lixiuio, quod fit ex cineribus & aqua, in quam optime percolatam atque filtratam cinis omnem suam animam viresque transmittit, nempe suum sal aquæ prædictæ communicat, quæ aqua & si semper maneat fluxilis & liquida, non tamen restat aqua simplex puta atque frigida, vel exiguæ virtutis: sed iam lixiuium facta fit calida, facultatis exsiccantis, detergentis, & qualitatis prorsus actiuæ, quæ tota est virtus atque facultas medicinæ

trans-

transmutantis. (*b*) Mihi humidus extrinsecus dicitur Mercurius, quia humectat metalla: Siccus appellatur Quercetano extrinsecus, quia manum admotam non madefacit. (*c*) Siccus propter Sulphur internum mihi appellatur; Quercetano vero humidus per accidens, quia in Salis naturam redactus in humore facile liquescit. Posset & Quercetano dici humidus, quia ab insito Sulphure perpetuum fluorem obtinet instar humoris.

Annotatio.

Crudum argentum viuum offendit cerebrum, neruos, articulos, ossa & dentes potissimum miroque effectu sialismum vel illitu & halitu concitat. Crudum, inquam, impurum & haud legitime præparatum ea mala infert. At quando Philosophica manu ad summam puritatem est perductum, sulphureque naturæ perfectiori ditatum, atque omnem vim venenatam, qua scatebat, deposuit, immensas & intus latentes virtutes ostendit; & in nobilissimum remedium conuertitur: cuius vires & proprietates sunt detergere, mundare, rectificare & repurgare, modo per aluum, modo per vrinas totam sanguinis massam; instaurare & corroborare balsamum nostrum naturalem, cum naturam etiam balsamicam in se contineat. Hinc idcirco lepræ; scrophulis, lui Venereæ, variolis, morphæis, febribus putridis ac continuis, inflammationibus internis, pestilentialibus affectibus oportunum auxilium est, ac tanquam

panacæa omnibus morbis profligandis idonea: cuius ne ipsi quidem infantes nec grauidæ mulieres vsum refugiant: vt quod etiam omnis generis hominum tuendæ ac conseruandæ sanitati conducat, scrupuli vnius dosi aut etiam maiore ex aliqua conserua, aut ex cochleari vini, aliusque congruentis liquoris.

Axioma.

Mercurius in se recipit, quæ sunt suæ naturæ.

Auic. tract. Chym. c. 1.

Id est: Argentum viuum quia metallica est aqua, in se metallica corpora recipit, vt per ea in perfectionem, si perfecta fuerint, prouehatur.

5. *Sulphur, quo argentum viuum impragnatum est, non est* (a) *Sulphur vulgi, sed* (b) *ignis argento viuo insitus, quo in metallum in mineris interueniente motu excoquitur.*

(a) Sic infit Comes Treuisanus pagin. 793. proxime post citati libri: Sulphur non est quid per se seorsim extra substantiam Mercurij, neque vulgare Sulphur: alioqui metallorum materia non esset homogenea: quod pugnat contra omnium Philosophorum assertiones. Morienus & Aros nostrum, inquiunt, Sulphur non est vulgare, sed fixum, & non volatile, de natura Mercurij, & non ex alia re quapiam. Ergo ij non bene refutant sinceriorum Philosophorum decreta, qui ex eo, quia Sulphur est φλόγιστον, metalla constare ex Sulphure inficiantur, cum metalla

talla non ſint inflammabilia: Sulphur enim vulgi φλόγιϛον eſt, non Philoſophorum Sulphur, quod eſt fixum, vimque coagulandi ex Sale naturæ habet: vt vel hinc recte Sendiuogius in concluſione libelli de Sulph. aiat, Sulphur eſſe coagulum Mercurij. *(b)* Bernhardus Treuiſanus tertia parte libri ſui de lapide pagin. 792. ait: Sulphur non eſt quippiam à Mercurio diuiſum aut ſeparatum, ſed eſt caliditas & ſiccitas, quæ non dominantur in frigiditatem & humiditatem Mercurij. Idem paulo poſt pag. 793. Sulphur aliud nihil eſt quam purus ignis occultus in Mercurio, qui longo ſucceſſu temporis in mineris excitatur atque mouetur motibus corporum cœleſtium, digeritque frigiditatem & humiditatem in Mercurio pro varietate graduum decoctionis & alterationis in diuerſas formas metallicas. Gebro etiam teſte, in profundo Mercurij eſt Sulphur, quod fit longo ſucceſſu temporis in venis minerarum terræ. Mercurio huic, inquit Bernhard. Treuis. pagin. 794. ineſt Sulphur fixum & incombuſtibile, quod noſtrum opus perficit. Et paulo poſt: Nonnulli perperam exiſtimant in procreatione metallorum interuenire aliquam materiam Sulphuream: ſed contra manifeſto patet Mercurio Sulphur incluſum eſſe, quando natura operatur. Vnde & Sendiuogius recte & bene dicit ſub finem ſui tractatus de Sulph. Mercurium in ſe habere proprium Sulphur, quo in aurum coagulatur.

6. Sal naturæ est Spiritus acidus Sulphuri Mercurij indiuisibiliter coniunctus, quo Sulphur hoc potestatis obtinet, vt Mercurium in metallum coagulare possit.

Sal naturæ metallicum cum ante coagulationem Mercurij sit valde infirmum, Philosophi hoc consilij ex Dei inspiratione habuerunt, quo Sal firmum, præstans, perfectum, & valde purum ei adiungere didicerunt, vt id, quod natura per mille annos vix præstare valet, breuiori temporis spacio efficiant, ac proinde aurum secundum naturæ viam è genuinis primordiis suis producant.

Annotatio.

Ex dictis patet, esse tria principia singulorum metallorum: posse tamen reuocari ad duo & ad vnum. Ad duo, quando Sulphuri Sal naturæ intime implicatum intelligitur: ad vnum, quando argentum viuum Sulphure & Sale naturæ intime imprægnatum pro materia metallica sumitur. Non ergo Philosophi sibi mutuo contradicunt, quorum alij vnum, alij duo, alii tria statuerunt metallorum primordia. Ii qui obiiciunt, neque in fodinis metallicis semper aliquid Sulphuris & argenti viui, similisque materiæ siue integræ siue aliquo modo immutatæ reperiri, neque in venis Sulphuris & argenti viui semper aliquid veri metalli dari, nihil solidi afferunt. 1. enim intelligunt Sulphur vulgare, quod tamen

men nihil commercii habet cum vero Sulphure metallico, vt supra audiuisti. 2. Falsum est, Sulphur vulgare in fodinis metallicis non inueniri. In omni fodina (ita scribit Libauius cap. 1. Epitom. metall. p. 8.) Sulphur inueniri certum est, non tantum fossoribus indicantibus, sed etiam Philosophis metallicis. Idem coniunctum est venis & metallis excoctis: Refert Kentmannus experientia cognitum esse ex omni pyrite Sulphur excoqui: at in pyrite nascuntur omnis generis metalla. Agricola pyriten coctum Sulphure stillare ait, & in argenti fodinis Bohemiæ Bildertzi effodi Sulphur. Autor theatri vrbium narrat, in insula Sacra versus Septentrionem rupem esse, ex qua effossa terra aurea, tusa, lota, tosta & separata aurum reddat perfectum, & tantam Sulphuris quantitatem, vt hinc sumptus, qui in separatione impenduntur, facile compensentur. Alberti hoc est: Vidi in monte æris ligna viridia ad lapidem æris appodiata statim cremari propter abundantiam Sulphuris & pinguedinis egredientis de lapide æris. Matthesius Cadmiam argentiferam incendi & comburi ob Sulphur narrat.

3. Falsum est in mineris metallicis non inueniri argentum viuum: autore enim Agricola in mineris est quædam lanugo, ex qua conficitur alias argentum viuũ, alias argentum. Matthesius prodidit, in Ioachimicis album succum Mercurialem ex pendente specu destillantem concreuisse in argentũ, & obduxisse vias & ligna in eadem. Moufsfertus docet modum, quo ex omni metallorum

fodina hydrargyrus excipiatur. Quod autem in Sulphuris vulgaris fodinis metallum non detur, ne mirare: Sulphur enim vulgare Sulphur metallicum non est, vt antea dictum. In argenti viui mineris metalla dari ex eo patet: quia mineræ metallicæ ante metallorum elaborationem fuerunt mineræ argenti viui, & dubio procul certissimum est, argenti viui mineras si homines quiescere permitterent, ex iis post aliquot secula metalla produci. Metalla facile in argentum viuum mutantur tota: Ergo ex argento viuo constant. Totum corpus si resoluitur in aliud, ex hoc constitutum est. Glacies ex aqua constat: tota enim glacies in aquam facile resoluitur. Ex illo quod proprietates Sulphuris & argenti viui non appareant in metallis, Sulphur & argentum viuum esse principia metallica recte non negant: principiorum & principiatorum esse diuersissimas qualitates & proprietates per se patet: Semen hominis est album: AEthiops tamen niger. Semen hominis non est durum, & tamen ex eo dentes & ossa dura prodeunt.

Digestione qualitates alterantur, ita vt quæ antea latebant, postea patescant: & quæ antea in semine se exerebant, in corpore, quod ex semine productum fuit, occultentur.

7. *Materia metallorum explicata proximum est vt generationem eorundem declarem.*

8. Generatio

8. Generatio metallorum, quæ antea cap. 1. huius libri quodammodo adumbrata fuit, fit hoc modo:

Æthereus mundi spiritus, quem animam appellitant, duo Elementa, aquam & terram inter se committit, atque ex vtrisq; coniunctis spiritum quendam prolicit vnctuosum, eumque in centrũ terræ demittit, vt ex eo sursum eleuetur, in matricem deferatur debitam, ac in ea in argentum viuum sulphure & sale naturæ imprægnatum concoquatur. Ex hoc argento viuo generatur metallum: Metallum vero generatur, quando tinctura occulta in argento viuo in lucem prodit, & nascitur: tinctura enim nata Mercurius in metallum digestus & congelatus est. Vbi non ignorandum est, Mercurium esse tincturæ matricem in humore suo sulphur, quo digeratur, excipientem & gerentem, atque sibi ipsi adeo sufficientem, vt ad generationem tincturæ non opus habeat extraneo aliquo nutrimento. Hic tamen Mercurius in locis mineralibus extranea combustibili natura, quam quidem Philosophi impurum sulphur appellant, infici solet: quæ nisi Mercurio se immisceret, Mercurius omnis è se per insitum suum sulphur tincturam auream vel argenteam tanquam florem, non tamen extra se, protruderet, vt ita omnia metalla purum aurum & argentum essent, nec quicquam metallorum impuritatibus & imperfectione laboraret. Vnde impura hac natura superante metalla inferiora, ferrum, æs, stannum & plumbum generantur:

quæ propter eiusmodi accidentariam impuritatem in igne non fixa permanent, sed fugiunt & corrumpuntur, nec non sæpe rubigine consumuntur: Natura vero, quæ semper sui conseruationem appetit, continuo eo allaborat & annititur, vt è Mercurio & metallis imperfectis beneficio sulphuris puri ipsis insiti (quod non sublatum, sed suppressum est) impuritates quasuis propellat & egerat: Dum vero è Mercurio inditum sulphur scorias & superfluitates impuras eiicit, sulphur, quia sibi sufficiens est, alterius extranei immixti auxilio non vtitur, nec in se admittit, quod suæ naturæ contrariatur, sed paulatim subsidio motus cœlestis, qui excitationi sulphuris inseruit, se recolligens & confortans, id quod non est Mercurius foras protrudit & eliminat: non secus ac balsamus hominis ad conseruationem suo corpori conciliandam ex cibo & potu, id quod hominis naturæ conueniens est, elicit, sibique assimilat: reliquum vero quod virtute nutriendi destituitur, excernit.

Axiomata.

I.

Semen metallicum, è quo metallum produci debet, est sulphur argento viuo inditum: argentum vero viuum est veluti matrix, in qua è sulphure metallico metallum generatur.

II.

Sulphur argento viuo innatum cum sit imperfectum, nec se alieno calore perficere queat, con-

continuam sui motionem requirit, vt exinde longo temporis spacio excitetur, & ad coagulationem Mercurij seu argenti viui promoueatur, & sic metallum producatur.

Philosophi vt longinquitatem temporis minuant, & breuiori temporis spacio è sulphure illo imperfecto metallum proferāt, addunt ei sulphur perfectum tanquam semen masculinum, vt ex eo sulphur argenti viui perficiatur, & citius metallum proueniat. Sic quod Natura in mille annis vix præstare potuit, ars cum natura citius vno anno imo spacio vnius horæ perficit. Illud, quod agit, ait Lull. test. theor. c. 67. calor Solis in mineris metallorum mille annis, ipse calor naturalis facit in vna hora supra terram.

III.

Non vero argentum viuum mouetur sine spiritu metallico vicem masculi gerente, qui vbi ad argentum viuum per motum suum naturalem defertur, in eo sulphur tanquam sibi congeneum apprehendit, illudque iuuat, vt exinde argentum viuum in metallum abeat.

Ad generationem metallorum singulorum duo semina seu sulphura requiruntur, masculinum & fœmininum. Fœmininum Mercurio natura insitum est: Masculinum extrinsecus accedit: quod quia eiusdem naturæ est cum fœminino, facilius se ei adiungit, in Mercurio cum eo coit, & motu metallum producit. Quod si vero sulphur in argento viuo solum relinquitur, argen-

argentum viuum in liquore permanet, nec vllam coagulationem suscipit. Spiritus metallicus vicem masculi sustinens appellatur Sendiuogio pinguedo, vbi sic ait: Longa destillatione purgatur terra: postea accessu pinguedinis (metalla) generantur. Duo ex dictis cognosce. 1. Metallorum semen esse duplex sulphur in mineris: vnum Mercurio innatum, alterum aduentitium, atque ex intima duorum illorum in Mercurio vnione oriri metallum. 2. Mercurium vulgi solum non esse materiam metallicum, cum vnicum sulphur in se tantum habeat. Notabis præterea, quod argentum viuum vtroque sulphure metallico imprægnatum vocetur Dionysio Zachariæ Gallo argentum viuum animatum, & sit verus post intimam coniunctionem Mercurius Philosophorum.

9. Omne quod generatur, conseruatione opus habet: igitur & metalla conseruationem sui requirunt.

10. Conseruantur metalla ab innato sulphure in locis conuenientibus, mediis debitis.

Loca conuenientia sunt, in quibus ea corpora dantur, quæ cum metallis maxime conspirant, & ab hostib. metallicis aliena sunt. Perfecta metalla diutissime per se durant: imperfecta ad sui conseruationem poscunt subsidium ex aliis rebus. Ferri & chalybis, ait Paracelsus lib. 3. de Generat. rerum natur. conseruatiua & præseruatiua optima & vtilissima sunt recens lardum non salsum ex sue castrata, quod quidem omne ferrũ & chalybem

lybem à rubigine custodit, si singulis mensibus eo semel vngantur. Similiter si ferrum cum Arsenico fixo liquefiat & aliquoties fluant, ita renouari & fixari potest, vt in perpetuum non contrahat rubiginem, sicut argentum. Cuprum vero conseruari & reseruari potest, si solummodo cum Mercurio sublimato misceatur, aut oleo Salis inungatur, ita vt in æternum nullum vitriolum, vel viride æris ex se præbeat, aut virescat. Plumbum melius conseruari nequit, quam in terra frigida, & in loco humido, qualis est ipsius natura.

II. Destruuntur autem & corrumpuntur metalla ab iis, quæ cum metallis nullam habent affinitatem.

Quicunque ergo metallorum destructionem bene intelligere cupit, hostes eorum considerato, & explorato. Sunt, ait Paracelsus paulo ante in citato libro, præcipui metallorum hostes omnes aquæ fortes, omnes aquæ regis, omnia corrosiua & sulphur crudum. Aquæ fortes autem & aquæ regis aliaque corrosiua suam inimicitiam in eo ostendunt, quod omnia metalla mortificent, dissoluant, calcinent, corrumpant, & in nihilum redigant. Sulphur crudum suam inimicitiam ostendit suo fumo: nam suo fumo adimit Veneri suum colorem & rubedinem, & albam reddit. Metallis albis, vt Lunæ, Ioui, Saturno & Marti aufert suam albedinem & rubefacit ea vel colorem ruffum ipsis inducit. Auro detrahit pulchram & amabilem suam flauedinem & aureum colorem, & nigrum reddit, & plane deforme, vt deformius

formius esse non possit. Antimonium omnia metalla, cum quibus in igne liquefit, & cum quibus miscetur, spoliat, aufert, & prædatur, & præterea non absimiliter sulphuri, suo fumo metallis genuinum & naturalem colorem furatur & alium substituit.

CAPVT III.

De Auro.

1. *Materia, generatione, conseruatione, & destructione metallorum explicatis, ad differentiam eorum progredimur.*

2. *Per* (a) *differentiam vero metallum aliud est perfectum, aliud imperfectum.*

(a) Differentia hæc est accidẽtalis: Differunt enim metalla inter sese gradibus puritatis & impuritatis. Quæritur an specie differant? A nonnullis negatur: & recte si specie differre idem est, quod essentia materiali differre. Vna enim & eadẽ materialis essentia est omnium metallorũ: Sin vero specie differre, est differre secundũ rationem accidẽtis alicuius, metalla inter se specie differunt: Quare Philosophi recte hactenus statuerunt, metallica corpora inter se pro ratione maioris vel minoris decoctionis discrepare. Si quoq; differre specie est differre forma, metalla etiam inter se specie differunt: Metallorum enim diuersæ formæ & naturæ sunt. Verum ex his ne nega metallorum transmutationem. Vnam enim speciem in alteram

alteram transire in propatulo est: Triticum sæpe mutatur in lolium: Vermis in auem: vt ex apum generatione cuiuis patere potest.

3. Perfectum metallum est, cuius Elementa ex quibus constat, adeo sunt adæquata, vt alterum ab altero non superetur, sed omnia ita in æquilibrio posita sint, vt nec ab aqua corrodi, nec à terra exedi, nec ab aere alterari, nec ab igne consumi possit.

Hæc est ratio ob quam antiquiores Philosophi in perfecto metallo magnam quãdam medicinam quæsiuerũt: id enim quod corruptioni obnoxium est, & ab Elementis facile cõsumi potest, nihil constantiæ, nihil perseuerantiæ, nihil sanitatis afferre potest. Quod vero haud facile suæ ipsius substantiæ corruptionem admittit, illud facilime alias substantias à corruptione præseruare & liberare potest.

4. Eiusmodi perfectum metallum est aurum.

Compositio enim Elementorum in auro adeo adæquata est, vt à nullo Elemento corrumpi & destrui possit: Inde fit, vt altissimus rerum conditor sapientibus inspirauerit magnam illam & incomparabilem medicinam in auri carcerib. latere: ac proinde Sapientes in id vnice incubuerũt, vt ex auro vulgari aurum Philosophicũ & viuum cõficerent, illudq; à suo cõpede liberarẽt, adeoq; spirituale & animatum redderẽt, quo nostro balsamo, qui de spiritus natura & statu maxime participat, facilime vniri, eumque instaurare, tamque exigua dosi vnius aut duorum granorum ad vltimam

mam vſq; vitæ periodum conſeruare poſſit. Huc facit illud, quod Sendiuog.tract.deSulph.p.34.in medium producit conſiderandum, vbi ſic ait: Si homo in Paradiſo manſiſſet, in loco illius naturæ conuenienti, vbi Elementa incorrupta omnia virgo ſunt, in æternum immortalis eſſet. Certum enim eſt, quando Elementa pura in æqualitate virtutibus coniuncta ſunt, ſubiectum hoc incorruptum eſſe, & talis debet eſſe Lapis Philoſophorũ tali creationi humanæ à veteribus illis Philoſophis aſſimilatus: ſed moderni Philoſophi omnia ad literam intelligentes ad huius ſeculi generationem corruptam intendunt. Hæc immortalitas principalis fuit cauſa, quod Philoſophi hunc lapidem quærere ingeniati ſunt: Sciuerunt enim hominem ex talibus Elementis integris creatum eſſe: Meditati ſunt igitur de creatione iſta, quam cum naturalem eſſe cognouerint, cœperunt ſcrutari, an talia Elementa incorrupta poſſint haberi, aut in aliquo ſubiecto coniungi: Quibus ipſe altiſſimus Conditor rerum inſpirauit, compoſitionem talium Elementorum in auro eſſe, quoniam in animalibus fieri eſt impoſſibile, cum ex Elementis corruptis vitam ſuſtentent: in vegetabilibus etiam non eſt (eiuſmodi Elementorum adæquata compoſitio,) quia inæqualitas Elementorum in illis inuenta eſt: Et cum omnia creata ad multiplicationem inclinata ſint, propoſuerunt ſibi Philoſophi in hoc regno minerali hanc naturæ poſſibilitatem experiri: qua inuenta, alia innumerabilia arcana ineſſe (auro viderunt) de quibus

vt de

vt de secretis diuinis parcissime (disseruerunt & nobis) reliquerunt.

5. *Aurum est metallum perfectum, quod ex argento viuo constituitur, & ab insito sulphure adeo excoctum est, vt cum magna existentiæ constantia tincturam omnium perfectissimam & purissimam adeptum fuerit.*

Itaque aurum est metallum è Mercurio maturissimo purissimoque vi sulphuris præstantissimi constitutum, citrinaque tinctura exornatum. Dum aurum citrinum dicitur, externus vultus, qualis est post excoctionem, respicitur. Illa tamen citrinitas igne cæmenti & in opere Philosophico summa rubedine permutatur. Aurum est omnium metallorum præstantissimum, & virtute dignitateque omnes lapides, quamuis pretiosissimos antecedit. Quamuis autem gemmæ quędam, ait Crollius in basil. Chym. pag. 202. auro præferantur, non tamen hoc fit, quod auro sint meliores, sed quia rariores & pauciores inueniuntur: Auro enim Natura non contemptibiles indidit virtutes, quas qui scit eruere, & arte tractare poterit, comperiet aurum, quod mortuum & sterile videbatur, viuum adeo esse & prægnans, vt germinet, ac de se nouum aurum nouis & iisdem infinitis progeneret incrementis. Quod autem metallorum generatio non adeo vt in vegetabilibus & animalibus ad oculum patet, in causa est crassa illa terrestris moles, per quam spiritus vegetatiuus veluti carceri inclusus impeditur,

X quo

quò minus officio suo fungi, sibique similia generare possit: Hic si per artem à terrestri illa domo & sepulchro liberatus & ab omnibus inquinamentis exsolutus fuerit, sine dubio æque vt omnes aliæ creaturæ, virtutis generatiuæ particeps erit, fructumque suo semini correspondentem proferre poterit: Sicque metallum producet metallum, aurum generabit aurum. Inde verus Philosophus mirabilem & omnibus expetendam concinnabit medelam, quæ & metallorum imperfectorum & humanorum corporum morbis incurabilibus affectorum omnia vitia tollet. *Paulo post:* Aurum in quo est Elementorum adæquatio, est vniuersale subiectũ ad mineralia, animalia & vegetabilia, vita rerum omnium. Et vt cum Sole cœlesti singularem concordantiam habet; sic et am cum corpore humano sua forma interna magnã possidet affinitatem & harmoniam. Quemadmodum autẽ Sol cœlestis se habet erga reliquos Planetas (tanquam Rex enim sedet in meditullio aliorum planetarum, luce, magnitudine, pulchritudine omnes excellẽs, omnes illuminans, virtutemq; illis ad inferiora quæq; disponenda distribuens:) Ita etiam Sol Philosophicus, seu naturale aurum erga reliqua metalla: Metallorũ enim purissimum est aurum, in quo splendor Solis ignisq; cœlestis radius est, & in cuius corpore perfectissimo quatuor Elementa conueniunt. Rubinus habet in se effectũ omnium lapidũ pretiosorum: Sic etiam habet aurum in se virtutem omnium lapidum ductibilium, metallorum scil. quia continet in se omne metallum, & ea tingit & viuificat. Et sicuti

sicuti superiores cœlestes Planetæ suum splendorem & lumen accipiũt à Sole & Luna cœlesti: Eodem plane ac simili modo accipiũt terrestres Planetę seu corpora metallica suum splendorem vim & radios ab auro, vtpote à Philosophico & terrestri Sole. Hinc videre est cur antiquissimi Cabalistæ & Sapientes Magiæ naturalis periti metallis characteres & nomina cœlestium Planetarũ impertiti sunt, videlicet propter singularem correspondentiam, & quia se inuicem sine magno discrimine interpretantur. *Auro metallorum regi & capiti* secundum Hermetem corpori videlicet perfectissimo & purissimo à nullo Elementorum domabili, & à Deo, & à natura perfecte secundum materiam & formam elaborato nõ solum omnes cœlestes vires Planetarum, aliorumque corporum metallicorum ac mineralium, sed & vegetabilium & animalium infusæ sunt. Ideo hanc temperatam Elementorum desponsationem & coniunctionem non potest ignis violentia separare, nec terræ fœculentia vitiare, nec aquæ limositas contaminare, nec contactus aeris obumbrare aut corrumpere. Hæc Crollius. Cæterum probe notandum est, quod veteres Sapientes Solem & aurum vno charectere hieroglyphico, videl. integro circulo & visibili centro describere & præfigurare voluerunt; vt significent, in vtroq; tam superiorum quam inferiorum vires contineri: Centrũ n. denotat terram; circulus vero seu circumferentia cœlum. Quicunque auri centrum ita dilatare potest, vt eius radii ad circumferentiam actualem & virtuosam deueniant, illam

X à medi-

medicinam adeptus eſt, qua non tantum metallorum, ſed etiam aliorum omnium imperfectorum corporum defectus tollere, & id, quod iis deeſt, adimplere potis fuerit. Aurum eſt cæterarum rerum menſura, & paruum DEI pharmacopolium, in quo omnes cœleſtes adeoque & ſubcœleſtes vires ſunt concentratæ. Hic forſitan ais, aurum eſſe corpus compactiſſimum, Elementaque eius adeo eſſe adæquata, vt vix dari poſſit illud inſtrumentum & medium, quo internæ eius medicinæ, virtutes eximiæ è centro in lucem deduci & promi queant. Verum ſcias Philoſophos fuiſſe, & adhuc in viuis eſſe, qui aurum ſuis compedibus eximere, atque inde nobiliſſimas eſſentias, præſtantiſſimaque medicamenta per medium debitum & conuenientiſſimum ſine omni corroſiuo producere ſciuerint & adhuc ſciant: Nihilominus tamen verum eſt, ideo diuinitus in tam bene munitum & precioſiſſimum ſcrinium tantos theſauros & innumerabiles diuitias depoſitas & incluſas eſſe, ne adeo facile ad indignos redundent, & abuſu vileſcant, ſed vt circumſpecti rerum æſtimatores ingenti labore & indefeſſo ſtudio theſauros iſtos veſtigent, ſolique iis potiantur, DEVM difficultatem apertioni arcæ auriferæ ſuperaddidiſſe. Quod Philoſophi veri ponderantes DEO feliciter annuente & iuuante, medium & clauem, qua bene munitæ portæ auri recludantur, atque ex ipſius abditiſſima arce infinitæ gazæ eruantur, non ſine labore inuenerunt. Memorabile eſt illud, quod Michael Majerus cap. 3. lib. de Circulo quadrato affert, vbi ſic

ſic ait: Creator aurum tam arcte non concluſit, vt auertat curioſos ab eius inſpectione ſolummodo abſque cauſa; imo potius ideo abſcondit, vt aperiatur & perluſtretur: Quæ enim pulchra & optima ſunt, nunquam natura vileſcere voluit, aut ante pedes iacere, ſed ſemper ſudorem ante virtutem poſuerunt Dii immortales, vt Heſiodus inquit: Quæ rara, cara, & τὰ καλὰ δύσκολα. Caſtaneæ nuces, amygdala, & fere omnes fructus meliores vel duris putaminibus teguntur, vel ſpinis armantur acutis, aut quocunque alio modo, ne omnium libidini pateant, defenduntur. Sic res pretioſæ & theſauri gazophylacio, clauſtris & arcis ſeruantur, vulgares vero ipſi populo proſtant, nec abſconduntur vnquam. Hinc non fruſtra aurum ſapientiores ita ſeratum aut concluſum autumant, ſed id inſigniores virtutes præter colorem viſibilem in eſſentiæ ſuæ latibulis abditas habere, quas indignos ſcire aut acquirere non deceat.

Axiomata.

I.

Aurum eſt (a) *citrinum*, (b) *ponderoſum*, (c) *tenue*, *fulgidum*, (d) *æqualiter digeſtum*, *toleratque examen cineritij & cæmenti.*

(*a*) Citrinum eſt per tincturam, quæ proprie citrina eſt. Tincturæ autem voce ne intellige accidens aliquod, nempe ſimplicem illum colorem apparentem, ſed quintam eſſentiam materiæ me-

tallicæ & Mercurii duplicati ex vtriusque naturæ firmissima coalitione, collisione & summa vnione prodeuntem. Excellens hæc substantia in aliquo delectabili colore se ostendit: in auro citrinum, in argento album colorem fundit, & est verum metallorum semen. Quod si in ipsis metallis diutius excoquere, ex iis digestione Philosophica extrudere, ac deinceps in multitudinem regenerare scіueris, tincturam tincturarum tibi comparabis, qua omnia imperfecta metalla in aurum vel argentum pro medicinæ diuersitate permutantur. (*b*) Inter omnes res corporeas, quę æqualem cum auro loci amplitudinem occupant, nulla res grauior & ponderosior est; quia Mercurius in auro magis est compactus & fixus, quam in alio corpore. (*c*) Per tenuitatem aurum est mirum in modum dilatabile, adeo vt vna vncia superficiem alicuius corporis inaurare possit, quam decem argenti vnciæ vix inargentarent: Causa huius tenuitatis in auro est puritas humidi maxime defœcati. (*d*) Ac proinde humidum & siccum, auri essentiales partes igne non dissoluuntur, nec secernuntur. Huic colliquatio auri sæpius igne reiterata fidem facit: Nihil enim ex eius pondere decidit. Memini, ait Castor Claueus, me superioribus annis vnciam auri purissimi testaceo vasculo inclusi, & alteram vnciam argenti puri etiam altero vase separatim inclusi eo loco, quo vitrum vitrariorum fornace liquatum est, perpetuo collocasse, ibique ambo fusa & liquata duobus continuis mensibus permansisse, iisque transactis & à vasculis & fornace vtraque exempta stateris librasse,

brasse, & auri quidem nec minimum de pondere decidisse conspexi, argentum vero duodecima tantum parte.

II.

Aurum extrinsecus est fixum, intrinsecus volatile.

Auri perfecta natura, ait Quercetanus tetradis suæ c.32.p.427. accurate cōsideranda est: Ea enim est omnibus Elementis æqualis & vniformis: duplicis tamen naturæ, spiritualis scilicet seu astralis, formalis, volatilis: & corporalis, materialis, fixæ. Vtraque summo studio inuestiganda est, ne in tam amplo labyrintho erremus: sed vt veram magnæ veræque medicinæ, & veri seu vberrimi Elixiris materiam, quæ presertim in sola natura & substantia solari consistit, eruere queamus. Confer Roger. Bachon. lib. de compos. lap. Philos. pag.122.

III.

Auri spiritualis natura sola medicina est.

Id est, aurum tum medetur imbecillitatibus & defectibus aliorum corporum, quando in spiritualem naturam deductum est. Quare cuilibet veritatis medicæ studioso in hoc maxime incumbendum est, vt spiritualem & volatilem naturam ex auro eliciat, atque humanæ naturæ conueniēter præparet. Verum cum nobilissimum illud corpus sit compactissimæ & firmissimæ substantiæ, absque solutione illius nihil boni ex eo educere & extrahere possumus: Nam cum natura

in hoc opere perfectionem attigerit, atque idcirco ab vlteriori operatione quieta esset, arti commisit industriam suam, qua aliquid adhuc perfectius huic corpori tribuat. Idcirco incipit ars, vbi desinit natura, quæ nullum sibi alium proponit scopum, quam perfectionem illam auri auctiorem reddere & illam ex materiali corpore eruere, vt spiritualem, astralem & aeream reddat, medicinæ vniuersali ad omnes corporis humani affectus profligandos idoneam: Quæ quidem sic arte reddita medicina infinitis tum demum virtutibus cumulatur, quæ alioquin in crassa substantia sopitæ languebant. Aurum (inquit Paracelsus lib. 12. de transmut. rerum natural. & lib. de renouatione & restauratione, recensente Quercetano tetradis suæ c. 32.) corpus hominis ad summam sanitatem reducit, omnes morbos curat & tollit, omnes colores restituit, instaurat, renouat. Et lib. 2. de vita longa c. 2. Aurum præseruat à lepra. Et lib. 3. c. 3. Aurum ex vniuersis Elixiriis summum ac potentissimum est: corpus seruat & liberum reddit ab omni ægritudine, neque id corrumpi sinit: corrigit & emendat quicquid non est sincerum. Paracelsus auro tot tantasque virtutes & proprietates tribuit, non quidem illi foliato aut in limaturam comminuto, prout crasse veteres illo vsi sunt, sed Philosophico, hoc est, crassa sua materia vario artificio spoliato, & ad summam spiritualitatem adducto, vt fiat medicamentum multis ac variis iisque grauissimis morbis idoneum. Non possum non hic recense-

re

re virtutes, quas Arnoldus de villa noua aquæ auri puri, ſeu auro vero potabili adſcribit in libro de conſeruanda iuuentute & retardanda ſenectute capit. 2. fol. 99. 6. vbi ſic ait: Eſt ſciendum quod innouatio & confortatio cutis fit cum potatione aquæ auri puriſſimi proprie: Ipſa namque Alopeciam curat & tyriam, & tranſmutat corpus humanum, ſincerum reddit & innouat ipſum, & virtus multarum rerum approximat huic operationi: ſed ipſa eſt, quæ prædictum miraculum facit: & quæ non corrumpit, & complexioni humanæ eſt conueniens: neque calefacit, neque infrigidat, neque humectat, neque deſiccat, imo omni temperamento temperata, omnemque rem excedit in temperantia & perennitate, quam habet: & ſubuenit ſtomacho frigido, timidos facit audaces, cardiacos confortat, valet contra melancholiam, & calorem naturalẽ temperat, in quibus non eſt res aliqua, quæ loco eius ſtare poſſit. In præparatione eius eſt totum ſecretum, quod ſapientes occultauerunt.

VI.

A perfectione auri pendet vniuerſalis cura.

Itaque videndum eſt, ne perfectionem re inconuenienti minuamus. Perfectio autem auri conſiſtit in adæquatione Elementorum: Igitur Philoſophi in id incumbunt, in aquam, qua aurum ſoluendum eſt in medicum vſum, afferant eam, quæ adæquationem Elementorum ſua innata corruptibilitate interturbare & tollere que-

ant, vnde ξὺν θεῷ inuenere aquam virgineam, cuius Elementa adeo inter se proportionata cohærent, vt à nullo Elementorum eiusmodi proportio distrahi, diuelli, & destrui, aurum vero, seruata Elementorum adæquatione, singulari priuilegio in spiritualem naturam transplantare possit.

V.

Aurum & argentum viuum singularem inter se cognationem & affinitatem habent.

1. Quia vtraque in simplicissimam puritatem redacta mutuo amplexu auide se excipiunt, & naturam suam inuicem communicant, ac in vnionem summam corporis & Spiritus vinciuntur. 2. Quia totum fere argentum viuum facile tinctura Philosophica in aurum permutatur. 3. Quia vtraque incorruptibilia sunt. Differunt tamen Mercurius & aurum accidentaliter: Inter metallica enim corpora aurum est summe purum & summe digestum: argentum vero viuum est impurum & summe indigestum inter eadem. Vnde hoc dicitur inferius corpus, illud superius. Sed superius esse sicuti id quod est inferius, & inferius esse sicuti id quod est superius Hermes pater Philosophorum satis perspicue in tabula sua smaragdina docuit.

VI.

Aurum cum Sole cælesti & corde hominis euidentem habet analogiam.

Auri analogia cum Sole supra explicata est: Sol

Sol & aurum vnius ſunt naturæ & eſſentiæ; ita tamen vt, quod Sol eſt extrinſecus, id aurum ſit intrinſecus: Vnde ſi vis Solis eſſentiam probe noſſe, expiſcare auri eſſentiam, & perfecte Solis naturam intelliges: Philoſophus eris, ſi ita diſpones aurum, vt ignis, quo pollet, intus, è centro ad circumferentiam prodeat, atque actualem calorem oſtendat. Magnam & eximiam auro eſſe analogiam cum corde hominis patet ex eo, 1. quod cor hominis Soli cœleſti euidenti comparatione aſſimilatur. 2. Quia vt homo eſt præſtantiſſimum animalium, atque ex eius corde in omnia corporis membra vitales Spiritus effluunt; ita aurum præſtantiſſimum metallorum eſt, & omnibus reliquis metallis perfectionem Philoſophica applicatione impertit, vt vel hinc Philoſophi iudicauerint, præſtantiſſimum cordis, imo omnium viſcerum interiorum medicinam in auro contineri.

VII.

Ad aurum reliqua metalla ordinantur tanquam ad finem. Petrus Bonus Ferrarienſis.

1. Quia aurum omnium metallorum perfectiſſimum eſt. 2. quia reliqua metalla tum ſumme perfecta ſunt; quando in aurum vel natura vel artificio tranſmutata fuerunt.

VIII.

Clauſura pororum impedimento eſt, ne aurum ſolius naturæ miniſterio in perfectiorem ſta-

tum

tum prouehatur, atque semen de se profundat in reliquorum metallorum emendationem.

Aurum & si perfectum satis est qua aurum; tamen quatenus cæterorum metallorum imperfectioni tollendæ summæque perfectionis iis inducendæ destinandum est, abundanti perfectione adhuc opus habet, vt sit plus quam perfectum, & hac sua exuberanti perfectione alia metalla perficiat, atque in aurum verum, non Sophisticum transmutet. Natura, quia per aeris cruditatem, frigorisque virtutem auri pori occluduntur, sine artis adminiculo poros aperire nequit, ac proinde nutrimentum, quo aurum ad seminis spiritualis generationem, suæque speciei propagationem stimuletur, subministrat nullum: Philosophi vero, videntes à natura sufficientia media procreata esse, omni studio in id incubuerunt, vt naturam naturæ iungere, aurum genuino soluente aperire, & exinde thesauros naturæ admirandos per se seminis in infinitum multiplicationem producere possent. Et ne adeo sollicitus cordatus lector sit fortassis, aperte & sine fuco scribo, verum solis Philosophis notum soluens proxime apud aurum in eo loco, in quo nascitur, inueniri debere, & de natura radiceque metallica vere participare. Vnaquæque aqua corpori, quod aqua ea nutriri debet, in suo regno respondet: vt alibi explicatum est.

Consectarium.

Aurum ergo crudum non est Philosophorum lapis.

Philoso-

Philoſophis autem ſæpe lapis vocatu, non quod ſit lapis, ſed quod cum lapide cognationem quandam habeat, atque Philoſophica regiaque via in antiquorum ſapientum lapidem conuertatur, quæ eſt vera ſimplexque medicina Hermetis, qua omnes defectus tam mineralium, quam vegetabilium & animalium tolli queant.

IX.

Aurum miſcet ſe omnibus metallis, ſed nunquam per inferiora melioratur. Sendiu. tract. 9. de lap. Phil.

Id eſt, non recipit inferiorum tincturam, vt hinc aliquid perfectionis habeat, atque in inferius metallum tranſmutatione fiat excellentius. Planetarum virtutes non aſcendunt ſed deſcendunt: Sed ſine inferiorum metallorum adiumento in ſpiritualem ſtatum exaltari, atque tincturam ſuam multiplicare non poteſt. Vnde ſic Sendiuogius loco iam citato: Vnum datur metallum, quod habet potentiam alia conſumendi: Eſt enim fere vt aqua eorum & fere mater. Vnica tantum res, humidum radicale Solis videlicet & Lunæ reſiſtit ei & melioratur per illud.

X.

Auri inſita & ſingularis vis eſt, humidum radicale in omnibus rebus facile corruptibilibus munire, & ita diſponere, ne adeo cito euaneſcat.

Igitur & humidum radicale cordis humani cor-

corroborat, & corruptione præseruat auri intimâ natura. Calidum ingenitum & humidum oleosum, ait Michael Maierus cap. 10. lib. de Circulo quadrato, à seminali principio orta, si perierint omnino morte superueniente, nulla arte restitui possunt: Si vero ex parte consumpta sint, neque tum quod periit, resarciri potest; at quod superest, ne ita cito euanescat, detineri & præoccupari optimis medicamentis, vt & cibis boni succi & digestionis facilis possibile est: Nam si hectica & marasmus contingit calido præternaturali in solidis partibus & ipso corde nimis aucto & incendente calidum natiuum, vbi breui temporis spatio absumat fere omne humidum radicitus implantatum (prout videmus in lampade nimis inflammata oleum mox consumente) quod alias per multos annos conseruari potuisset, ea medicamenta, quæ vel id incendium caloris extinguunt, vel humidum oleosum ab eo defendũt, ne adeo deuoretur, videntur calidum & humidum naturale temperare & conseruare, ne rabie quadam in se inuicem ruant & sæuiant. Tale quid posse fieri à calido & humido auri, si cordi in debita forma & modo propinetur aut offeratur, rationi & experientiæ consentaneum est: Non audiendus hic est Nouus ille Paracelsi impugnator, & hostis, qui asserit remedia metallica humidum natiuum violenter depascere, calori nostro insidiari, eiusque Symmetriam lædere nata esse: Ipsa enim praxis medica D. Francisci Antonij Angli & Paracelsi, aliorumque omnium, qui secundum artem è metallis remedia præparant &

rant & conficiunt, aliud loquitur. Ex toto Antiparacelsistæ libro veritatis amatoribus facile constat, quod ille chymicarum rerum & virium plane sit ignarus, & veras præparationes à falsis non separauerit. Metallica male præparata nocent. Bene præparata corroborant.

CAPVT IV.

DE ARGENTO.

1 F*Vit metallum perfectum: imperfectum est, quod à perfectione auri recedit.*

2. Imperfectum metallum est vel nobilius vel ignobilius.

3. Nobilius imperfectum metallum est argentum.

Nobilius dicitur: quia cætera inferiora metalla puritate materiæ & existentiæ duratione longe superat, atque ad auri naturam proxime accedit. Dicitur easdem etiam ob causas à Philosophis perfectum, quia reliquis metallis, excepto auro, perfectius est.

4. (a) *Argentum est metallum ex* (b) *tinctura alba & Mercurio per purum Sulphur bene excocto,* (c) *constanterque coagulato constans.*

(*a*) Argentum à Græca appellatione suum nomen mutuatur: nam ἄργυρον argētum vocant. Argentum magnam affinitatem habet cum Luna cœlesti,

cœleſti. Igitur eodem charactere hieroglyphico nimirum dimidiato circulo in hunc modum ☽ notatur. Ex argento tinctura ad album à Philoſophis elicitur. Luna ad vitam deducta Solis fœmina eſt, (*b*) Tinctura alia aliis dicitur Sulphur album, non vrens (*c*) Per ſe ergo fixum eſt argentum: proinde ij, qui gloriantur ſe poſſe facere lunam fixam, melius facerent, ex iudicio Sendiuogii, vt plumbum vel ſtannum fixarent: hæc enim non reſiſtunt examini ignis, dum in ſua natura ſunt.

Axiomata.

I.

Argentum proprie & ſingulariter cerebrum ſpectat, eiuſque morbis tollendis tanquam ſpecificum medicamentum deſtinatur.

Quando videlicet ab Hermeticis ſic exenteratum eſt, & omnibus modis comminutum, vt in impalbabilem & ſpiritualem naturā corpus eius ſublimarint, & quod in eo materiale erat, formale prorſus & incorporeum reddiderint: Vnde virtutes argenti admirabiles & proprietates cerebro conferentes agnouerunt, aliaſque non minus nobiles ac efficaces, dum remedia aliorum internorum affectuum vel grauiorum etiam, quam ſint ſcorpionum ictus curari ſoliti ab antiquis per appoſitionem laminarum argentearum, ex eo erui poſſe & elaborari deprehenderunt.

II. *Argena*

II.

Argentum non est tanti ponderis sicuti aurum. Rich. Ruf.

Propter maiorem raritatem argenti viui è quo constat.

CAPVT V.

De ignobilioribus metallis, Stanno & Plumbo, Ferro & Cupro.

1 *IGnobiliora metalla sunt duplicia, mollia & dura.*

2. *Mollia sunt, quæ funduntur citius quam igniantur.*

Itaque constant argento viuo humidiore aquosioreque, & minus excocto fixoque, & Sulphure adustili, citoque fusili. Vnde & frigidiora dicuntur, quod igneum principium Sulphuris in iis valde sit occultatum ac proinde debile.

3. *Mollia sunt stannum & plumbum.*

4. *Stannum est metallum molle, album, splendens cum liuore quodam, constans Mercurio puriore in genere ignobiliorum, molliore fugacioreque quam dura; stabiliore vero quam plumbum, & magis excocto, & Sulphure albo, acri, sed minus maturo, quod in recessu tincturam citrinam & rubeam puram quodammodo gerit.*

Propter mollitiem parum sonat; & quia terrestreitate quadam Mercurius comprehenditur, stridet in fusione & facile excutitur. Hydrargyro seu argento viuo prompte iungitur, & ob id ad perfecta accedit propius quemadmodum & maiore puritate principiorum. Vnde & adhæret auro argentoque pertinaciter, nec dimittit ea facile, adeo vt etiam corrumpat seu dissipet secum in igni fulminis aliquam eorum partem. Vertitur in plumbum nigrum pollutione & humefactione. Sal stanni mulieribus præfocationem vteri patientibus singulare specificum est, quando calide vmbilico in suffocatione iniungitur. Stannum quibusdam nominatur plumbum album.

5. *Plumbum est metallum molle, liuidius stanno, ex Mercurio & Sulphure leuiter coagulatis, fœtidis, impuris, terreis, quodammodo etiam arsenicali Spiritu inquinatis, crudioribus tamen & humidioribus.*

Est & acre corrodensque: Itaque in examine imperfectorum adhibitum imperfecta quæuis consumit, secumque in fauillam scoriasue vertit. Ob mollitiem & leuem coagulationem principiorum funditur facilius omni alio metallo. Ob Spiritus terreos acres calcinat aurum, & argentum viuum cogit. Argento familiare est, & in argentum absumitur prompte, & per artem etiam vertitur. Differt à stanno immundicie maiore, humiditate, & difficultate calcinationis. Eius naturæ accedit antimonium magis terrestre,

fœtidum,

fœtidum, arsenicale & rapax. Medicamenta ex plumbo præparata in vlceribus malignis, corrodentibus, cancrosis & similibus Saturninis, lupo, sunt valde efficacia. Si tamen mihi credere cupis, est in plumbo magna medicina. Virtutes Solis & Lunæ potenter in eo continentur, imo sine eo ex auro tincturam veram nunquam obtinebis. Hæc Paracelsi verba cordi tuo infigito: Ita loquitur Saturnus in libro vexationum. Sie haben mich für ihren Probierer alle Sechs von jhnen außgemustert / vnnd von der geistlichen statt gestossen / haben mir die Wohnung mit einem zerstörlichen liebe zugeworffen. Denn was sie nicht seyn / noch haben wollen / das muß ich seyn. Meine sechs Brüder sindt geistlich / darumb sie meinen Leib / so offt ich fewrend bin / durch gehen / vnnd ich in dem Fewer vergehe / also vergehen sie auch mit mir: ohne zwey die besten / Sol vnnd Luna durch meine Wasser saubern sich gar schön / vnnd werden stolz. Mein Geist ist das Wasser / das da auffweichet alle gefrorne vnnd starrende Cörper meiner Brüder: Aber mein Leib ist der Erden so geneigt / was ich in mich fasse / wirdt auch der Erden ehnlich / vnnd von vns zu einem Leib gemachet. Es were nicht gut / daß die Welt wüste oder glaubte was in mir ist / vnd was ich vermag. Viel besser were es / so sie solches mit mir thun könt / daß mir müglich ist / sie liesse alle andere künst der Alchimey stehen / vnnd brauchte allein das in mir vnnd mit mir außzurichten ist. Der Stein der Kälte ist in mir / das ist mein Wasser / mit dem ich gestehen vnd erfrieren mach die Geiste der sechs Metallen zu leiblichen Wesen deß sti-

benden/das ist/ Sol mit Luna promovieren. Qui habet aures audiendi, audiat. Plumbi naturam qui nescit, non dignus est qui Philosophus vocetur. Sub sordido palliolo sæpissime latitat sapientia. Es ist fürwar / ait Magister Degenh. Monachus Augustinus, ein weiser Mann / der des Bleys Natur erkennen kan. Ich sage dir/ sagt Paracelsus / daß du vnter den sieben krancken den aller kränckesten nehmest/dem ist von nöten / daß du jhn in sein Bad der reinigung führest / vnd reinigest jhn von dem / das jhm die Natur wider seinen willen eingepflantzet hat/so hastu ein geheym.

6. Metalla dura sunt, quæ ob siccum & terrestre Sulphur igniuntur, antequam fundantur.

Horum Sulphur plus habet vitriolati succi: itaque magis terreum est & crassum.

7. Metalla dura sunt duplicia, cuprum & ferrum.

Vtrumque in se potest mutuo verti, & ex vtroque elici multum vitrioli.

8. Cuprum, quod & æs vocant, est metallum durum, ex Mercurio & Sulphure impuro, coloris rubei, citiusque ferro ignitur & funditur.

Coloratur magnetide & cadmia glebosa, facileque assumit faciem auri & argenti. Aquis acribus & fumis fatiscit in æruginem, cæruleum vitriolum, flauitiem, & albam quandam substantiam.

9. Ferrum

9. Ferrum est metallum durum, albedinis liuidæ in aperto, rubeum in occulto: tardissime funditur, diu sustinens ignitionem, & calcinatur prompte.

Difficilime adiungitur argento viuo ob paruam eius quantitatem actualem: quanquam si artificio quodam terrestris natura tollatur, & hydrargyrus actuetur, propius commiscetur & pertinaciter cohæret. Mutatur in aciem, fluorum mineralium & extinctionis adiumento. Ignibus pluribus & restinctione in aquis gypseis & similibus ita induratur, vt plane fundi nequeat. Differt ab ære sonitu clariore, quem illud habet raucum, postea quantitate principiorum terreorum & fixorum, quæ in ferro abundant, & hinc etiam difficultate fusionis & receptionis Mercurij. Ferrum & cuprum seu æs tanta affinitate sibi coniuncta sunt, vt ferrum in cuprum auxilio vitrioli facile transmutari queat. Id quod & ars Chymica, & naturales aquæ, quæ per fodinas æris & vitrioli fluunt (sicuti videre est in Zepusio, in Suecia, & prope Goslariam) abunde testantur. Vt autem ex naturalibus causis ferrum in cuprum mutatur: ita etiam omnia inferiora metalla & argentum viuum in aurum naturalibus mediis, disponente Philosopho, transmutari possunt. Vnanimis Philosophorum sinceriorum consensus & historiæ certissimæ, quæ à fide dignis viris recensentur, id confirmant. Impugnauit quidem hanc veritatem Thomas Erastus, sed perspicue & solide à doctissimo Castore Claueo

refutatus est. Id quod patere potest per realem demonstrationem, Sophisticis argumentationibus euerti non debet nec potest.

Cæterum vt inique metallorum transmutatio: ita quoque immerito auri potabilitas negatur. Rationes autem huius negationis hæ afferuntur. 1. Quia inter corpus humanum & aurum nulla intercedit similitudo. & 2. Quia aurum est corpus solidius & crassius, quam vt à calore vitali corporis humani digeri, vinci ac mutari possit. Sed hæc argumenta nullius sunt momenti & ponderis: Nam aduersarii ipsi crudum & laminatum aurum medicinis suis immiscent, ac proinde hac mixtione similitudinem quandam inter aurum & corpus hominis ostendunt. Aurum quidem crudum & in crassitie sua consistens similis suæ rationem non demonstrare, nec à vitali calori corporis humani digeri potest: Verum aurum idem vulgi, quando in spiritualem naturam transplantatum est, tantam habet cognationem & affinitatem cum balsamo hominis, vt calore eius cito in substantiam balsami seu humidi radicalis conuerti possit. Testes sunt curæ præstantissimæ Paracelsi & eorum, qui id ipsum & viderunt, & ipsi re ipsa probarunt, fides. Legant veritatis amatores Panaceam auream Clarissimi & reipsa experientissimi viri Dn. Francisci Antonij, Medicinæ Doctoris Hampurgi excusam, & virtutes auri veri potabilis omnis generis morbis resistere, & reuera aduersari ex multis adductis exemplis liquido cognoscent.

Appendix.

Appendix.

Cum natura metallorum vix à millesimo, qui rerum naturalium cognitionem sibi vendicat, intelligatur, verusque & Philosophicus vsus eorum pateat, sincerioris sapientiæ studiosos moneo & hortor, vt eos scriptores diligenter legant, qui in metallorum arcana & ineffabiles virtutes omni conamine & singulari industria inquisiuerunt, atque id, quod in iis occultum est, artificio Philosophico eruerunt, & in lucem produxerunt. Eiusmodi scriptores sunt omnes Philosophi, qui lapidem antiquorum sapientum & confecerunt, & de eo certa monumenta nobis reliquerunt. Paracelsus vir incomparabilis in euoluendis metallicis palmam omnibus aliis præripere videtur, quia non tantum in Canonibus suis, quos lib. vexationum habet, fundamentaliter & Philosophice de natura singulorum metallorum discurrit, methodumque in iis ex metallis arcana, præsertim medicinam vniuersalem prolectandi sub primum quidem intuitum obscure, sed meditatione profunda, quæ ex crebra sæpiusque repetita lectione nata est, perspicue explicat, sed etiam in libris suis secretorum mineralium & metallicorum vere Philosophicas præparationes & manifestationes ita proponit, vt doctrinæ filii abunde inde instruantur & informentur, indigni vero, quorum sensus superficiei & non profunditati corporum affixus est, & qui vatiniano odio in Hermeticos feruntur, nihil percipiant, quo ad intimam me-

tallorum cognitionem prouehantur. Porci margaritis non ſunt digni.

CAPVT VI.

DE LAPIDIBVS.

SECTIO I.

De Lapidibus pretioſis in genere.

1 *LApides ſunt terrea corpora pro vario digeſtionis modo varie diſpoſita & ad perfectionem deducta, quæ nec igne liquefieri, nec malleo duci poſſunt.*

2. Lapides ſunt vel pretioſi, vel viles.

3. Lapides pretioſi ſunt, qui digeſtionis in aqua abſoluta virtute ad magnam puritatem ita deducti ſunt, vt ſingularibus virtutibus præcæteris lapidibus ditati ſint, & maiori æſtimentur pretio.

Lapides qui non perſpicui ſunt, ex terra craſſioreque quadam ſubſtantia, humido tenaci perfuſa generationis materiam mutuati ſunt: Qui vero pellucidi viſuntur, ex aqua præſertim conſiſtunt, cui ſubtilis quædam terrea nec obſcura materies immixta eſt, vt in cryſtallo & beryllo glaciei ſpeciem plane referentibus videre eſt. Lapides pretioſi appellantur gemmæ.

Axioma.

Axioma.

Mercurius est omnium gemmarum corpus.

Igitur omnes gemmæ ponderosæ sunt, & in omnibus partibus frigidæ. Paracelſ. c. 13. lib. 4. Philoſophiæ de Elemento aquæ.

4. *Lapidum precioſorum conſtituo tredecim claſſes.*

5. *Lapides precioſi primæ claſſis ſunt Adamas & Iaſpis.*

Sectio II.

De Adamante, & Iaſpide.

1. *ADamas eſt generoſiſſimus lapis colore ferro candenti haud abſimilis.*

Adamas alius eſt Indicus, alius Arabicus, alius Cenchros, alius Macedonicus, alius Cyprius, & alius denique Siderites. Indicus in auro non naſcitur, ſed quadam eum cryſtallo cognatione, candore placido tranſlucet. Huic proximus eſt Arabicus, minor tantum nec alibi quam in ſinceriſſimo auro generatus. Adamas, Cenchros nominatus, milio magnitudine reſpondet. Macedonicus cucumeris ſemen æquat. Cyprius in ſulphureum deſciſcit, qui licet à prioribus fulgoris languore deficiat, præcipui tamen in medicina vſus eſt Plinio. Siderites ferreo fulget nitore: Optimus autẽ, generoſiſſimus & ſelectiſſimus ex dictis Adamã-

tibus est, 1. qui incudibus & ferreis malleis adeo resistit, vt indomitus citra omnem iacturam à ferro & incude se explicet, 2. qui pusilla tametsi mole, ignibus etiam vastissimis iniectus pertinax atque illæsus ita permanet, vt nullam prorsus ignis actionem admisisse (etiamsi multos dies ibi perseueret) palam ostendat. 3. Crystallo paulo obscurior ferrum candens nitore refert, cœruleoque quodam interfuso splendore, ita quidem refulget, vt flammeum solaremque quendam radium transmittere videatur: quasi scilicet vario translucentique suo fulgore quandam cœlestis arcus anhelationem repræsentet. Adamas contra venena & incantamenta amuletum esse præsentaneum testantur, qui Adamantem præsente toxico madere confirmant, ideoque pestiferis causis resistere creditur. Insaniam, metus quoque vanos ac terrentia intersomnia arcere fertur. Gemma reconciliationis prædicatur, quod hostilem demulceat furorem, & viri cum vxore necessitudinem foueat. Ab incubis & succubis eum, qui Adamantem portat, tutum esse asserunt. Huic lapillo Natura rerum omnium parens tale cum magnete dissidium ingenuit, vt illo præsente omnẽ vim tractricem à magnete direptam plane conspicias. Quin magis tractum ab hoc ferrum feroci quadam vi ab admoto adamante reuelli cernere est. Non sine magno naturæ miraculo fit, vt vis illa indomita Adamantis, qua scilicet suarum partium integram contra ferri ignisque iniurias connexionem pertinaciter tuetur; ab hirci sanguine calido quidem & recenti ita afficiatur, vt

ir, vt tandem conniueat, & atteri patiatur.

2. Iaspis est gemma viridis, Smaragdo similis, sed crassioris substantiæ, multos habens alios colores permixtos.

Multæ sunt Iaspidis species: Ea tamen præstat, quæ apud Indos nata polygrammos nuncupatur, atque ex viridi purpureum quiddam complexa alba præcingitur linea. Porro quod ad vires attinet, omnes pro singulari aduersus perniciosissima quæque venena amuleto toto oriente deferri Plinius in scriptis suis reliquit. Iaspis reprimit febres & hydropisin in his, qui gestant eam caste. Iuuat etiam parturientem, fugat phantasmata, & inter pericula facit hominem tutum, interiorem refrigerat ardorem, fluentem compescit sanguinem & sudorem, luxuriam cohibet & impedit conceptionem, menstrua constringit & hæmorrhoides, si puluerisatus cum lacte datur: vlcera inueterata sanat, sordes oculorum purgat, visum acuit & cōfortat, maleficiis & incantationibus resistit: efficacior est in argento quam in auro. Mortalibus etiam persuasum est, Iaspidem hominum gratiam conciliare erga gestantem.

Annotatio.

In capite aspidis inuenitur lapillus Iaspidi similis, qui miræ creditur esse efficaciæ & virtutis: & ideo alii Iaspidem quasi aspidem dictum esse credunt: Tot autem creditur habere virtutes, quot habet diuersas venulas & colores.

SECTIO III.

De Smaragdo & Sapphiro.

1. *Lapides pretiosi secundæ classis sunt Smaragdus & Sapphirus.*

2. *Smaragdus est gemma excellenter & perpetuo viridis, virore tingens aerem circumfusum.*

Smaragdorum species numerari solent duodecim. Smaragdus selectissimus est, qui viridissimus, lucidissimus ac purissimus existens, suo virore quidem oculos constanter explet, satiatue: ita vicinum aerem proprio tinctu inficiens, vt neque Soli, neque vmbris, neque lucernis cedat: quin potius perpetuo contumacique virenti fulgore semper irradiat, sui semper præbet conspectum, substantia pertinaci ac durissima. Smaragdi plani & læues speculi speciem referunt, & imagines rerum admotarum supini repræsentant. Ideoque in scriptis est, Neronem gladiatorum certamina Smaragdo conspexisse. Vires huic adscribũt præstantissimas aduersus venena omnia, vt & hinc octo granorum hordei pondere in polline deuoratus, venenatos à morte vindicare potens iam pridem exploratus sit. Comitiali morbo vel à collo pendulum, vel annulo gestatum, ceu amuletũ generosum prodesse, hemitritæumque sanare cõfirmant. Iam vero apud omnes conuenit, lapidem hunc rerum Venerearum impatientem esse, vt etiam

Albertus ille Magnus asseuerare non dubi-
;,regi Hungariæ cum vxore rem habẽti, Sma-
dum quem annulo portabat, in tres diuulsum
e partes: proinde palam esse creditum com-
o, ad castitatem non mediocrem hunc lapil-
habere proprietatem. Addunt denique & i-
m memoriam fouere, visum recreare, opes au-
:. Magisterium si quod ex Smaragdo confici-
peculiariter Epilepsiis succurrit. Si per destil-
onem fuerit præparatus, sanguinis expuitio-
ı arcet. Paracelsus tract. 4. de præparationi-

*. Sapphirus est gemma perspicua, coloris cæru-
duritiaq; insignis.*

apphirorum Ioui Phœboque antiquitus sa-
um duo sunt genera. Sunt enim Sapphiri aliæ
entales seu Indæ: aliæ podiæ sic dictæ à loco
rationis. Earum quæ apud Medos reperiun-
supremam sibi maiestatem vendicarunt, quæ
nissimi verniq; cœli colorem offerentes cœ-
æ conspiciuntur, & ceu transfusas nubeculas
nixta etiamnum leui quadam purpura) re-
entant: vt videlicet sulphuris primum accen-
lorem referant, aureis insuper punctis collu-
it, scintillentque, ita tamen vt visus aciem ma
i crassitie retundant, vt & admotarum rerũ
ginem speculi instar minime reddant. Sunt i-
ie hæ optimæ Sapphiri. Multæ tamen aliæ vi-
ur, quæ quo magis ab his, vel substantia, vel
re desciuerint, eo viliores censebuntur. Sap-
orum virtutes sunt 1. resistere melancholiæ,
itemque

itemque omnibus morbis cutis. 2. Conseruare corpus, bonumque ei conciliare colorem. 3. Curare anthracem vel solo contactu. 4. Conseruare castitatem, 5. resistere venenis. Nam potu assumptus ad scorpionum ictus inprimis prodest, & antidotis, quæ contra venena & pestiferos affectus parantur, salubriter commiscetur.

SECTIO IV.

De Carbunculo & Carchedonio.

1. *LApides pretiosi tertiæ classis sunt Carbunculus & Turcois.*

2. Carbunculus est gemma pellucida, flammei coloris, instar ignis noctu lumen præbens.

Vnde etiam Pyropus dicitur. Est rex omnium lapidum: quemadmodum aurum est omnium metallorum: Lull. Igitur hæc gemma est nobilissima, & omnium lapidum viribus pollet, ita vt sit veluti Sol inter gemmas. Selectissimorum carbunculorum multiplex est differentia. Quidam enim colore vehementer igneo in modum ardẽtis prunæ translucent, ita tamen vt extremus earum igniculus in Amethysti violam desinere videatur: Sed & per tenebras lumen diffundunt nõ ihiucundum: Sunt & alii qui priuato fulgore pellucent. Alii alba præcincti venula, qui coloris præstantia atque illecebra nullis aliis cedant, quibus etiam familiare esse perhibent inter ignitas prunas

inas ceu mortuos languidosq; comparere: Suffusa autem aqua, carbonibusq; extinctis, è tigio priori gratia ceu rediuiuo colore gloriandos resplendere, tanto naturæ miraculo, vt ic Carbunculi genus hoc præcipuum nonnulputent. Hunc Carbunculum apyrotum nunant alii, quod ignem non videatur sentire. mum & hunc sequitur, qui Sandastros quisdam, aliis Garamantites vocatus est. Hic ex lia vel Arabia, qua meridiem spectat, petitus eriorum splendore atque igneo colore nobiaureas insuper guttas veluti stellantes: intro dem semper, nunquam tamen in facie conctas, hoc etiam ordine disseminatas, vt Hyacum guttarum numero, tum serie iudicari vant. Ideoque & hoc Carbunculi genus viri quin non incelebres cæteros albis (vt aiunt) equis ire confirmant, quod præ aliis longe vberius estes complectatur vires, siderumq; concepismilitudinem videatur.

?. Carchedonius est gemma subpurpurea, instellæ clare refulgens.

Carchedonium è carbunculorum esse generi- Plinius inter Latinos Philosophos locuplemus testatur. Autor est Symphonianus Camius in Lotharingia Carchedonios oriri mimagnitudinis, & si ferro percutiantur, soos, quos & vi præditos scribit aduersus cedinem, vocemque clarificare: sed alii eum dem esse verum Carchedonium pernegant;

Quan-

Quandoquidem optimus colore cõſpicitur medio inter beryllum & hyacinthum, accedente etiam leuicula quadam & ſubardente purpura, vt proinde facilis ſuſpicio ſit coiiſſe beryllum cum hyacintho: ideoque carbunculis pallidior & ſubobſcurior viſitur, quanquam & Sole vel igne acrior excitetur. Dicunt etiam Carchedonios vmbra purpureos oſtendere, ſub dio vero flammeos videri & Soli expoſitos ſcintillare. Commune omnibus Carchedoniis eſt, quod ceram ſignandam ſuo cõtactu ita quidem liquefaciunt, vt eius adhærentem partem conuellant. Sculpturæ contumaces eſſe perhibentur. Virtus Carchedonii eſt, 1. reſiſtere Cacodæmonibus, & pellere triſtitiam, timoremque. 2. feſtucas, ſi calefactus fuerit, trahere.

SECTIO V.

De Amethyſto & Hyacintho.

1. *LApides pretioſi quarta claſſis ſunt Amethyſtus & Hyacinthus.*

2. *Amethyſtus eſt gemma pellucida, colorem violæ purpureæ referens.*

Amethyſti Indici ſupremam ſibi vendicarunt maieſtatem: poſt hos vero Arabici, Armeniaci, Ægyptii, & qui in Galatia reperiuntur. Infimi omnium qui in Thaſo aut Cypro gignuntur. Indici abſolutiſſimam purpuram repræſentant: inter quos ii quidem præcellunt, qui veluti ex car-

unculo irradiantis in murice rosei cuiusdam nitoris iucundam anhelationem effundunt. Quorum qui blando quodam aspectu tanquam igniam eiaculantur scintillam, generosissimi & efficacissimi putantur. Neque etiam hic adnotare pigebit, quod accedunt quidem Amethysti omnes ad vini ruborem: verum eo non adepto in violaceum finiuntur, vt purpuræ videlicet fulgor vsque adeo igneus non sit, sed vt vini colorem euariet. Quanquam & Amethysti quidam ad Hyacinthos deficiunt, alii vero ad vinum magis: nulli tamen vinosi coloris expertes omnino laudantur. Qui vero ad Crystallum seu subalbida quadam & leui purpura descifcunt, cunctis ignobiliores habentur. Amethysti virtus est, 1. Vapores ad caput ascendentes retrahere & dissipare. 2. Ebrietatem prohibere & reprimere. 3. Somnum minuere & vigilantiam excitare. 4. Acuere ingenium. 5. Venenis resistere.

3. *Hyacinthus est gemma colore quidem fuluo, ab Amethysto (Plinio teste) differens, quod quæ in hoc emicat viola, in illo dilutior cõspicitur, vt quis scilicet ab Amethysto ad aurum immixta etiam leui quadam, sed subobscura purpura desciscere dixerit hyacinthum.*

Triplicem inuenio hyacinthi differentiam: Est enim qui ad rubrum plus inclinat, ignique purpurascit magis: Cui nonnulli primam adiudicarunt autoritatem. Est & alius, è fuluo croceum repræsentans, quique igne obscurior redditur. Tertius è fuluo ad cœruleum accedens non ingra-

tam præ se fert anhelationem: Inde Sapphiri nomen habet, cui alii supremam maiestatem adsignant, vel hoc nomine, quod hyacinthi sapphirique naturas complecti ex vtriusque tinctura videatur. Hic præ omnibus aliis aera sentire perhibetur: sereno scilicet cœlo ceu gratulabundus, impensius superbiens: nubilo autem aut omnino obscuro iniucundior humiliorque apparens. Probantur, qui nec obscuriores, nec clariores sunt, quique igni admoti vtcunque purpurascunt. Probatissimus quisque frigidissimus ore sentitur, & sculpturæ contumax vix tandem cedit. Deteriores habentur hyacinthi, qui propiores Chrysolito sunt, quam qui Amethysto. Scalig. exerc. 325. sect. 12. Virtus hyacinthi est. 1. Febribus ex putredine ortis mederi. 2. Pertinaci frigiditate corpora densare atque reficere. 3. Somnum conciliare. 4. Virtutes corporis (cordis præsertim) tueri. 5. A populatim sæuiente peste cum manifesta sua qualitate, tum recondita quadam proprietate gestantem asserere. Ideoque pro amuleto collo suspenditur è regione cordis, vt cutem attingat.

SECTIO VI.

De Topazio, & Turcoide.

1. *Lapides pretiosi quintæ classis sunt Topazius & Turcois.*

2. Topa-

2. Topazius est gemma coloris aurei, tantum uando Soli exponitur, radios spargens.

Topazius est gemmarum maxima & amplissima: Scripsit enim Plinius hanc gemmam tantæ magnitudinis esse repertam, vt ex ea Philadelphus faceret statuam quatuor cubitorum. Propter suam perspicuitatem gemmarum sibi obiectarum imaginem in se recipit. Virtus eius est; 1. è vestigio sanguinem è vulnere erumpentem compescere. 2. Iracundiam & venerea cohibere, 3. aquæ feruorem vsque adeo temperare, vt ab ea omnem bullam & calorem nocuum mox pellat: ac proinde manus topazium habens ab aqua bulliente citra iacturam eripi possit. 4. Vires pro Lunæ augmento aut decremento euariare: vt & hinc lunaticos iuuare perhibeatur.

3. Turcois est gemma coloris cærulei, ex viridi relucentis, habens substantiam crassam & minime perspicuam.

Turcois alia est Hispanica, alia Indica seu Orientalis. Hispanica colore vtcunque virente, subobscuro adeoque ingrato conspicitur, ideoque respuitur ceu vilissima: Indica autem ex herbaceo, cyaneo quodam lactescente nitore gratiam init non vulgarem: colorem igitur præbet ceu in cœruleum ex viridi lacteum quiddam perfusum imagineris. Raro citra rimulam venulamue reperitur. Probatissima tamen est, quæ simplicissima, & persimili substantia purissimoque & citra omnem labem colore suam com-

tibus est, 1. qui incudibus & ferreis malleis adeo resistit, vt indomitus citra omnem iacturam à ferro & incude se explicet, 2. qui pusilla tametsi mole, ignibus etiam vastissimis iniectus pertinax atque illæsus ita permanet, vt nullam prorsus ignis actionem admisisse (etiamsi multos dies ibi perseueret) palam ostendat. 3. Crystallo paulo obscurior ferrum candens nitore refert, cœruleoque quodam interfuso splendore, ita quidem refulget, vt flammeum solaremque quendam radium transmittere videatur: quasi scilicet vario translucentique suo fulgore quandam cœlestis arcus anhelationem repræsentet. Adamas contra venena & incantamenta amuletum esse præsentaneum testantur, qui Adamantem præsente toxico madere confirmant, ideoque pestiferis causis resistere creditur. Insaniam, metus quoque vanos ac terrentia intersomnia arcere fertur. Gemma reconciliationis prædicatur, quod hostilem demulceat furorem, & viri cum vxore necessitudinem foueat. Ab incubis & succubis eum, qui Adamantem portat, tutum esse asserunt. Huic lapillo Natura rerum omnium parens tale cum magnete dissidium ingenuit, vt illo præsente omnẽ vim tractricem à magnete direptam plane conspicias. Quin magis tractum ab hoc ferrum feroci quadam vi ab admoto adamante reuelli cernere est. Non sine magno naturæ miraculo fit, vt vis illa indomita Adamantis, qua scilicet suarum partium integram contra ferri ignisque iniurias connexionem pertinaciter tuetur; ab hirci sanguine calido quidem & recenti ita afficiatur, vt

tur, vt tandem conniueat, & atteri patiatur.

2. Iaſpis eſt gemma viridis, Smaragdo ſimilis, ſed craßioris ſubſtantia, multos habens alios colores permixtos.

Multæ ſunt Iaſpidis ſpecies: Ea tamen præſtat, quæ apud Indos nata polygrammos nuncupatur, atque ex viridi purpureum quiddam complexa alba præcingitur linea. Porro quod ad vires attinet, omnes pro ſingulari aduerſus pernicioſiſſima quæque venena amuleto toto oriente deferri Plinius in ſcriptis ſuis reliquit. Iaſpis reprimit febres & hydropiſin in his, qui geſtant eam caſte. Iuuat etiam parturientem, fugat phantaſmata, & inter pericula facit hominem tutum, interiorem refrigerat ardorem, fluentem compeſcit ſanguinem & ſudorem, luxuriam cohibet & impedit conceptionem, menſtrua conſtringit & hæmorrhoides, ſi pulueriſatus cum lacte datur: vlcera inueterata ſanat, ſordes oculorum purgat, viſum acuit & cōfortat, maleficiis & incantationibus reſiſtit: efficacior eſt in argento quam in auro. Mortalibus etiam perſuaſum eſt, Iaſpidem hominum gratiam conciliare erga geſtantem.

Annotatio.

In capite aſpidis inuenitur lapillus Iaſpidi ſimilis, qui miræ creditur eſſe efficaciæ & virtutis: & ideo alii Iaſpidem quaſi aſpidem dictum eſſe credunt: Tot autem creditur habere virtutes, quot habet diuerſas venulas & colores.

SECT.

SECTIO III.

De Smaragdo & Sapphiro.

1. *LApides pretiosi secundæ classis sunt Smaragdus & Sapphirus.*

2. *Smaragdus est gemma excellenter & perpetuo viridis, virore tingens aerem circumfusum.*

Smaragdorum species numerari solent duodecim. Smaragdus selectissimus est, qui viridissimus, lucidissimus ac purissimus existens, suo virore quidem oculos constanter explet, satiatue; ita vicinum aerem proprio tinctu inficiens, vt neque Soli, neque vmbris, neque lucernis cedat: quin potius perpetuo contumacique virenti fulgore semper irradiat, sui semper præbet conspectum, substantia pertinaci ac durissima. Smaragdi plani & læues speculi speciem referunt, & imagines rerum admotarum supini repræsentant. Ideoque in scriptis est, Neronem gladiatorum certamina Smaragdo conspexisse. Vires huic adscribũt præstantissimas aduersus venena omnia, vt & hinc octo granorum hordei pondere in polline deuoratus, venenatos à morte vindicare potens iam pridem exploratus sit. Comitiali morbo vel à collo pendulum, vel annulo gestatum, ceu amuletũ generosum prodesse, hemitritæumque sanare cõfirmant. Iam vero apud omnes conuenit, lapidem hunc rerum Venerearum impatientem esse, vt etiam

m Albertus ille Magnus asseuerare non dubi-
:it, regi Hungariæ cum vxore rem habéri, Sma-
gdum quem annulo portabat, in tres diuulsum
isse partes: proinde palam esse creditum com-
:rio, ad castitatem non mediocrem hunc lapil-
im habere proprietatem. Addunt denique & i-
sum memoriam fouere, visum recreare, opes au-
ere. Magisterium si quod ex Smaragdo conficitur, peculiariter Epilepsiis succurrit. Si per destil-
ationem fuerit præparatus, sanguinis expuitio-
em arcet. Paracelsus tract. 4. de præparationi-
ous.

3. Sapphirus est gemma perspicua, coloris cærulei, duritiaq; insignis.

Sapphirorum Ioui Phœboque antiquitus sacrarum duo sunt genera. Sunt enim Sapphiri aliæ Orientales seu Indæ: aliæ podiæ sic dictæ à loco generationis. Earum quæ apud Medos reperiuntur, supremam sibi maiestatem vendicarunt, quæ sereniſſimi verniq; cœli colorem offerentes cœruleæ conspiciuntur, & ceu transfusas nubeculas (immixta etiamnum leui quadam purpura) repræsentant: vt videlicet sulphuris primum accensi colorem referant, aureis insuper punctis colluceant, scintillentque, ita tamen vt visus aciem materiei crassitie retundant, vt & admotarum rerū imaginem speculi instar minime reddant. Sunt itaque hæ optimæ Sapphiri. Multæ tamen aliæ visuntur, quæ quo magis ab his, vel substantia, vel colore desciuerint, eo viliores censebuntur. Sapphirorum virtutes sunt 1. resistere melancholiæ, itemque

itemque omnibus morbis cutis. 2. Conseruare corpus, bonumque ei conciliare colorem. 3. Curare anthracem vel solo contactu. 4. Conseruare castitatem, 5. resistere venenis. Nam potu assumptus ad scorpionum ictus inprimis prodest, & antidotis, quæ contra venena & pestiferos affectus parantur, salubriter commiscetur.

SECTIO IV.

De Carbunculo & Carchedonio.

1. *Lapides pretiosi tertiæ classis sunt Carbunculus & Turcois.*

2. *Carbunculus est gemma pellucida, flammei coloris, instar ignis noctu lumen præbens.*

Vnde etiam Pyropus dicitur. Est rex omnium lapidum: quemadmodum aurum est omnium metallorum: Lull. Igitur hæc gemma est nobilissima, & omnium lapidum viribus pollet, ita vt sit veluti Sol inter gemmas. Selectissimorum carbunculorum multiplex est differentia. Quidam enim colore vehementer igneo in modum ardẽtis prunæ translucent, ita tamen vt extremus earum igniculus in Amethysti violam desinere videatur: Sed & per tenebras lumen diffundunt nõ iniucundum: Sunt & alii qui priuato fulgore pellucent. Alii alba præcincti venula, qui coloris præstantia atque illecebra nullis aliis cedant, quibus etiam familiare esse perhibent inter ignitas prunas

runas ceu mortuos languidosq; comparere: Super effusa autem aqua, carbonibusq; extinctis, è vestigio priori gratia ceu rediuiuo colore gloriabundos resplendere, tanto naturæ miraculo, vt hinc Carbunculi genus hoc præcipuum nonnulli reputent. Hunc Carbunculum apyrotum nuncupant alii, quod ignem non videatur sentire. Demum & hunc sequitur, qui Sandastros quibusdam, aliis Garamantites vocatus est. Hic ex India vel Arabia, qua meridiem spectat, petitus superiorum splendore atque igneo colore nobilis, aureas insuper guttas veluti stellantes: intro quidem semper, nunquam tamen in facie conspectas, hoc etiam ordine disseminatas, vt Hyades cum guttarum numero, tum serie iudicari valeant. Ideoque & hoc Carbunculi genus viri quidam non incelebres cæteros albis (vt aiunt) equis præire confirmant, quod præ aliis longe vberius cœlestes complectatur vires, siderumq; concepisse similitudinem videatur.

3. Carchedonius est gemma subpurpurea, instar stellæ clare refulgens.

Carchedonium è carbunculorum esse generibus Plinius inter Latinos Philosophos locupletissimus testatur. Autor est Symphonianus Campegius in Lotharingia Carchedonios oriri miræ magnitudinis, & si ferro percutiantur, sonoros, quos & vi præditos scribit aduersus raucedinem, vocemque clarificare: sed alii eum lapidem esse verum Carchedonium pernegant;

Quan-

Quandoquidem optimus colore cõspicitur medio inter beryllum & hyacinthum, accedente etiam leuicula quadam & subardente purpura, vt proinde facilis suspicio sit coiisse beryllum cum hyacintho: ideoque carbunculis pallidior & subobscurior visitur, quanquam & Sole vel igne acrior excitetur. Dicunt etiam Carchedonios vmbra purpureos ostendere, sub dio vero flammeos videri & Soli expositos scintillare. Commune omnibus Carchedoniis est, quod ceram signandam suo cõtactu ita quidem liquefaciunt, vt eius adhærentem partem conuellant. Sculpturæ contumaces esse perhibentur. Virtus Carchedonii est, 1. resistere Cacodæmonibus, & pellere tristitiam, timoremque. 2. festucas, si calefactus fuerit, trahere.

SECTIO V.

De Amethysto & Hyacintho.

1. *Lapides pretiosi quartæ classis sunt Amethystus & Hyacinthus.*

2. *Amethystus est gemma pellucida, colorem violæ purpureæ referens.*

Amethysti Indici supremam sibi vendicarunt maiestatem: post hos vero Arabici, Armeniaci, Ægyptii, & qui in Galatia reperiuntur. Infimi omnium qui in Thaso aut Cypro gignuntur. Indici absolutissimam purpuram repræsentant: inter quos ii quidem præcellunt, qui veluti ex car-

unculo irradiantis in murice rosei cuiusdam nitoris iucundam anhelationem effundunt. Quoniam qui blando quodam aspectu tanquam igniam eiaculantur scintillam, generosissimi & efficacissimi putantur. Neque etiam hic adnotare pigebit, quod accedunt quidem Amethysti omnes ad vini ruborem: verum eo non adepto in violaceum finiuntur, vt purpuræ videlicet fulgor vsque adeo igneus non sit, sed vt vini colorem enariet. Quanquam & Amethysti quidam ad Hyacinthos deficiunt, alii vero ad vinum magis: nulli tamen vinosi coloris expertes omnino laudantur. Qui vero ad Crystallum seu subalbida quadam & leui purpura descíscunt, cunctis ignobiliores habentur. Amethysti virtus est, 1. Vapores ad caput ascendentes retrahere & dissipare. 2. Ebrietatem prohibere & reprimere. 3. Somnum minuere & vigilantiam excitare. 4. Acuere ingenium. 5. Venenis resistere.

3. *Hyacinthus est gemma colore quidem fuluo, ab Amethysto (Plinio teste) differens, quod quæ in hoc emicat viola, in illo dilutior cõspicitur, vt quis scilicet ab Amethysto ad aurum immixta etiam leui quadam, sed subobscura purpura descíscere dixerit hyacinthum.*

Triplicem inuenio hyacinthi differentiam: Est enim qui ad rubrum plus inclinat, ignique purpurascit magis: Cui nonnulli primam adiudicarunt autoritatem. Est & alius, è fuluo croceum repræsentans, quique igne obscurior redditur. Tertius è fuluo ad cœruleum accedens non ingra-

Z tam

2. Topazius est gemma coloris aurei, tantum quando Soli exponitur, radios spargens.

Topazius est gemmarum maxima & amplissima: Scripsit enim Plinius hanc gemmam tantæ magnitudinis esse repertam, vt ex ea Philadelphus faceret statuam quatuor cubitorum. Propter suam perspicuitatem gemmarum sibi obiectarum imaginem in se recipit. Virtus eius est; 1. è vestigio sanguinem è vulnere erumpentem compescere. 2. Iracundiam & venerea cohibere, 3. aquæ feruorem vsque adeo temperare, vt ab ea omnem bullam & calorem nocuum mox pellat: ac proinde manus topazium habens ab aqua bulliente citra iacturam eripi possit. 4. Vires pro Lunæ augmento aut decremento euariare: vt & hinc lunaticos iuuare perhibeatur.

3. Turcois est gemma coloris cærulei, ex viridi relucentis, habens substantiam crassam & minime perspicuam.

Turcois alia est Hispanica, alia Indica seu Orientalis. Hispanica colore vtcunque virente, subobscuro adeoque ingrato conspicitur, ideoque respuitur ceu vilissima: Indica autem ex herbaceo, cyaneo quodam lactescente nitore gratiam init non vulgarem: colorem igitur præbet ceu in cœruleum ex viridi lacteum quiddam perfusum imagineris. Raro citra rimulam venulamue reperitur. Probatissima tamen est, quæ simplicissima, & persimili substantia purissimoque & citra omnem labem colore suam com-

mendat iucũditatem. Turcoidis virtus eſt, 1. Cor & oculos recreare. 2. Pericula imminentia declinare. 3. Poſſeſſoris triſti caſu vel morte deformari, & recuperato poſſeſſore alio priſtinum nitorem recipere.

SECTIO VII.

De Sardonyche & Chryſopraſo.

1. *Lapides pretioſi ſextæ claſſis ſunt Sardonyx & Chryſopraſus.*

2. *Sardonyx eſt gemma tranſparens ex Sardio & Onyche quaſi compoſita.*

Sardonyches numeroſa ſpecie viſuntur. Optimæ iudicantur, quæ colore conſtant veluti carnibus humanis vngue interfuſo: vtroque nihilo ſecius colore vtcunque pellucido atque languido, ceu ſcilicet quis rubricam viſum tranſmittere intelligat, affuſo etiamnum colore vtcunque glauco. Tales ſunt Indicæ. Coloris quoque varietate ſuam oſtentant dignitatem, vt vix in alia gemma depingenda naturæ diuina ſagacitas magis reluceat: Ex his namque generoſiores, radice tanquã à baſi quadam nigricante (quam quis non iniuria è nigro ad cœruleum deſciſcere crediderit) Onychas primum quadantenus repræſentant: hinc imitante ſardium ſubrubente zona præcinguntur, à qua deinde linea alba in gyri modum ambiun-

biuntur: Tandem vero lata atque diuersa intercapedine in ampliorem, nec minus artificiosum ac candidum circulum meant. Postrema linea omnibus iis zonis veluti basis quædam altera substernitur, quæ vt Arabibus nigerrima est: ita Indis cerea vel cornea conspicitur. Præferuntur quibus candidæ vel purpureæ zonæ sese ex ordine citra alterius rei intermixtionem recipiunt, & albicantes circuli immixta leui purpura cœlestis arcus anhelationem quandam referunt. Sardonyx vtilis est ad castitatem, plurimumque conducit ad vnguium exulcerationes.

3. Chrysoprasus est lapis in nocte igneus, in die aureus apparens, seu porri viriditate ad aurum inclinans.

Optimus ergo est qui aureis guttis conspergitur. In India reperitur, sed ob raritatem maxime carus habetur. Vires eius sunt: Cor corroborare & oculorum imbecillitatem finire.

SECTIO VIII.

De Sardio & Chrysolitho.

1. *LApides pretiosi septimæ classis sunt Sardius & Chrysolithus.*

2 Sardius est gemma rubea, subobscure pellucens.

Vt si quis imaginetur terram rubram pellucere quidem, sed subobscura offundi nubecula. At-

que is sui generis optimus censetur, & quo latius ab hac perfectione reliqui abibunt, hoc minus nobiles iudicabuntur. Virtus Sardii est: 1. Timorem pellere, 2. Audaciam præstare, 3. à veneficiis maleficiisque gestantem asserere. 4. Sanguinem è naribus fluentem compescere, 5. animo lætitiam, ingenio quoq; acumẽ afferre. 6. Et præterea iniurias retundere, vt vel hinc Sardonychas innocuas confirment, quod Sardium complectantur.

3. Chrysolithus est gemma cærulea marinæ aquæ virorem ita præ se ferens, vt aurum in collatione quadam veluti argenti facie cogat albicare.

Selectissima est hæc gemma. Alias dãtur chrysolithi Arabici, qui vario colore ac turbulento conspecti sunt, & Germanici, qui in iugis Mysinacis & conterminis nati splendore sunt ad candidum languido, magis fragiles quam alii. Vires Chrysolithi sunt 1. partibus respirationis adeoque asthmaticis conferre, 2. aduersus pusillanimitatem & contra melancholicos metus stultitiamque esse verum amuletum. 3. Dæmonas prauos pellere. 4. Sapientiam & animi constantiam commouere. 5. Nocturnis pauoribus & molestis intersomniis aduersari.

SECT.

SECTIO IX.

De Rubino & Beryllo.

1. *LApides precioſi octaua claſſis ſunt Rubinus & Beryllus.*

2. *Rubinus eſt gemma rubra in ſpeciem blandæ cuiuſdam ſcintillæ micans.*

Simpliciſſima conſiſtit ſubſtantia. Virtus eius eſt: 1. Viſum ob fortiorem aſpectum Solis debilitatum clarificare. 2. Inſomnia triſtia & meticuloſa arcere. Sunt qui Carbunculis Rubinum annumerant.

3. *Beryllus eſt gemma viridis & lucida: optima & probatiſſima eſt, quæ limpidi maris virorem proxime refert.*

In India naſcitur, ita vt raro alibi oriatur. Sculpitur beryllus plerumque forma ſexangula, quo color alioqui hebes & languidus angulorum excitetur repercuſſu. Decem alias faciunt berylli genera: ſed ſufficiat nobis cum Rueo (quem aliquoties in hac precioſorum lapidum doctrina, propter accuratam explicationem ſecutum me eſſe ingenue confiteor) principem indicaſſe, vel hoc præſertim nomine, quod hac cognita, facile cuiuis fuerit reliquas ſpecies ad iam indigitatæ berylli ſpeciem metiri. Virtus eius eſt, 1. Oculis humentibus, 2. ructibus, 3. ſuſpiriis, 4. iecinoris malis auxiliari, 5. aduerſus

hostium iniurias & contra segnitiem pollere, 6. ingenio prodesse, & 7. coniugatos inuicem conciliare.

SECTIO X.

De Achate & Asterite.

1. *LApides preciosi nona classis sunt Achates & Asterites.*

2. *Achates est gemma varicolor ad croceum colorem seu pellem leoninam tendens.*

Achates quæ apud Indos nascitur, vario colore guttis etiam phœniceis conspersa visitur. Adeo variat colore Achates, vt non facile inuenias Achates eiusdem coloris. Virtus eius est, 1. Venenis pestiferis, araneorum atque scorpionum ictibus aduersari: 2. facundiam & prudentiam præstare: 3. ab aduersa fortuna tutari. 4. visum fouere. 5. Cor recreare. 6. Sitim quando ore continetur, arcere.

3. *Asterites est gemma crystallina, Lunam plene lucentem in sui medietate continens.*

Sicuti autem Carbunculi vires sunt Solares: ita huius gemmæ vires sunt Lunares, vt signatura docet.

SECT.

SECTIO XI.

De Corneolo & Aetite.

1 *LApides precioſi decima claſſis ſunt Corneolus & Aetites.*

2. Corneolus gemma eſt vulgaris minij colore, ſublanguido tamen, ceu videlicet in humanam carnem perſpicuitas perfuſa ſit.

Rheno frequentiſſimus eſt Corneolus: probatur qui puriſſima ac niridiſſima conſiſtit ſubſtantia, colore carneo translucido. Virtus eius eſt, 1. Sanguinem propalam cohibere. 2. liuentes dentes ſuo polline emendare & omnem ab eis detergere ſordem. 3. Iracundum animum placare.

3. Aetites eſt gemma cortice duro, ſcabro & minime leui, in ſe conceptum lapillum habens.

Quod ſi ergo quatitur, ſonitus eum lapillum conceptum manifeſte prodit. Quatuor eius genera refert Plinius: vulgato tamen nomine ſinguli aquilæ lapides vocantur. Nihil igne hic lapis deperdere creditur. Virtus eius eſt, 1. grauidis & parturientibus auxiliari: grauidis ob vteri imbecillitatem fœtum ægre continentibus, quando brachio ſiniſtro alligatur: parturientibus, quando ſiniſtræ coxæ imponitur, vt fœliciter ſine labore & periculo enitatur. (poſt fœtum excluſum tollitur confeſtim ne vterus ſubſequa-

tur) 2. Comitiales iuuare. 3. furem prodere, si quis in pane conditum offerat; fur enim tum panem deuorare non potest.

SECTIO XII.
De Galactite & Hæmatite.

1. *LApides pretiosi vndecimæ classis sunt Galactites & Hæmatites.*

2. *Galactites est lapis colore cinereus, gustu suauis.*

Qui si attritus fuerit, quoddam lacteum de se emittit, vt docet Isidorus. Hic lapis 1. in ore detentus turbat mentem. 2. circumdatus collo vbera lacte replet. 3. Alligatus fæmori dat faciles partus.

3. *Hæmatites est lapis exterius* (a) *rubeus, interius nigricans, vt* (b) *magnetis colorem quadantenus imitari videatur.*

(*a*) Vnde hæmatites tritus sanguinem refert (*b*) Hinc fieri solet, vt quidam pharmacopolæ eum pro vero magnete non raro, damnoso errore, venditent. Est & alius Hæmatites, qui omni ex parte niger est, & venas rubentes intermistas habet: Sed probatissimus habetur, qui puro colore nigricans est, durus, in se æqualis, & nulla infectus sorde, nulloque Zonarum excursu. Virtus eius est, 1. oculis cruore suffusis mire prodesse. 2. Muliebre profluuium sistere. 3. Cum mali punici succo iis, qui sanguinem reiiciunt, conferre.

ferre. 4. Serpentum ictibus mederi. 5. Ex lacte oculos à lachrymis vindicare. 6. ipsos procidentes ingenita vi continere & cohibere.

SECTIO XIII.

De Magnete & Crystallo.

1 *LApides preciosi duodecimæ classis sunt Magnes & Crystallus.*

2. Magnes est gemma ferrum ad se spiritu suo trahens.

Varius est magnes propter colores varios. Alius enim est albus pumici haud absimilis, qui à Troade petitur. Alius ad coeruleum magis inclinat, qui maxime in Aethiopia Zimiri regione arenosa inuenitur. Hic magnetem quoque alium trahit. Alius ferrugineo seu pullo magis colore reperitur in metallis ferreis, qui qua parte cœruleum propinquius refert, acrius trahit. Autor tamen est Diogenianus, probatissimum magnetem argenti adeo similem esse, vt incautos facile fallat. Porro omnibus præfertur, qui maxime trahit, & qui vstus Hæmatitem fere repræsentat. Ferrum quia ipsi nutrimento est, in se ferri Spiritum magnes habet, vt simili nutrimento foueatur. Magnes has habet virtutes. 1. Potus triobolorum pondere ex succo fœniculi hydropicis aquam detrahit. 2. Ferro item intoxicato vulneratis præsenti remedio subuenit. 3. Adusta crematus tritusque sanat, & 4. omnes Martiales morbus attrahendo curat. Martiales autem morbi sunt omnes fluxus mulierum: Deinde

morbi omnes alii, qui à centro in circumferentiam extenduntur. Hos morbos curat magnes centro applicatus. Magneti contraria gemma est Theamedes omne ferrum à se respuens. De hoc lapide quia non plura inuenio, peculiariter de eo tractare nequeo.

3. Crystallus est gemma perspicua, coloris aquei & relucens.

Gignitur in Asia & Cypro, maxime in Septentrionalibus Alpibus: Crystallus si fuerit Solis radiis oppositus, adeo concipit flammam, vt aridis fungis ignem præbeat. Color crystalli aquæ glaciatæ colori examussim respondet. Virtus eius est 1. Sitim & ardorem compescere. 2. Lac in mammis augere. 3. Colicæ passioni mederi. 4. omnium gemmarum tincturas in se recipere posse, vt vel hinc mater gemmarum quibusdam statuatur, præsertim quia Philosophi, qui lapidem Sophorum singulari Dei benedictione adepti sunt, gemmas alias ex eo artificiose conficiunt, & tincturas earum crystallo imprimunt. Vide Lullium de animæ transmutatione.

SECTIO XIV.

De Margaritis & Coralliis.

1 *Lapides pretiosi decimæ tertiæ classis sunt Margarita & Corallium.*

2. Margarita est gemma in ventre con-

chæ

cha marina genita. Dicitur Latinis vnio.

Eſt ergo margarita nihil aliud, quam genitura ſeu partus conchæ margaritiferæ: Nam conchæ illæ certo tempore anni, quando eas genitalis anni hora ſtimulat, ſeſe pandunt quadam oſcitatione: Sitiunt rorem veluti maritum, eius deſiderio hiant, ac roſcido conceptu ſeſe impleri cupiunt. Hauriunt rorem humorem concupitum matrice quaſi hiante, & fiunt grauidæ: deinde pariunt margaritas, pro qualitate roris concepti. Si purum rorem conceperint, candore mirabili vnio apparet: Si vero turbidum rorem conceperint, ſordeſcunt & fœtus. Pallent etiam margaritæ cœlo minante tempeſtates, ſi fuerint conceptæ. Si tempeſtiue hiantes conchæ ſatiantur, margaritæ grandeſcunt: Si tempore coitus fulgurat, comprimuntur conchæ, ac pro ieiunij modo pariuntur vniones. Si tonuerit, pauidæ repente comprimuntur conchæ, & deinde abortus pariunt, quos phyſemata vocant. Ferunt etiam ſi poſt illarum conceptum crebra audiantur tonitrua, illas exſpuere in flumina vniones, ac ſic crebro reperiri in fluminibus, vt volunt in Moſella inter arenas. Porro tempore coitus, ſi vna cum rore incidit in hiantem concham radius Solis, vniones rubedine tinguntur. Propterea oriente Sole margaritæ ſe mergunt. Poſtremo margarita fit clarior, ſi conchæ excipiunt matutini aeris ſemen, id eſt, rorem, quam veſpertini. Excellentia margaritarum eſt in candore, magnitudine, pondere, orbe, læuore. Et in aquis omnis vnio mollis eſt, vt Corallium: Exemptus aere

aere protinus durescit & fit lapis. Margaritæ 1. prosunt contra Syncopen & cardiacam. 2. Spiritus confortant. 3. Valent contra fluxum sanguinis, item contra lienteriam, diarrhoeam. 4. Conferunt visui. 5. Abstergunt dentes. 6. Sanguinem clarificant.

3. Corallium est lapis ramosus ex planta marina aere indurata genitus.

Nascitur in mari potissimum; & humida viscositate, quæ ex alto extracta statim induratur; quasi offuso aere protinus concrescens. Fruticis lapidescentis figuram repræsentat: Vnde Ouid: lib. 4. Metam.

Nunc quoque Coraliis eadem natura remansit,
Duritiem tacto capiant vt ab aere: quodq;
Vimen in æquore erat, fiat super æquora saxum:

Item lib. 15.

Sic & coralium quo primum contigit auras,
Tempore durescit: mollis fuit herba sub vndis:

Sicut lapis lyncurinus ex vrina lyncis aere congelatur: Sic aere corallium in gemmam. Corallium eximitur circumquaque muscosum, & deraso prius ab artifice cortice, suis coloribus perspicue nitescit. Est autem Corallium vel rarum siue porosum, vel compactum & ponderosius. Porosum conspicitur spongiarum instar inane, niueoque candore, idque frigidius est. Compactum magisque lapideum est tum rubrum tum nigrum. Laudatissimum vero est rubrum & ramosissimum, omninoque læue. Hoc 1. homi-

nis male affecti collo annexum pallescit. 2. Sanguinem reiicientibus aut excreantibus medetur. 3. Puluisculus eius oculorum medicamentis conuenit. 4. Item renum & vesicæ calculis pellendis inseruit. 5. Comitialibus insuper vtiliter alligatur & propinatur.

SECTIO XV.

De lapidibus vilibus.

1 *LAPIDES preciosos hactenus euoluimus: Lapides viles sequuntur, qui propter maiorem annexam impuritatem minoris æstimantur.*

2. Hi sunt vel solidi, vel porosi.

3. Solidi lapides sunt qui ex partibus bene inter se compactis constant: vtpote (a) marmora, saxa, silex, pyrites, cos, lapis calaminaris.

(a) Eiusmodi marmora sunt Porphyrites, Abastrites & Ophites. Porphyrites est marmor instar purpuræ rubens: vnde etiam hoc nomine dicitur. Alabastrites est lapis marmoreus, mellei maxime coloris in vertice maculosi: quo antiqui ad vasa vnguentaria & alia vtebantur. Qui vero hodie in simili vsu est, notissimus læuore pellucido venis subnigricantibus, gypsi potius materia, quam Alabastritæ species est. Ophites est lapis marmoreus, Porphyritæ instar durissimus,

mus, viridi ſaturatus colore ſimilibus maculis reſperſo. Prodeſt Ophites lethargo, dolori capitis, & ictibus ſerpentium. Lapis calaminaris inſeruit mutationi cupri, quando ex eo aurichalcum fieri debet: Multum etiam facit ad exſiccationem vulnerum antiquorum, quando nimio humore ſcatent.

4. *Poroſi lapides ſunt, qui ex partibus cauernoſis non bene inter ſe compactis conſtant, vt ſunt, tophus & pumex.*

Tophus inæqualis & arenarius lapis eſt: pumex ſpongiæ inſtar fiſtuloſus lapis eſt & rarus.

CAPVT VII.

De Mineralibus mediæ naturæ.

1 *MINERALIBVS extremæ naturæ expoſitis ad mineralia mediæ naturæ deſcendimus.*

Etſi ante metalla & lapides mediæ naturæ mineralia referri alicui videri poſſint, quia metalla ex iis orta putantur: vt ingenue aſſerit & fatetur Baſilius Valentinus lib. de microcoſmo: tamen placuit poſt metalla & lapides ea explicare.

1. Quia licet metalla ex quibuſdam mineralibus mediæ naturæ fieri conceſſerim, tamen metalla ex omnibus indiſcretim confieri falſum eſt.

2. Quia mineralia mediæ naturæ non per ſe

materia

materia fiunt metallorum, sed quatenus principia metallica Sulphur & argentum viuum sibi includunt.

3. Quia permulta à metallis per Salium & Sulphurum opem oriuntur.

2. *Mineralia mediæ naturæ sunt, quæ neque metallis, neque lapidibus annumerari possunt.*

3. *Eaque vel sunt primaria, vel secundaria.*

4. *Primaria mediæ naturæ mineralia sunt Vitriolum & Antimonium.*

Dicuntur primaria, quia de principiis metallicis plus participant, quam reliqua mineralia. Vnde beneficio Vitrioli ferrum in cuprum facile transmutatur: Et Antimonium auri matrix & vena habetur, plumbumque & alia metalla reddit, ac proinde in Antimonio primordia metallorum iacent, vt sit tanquam seminarium aut plantarium tincturæ Sapientum.

5. *Vitriolum est minerale mediæ naturæ primarium, habens acorem virosum & stypticum cum dulcedine coniunctum. Dicitur alias Chalcanthum: vulgo atramentum sutorium.*

Magna sine vis & eximia virtus est vitrioli, vt etiam in vno hoc minerali indiuiduo apposite & exquisite præparato, & in internas vitalesque partes omnes dextre dissecto non tantum tincturam Veneris, sed etiam integram pharmacopei officinam comperire liceat: Siue enim præparan-

di sint omnibus modis humores, siue quæ crassa & tartarea sunt, attenuanda sint, tenuia incrassando, impura expurganda, superuacanea per vrinas, sudores, alui excretionem, vomitum vacuanda, siue obstructa penetranda & reseranda sint, siue fuerit omnibus modis naturalis calor instaurandus, in hoc eodem vitriolo rimari liceat auxilia: quin & idem ipsum verum omnis generis doloribus sedandis opportunum anodynum deprehenditur, omniumque venenorum ac exitialium humorum alexipharmacum, nec non omnium inflammationum, ardorumque febrilium extinctor & moderator est, si modo artificio Philosophico rite præparatum fuerit. Vitriolum inter Salia non minimum sibi vendicat locum, quia præ omnibus aliis Salibus acetum terrestre possidet, quod omnium rerum terrestrium fermentationem cum aqua mixtum inducat: cuius aceti tanta vis est, vt attollat & excitet pastam naturæ ad inuehendam rerum transmutationem & productionem, ac proinde id, quod haud satis maturum est, ad maturationem disponat, Spiritus vehementes constringat & soluenda corpora diuidat. Multa autem habentur vitriolorum genera. Quod ex Anglia & inferiore Germania aduehitur cœrulei coloris, non vsquequaq; laudabile est. Vngaricum vero inter præstantiora ac meliora habetur. Vt autem bonitatis fiat periculum, admoueatur aut affricetur cultro: si suo tactu cultrum rubeo, hoc est, cupreo colore inficiat, laudatissimum ac optimum habetur: Constat enim in occultis suis visce-

is visce-

is visceribus Venerem inclusam continere, cuius contactum Mars statim amplectitur: vsque adeo magna est inter vtrumque metallum sympathia ac consensus. Inter optima Romanum quoque vitriolum censetur, si sincerum nec adulteratum ad nos afferretur: Quod enim aduehitur, vitriolica sua Ochra, qua semen auri in se se conclusum habet, sæpenumero spoliatum est. Alioqui sincerum magno pretio venditur, vt quod nisi coronato libra prostet. Sed omnium præstantissimum est Cyprium Saphyrini coloris, quæ lunaris est tinctura in internis Lunæ partibus. Quæ quidem Luna perfectionem Solis seu auri cominus æmulatur, quo, vt eiusmodi vitriolum maiorem cum auro consensum ac societatem habeat. Hinc fit vt etiam veri Philosophi ex Cyprio vitriolo, Saphyrini coloris, menstruum aut dissoluens vtriusque luminaris maioris, hoc est, auri & argenti norint extrahere: quod ex aliis vitrioli generibus citra additionem fieri nequit: Cyprium enim vitriolum magnam Solis quantitatem in se continet, quod eius supra alia precium auget, vt non nisi tribus aut quatuor aureis nummis singulæ libræ diuendantur. Vide Quercetan. cap. 30. tetrad.

Præterea datur & vitriolum album, è quo excellens vomitiuum Chymici præparant.

6. E vitriolo parantur primo Spiritus, Oleum, & Sal.

Spiritus est substantia vitrioli subtilissima, li-

quidissima, & efficacissima: in quam virtutes in oleo & Sale eius comprehensæ & conclusæ spiritualiter diffunduntur eo fine, vt facilius intima viscera cum singularis adiumenti sensu penetrare queant. Summum arcanum est in Epilepsia, paralysi, spasmo, lethargo, & similibus morbis: suffocationibus matricis medetur, oppilationes aperit, restringit calores præternaturales, ventriculum roborat. Si quæsiueris, vnde hanc vim & efficaciam habeat, vt tot morbos solide curare & propulsare possit: Resp. id fieri tribus de causis.

1. Quia summe penetratiuus est: ac proinde subtilissimos spirituum meatus permeare, in iis materiam obstruentem dissoluere, dissipare atque per secretos poros disiicere nouit. Vnde fit, vt Paracelso summum arcanum pro caduco dicatur esse in vitriolo, non in oleo, sed in volatilitate, id est, Spiritu vitrioli: ideo volatilitas, ait Paracelsus, non est reiicienda, sed cum oleo tertio aut quarto igne fortissimo destillanda, pellicananda aut retortanda: Tum enim oleum acquirit naturam volatilem. Sola namque volatilia astris imperant.

2 Quia est magnum & validum coagulans: vt vel inde optime & facilime fumos, vapores & spirituosos habitus ac malignos multorum morborum fomites coercere & coagulare possit.

3. Quia aciditas in Spiritu vitrioli est instar magnetis, vt vel hinc ipse Spiritus vim habeat attrahendi, domandi, euincendique acidos illos me-

los melancholicos ac vitriolicos animalis Spiritus, qui multorum morborum sunt artifices & autores. Spiritus vitrioli habet & facultatem soluendi & coagulandi. Quando igitur Spiritus vitrioli humorem reperit in forma resoluta seu vaporosa ac volatili, eum aciditate sua & interna vi coagulat: Quando incidit in humores coagulatos, crassos, & concretos, eosdem incidit, resoluit & liquefacit vi resolutiua, qua identidem pollet.

Oleum vitrioli est liquor terrestris, acris, pungens violentissimo igne ex Colchotare per retortam destillatus. Colchotar est vitriolum in rubedinem per fortem calcinationem deductum: habet vim exulcerandi. E vitriolo ferri & cupri si oleum destillatur vulgari illo & cognito modo, illud erit longe maioris efficaciæ & virtutis, quam si è vitriolo communi. Oleum hoc 1. digestionem promouet, ac proinde debilem ventriculum corroborat. 2. Salutariter vtimur eo in calculo & arena. 3. in ictero. 4. in peste, 5 in febribus stomachi. 6. Externe alopeciam, & vnamquamque tineam tribus diebus illinendo per se curat. 7. Tollit omnem serpiginem, scabiem, pruritum, & quicquid cuti solet adhærere, tentiginem prauam, syrones, &c. Si per debitam digestionem in dulcedinem redactum fuerit oleum vitrioli, eo efficacius operabitur, & vires suas exeret.

Annotatio.

Proprie dicendo non oleum est hic liquor: sed à Spiritu vitrioli nihil differt, nisi quod ipso Spiritu sit crassior, & penetrandi facultate à Spiritu superetur. Oleum omne facile inflammatur: Id vero, quod oleum vitrioli vulgo dicitur, inflammationis capax non est: Sed quia vulgo Chymicorum ita appellare placuit, retineo eius nomen, vt Chymici me intelligant.

Sal vitrioli est Sal, quod ex Colchotare conuenienti liquore educitur: appellatur Angelo Salæ vitriolum albificatum: Mindetero Alcali de colchotar. Est optimum vomitorium detersiuum, dicente Sala, ad purgandum pectus & stomachum ab humoribus phlegmaticis & viscosis.

Cæterum pro varia dispositione varia remedia ex vitriolo confici queunt: quæ varia obtinent nomina: sed si composita non fuerint, ad tres illas principales vitrioli partes facile reduci possunt.

7. *Secundo phlegma & caput mortuum*, è quo Spiritus, oleum & Sal extracta fuerunt.

Phlegma aliquid aciditatis adhuc continet, sed tamen non vsque adeo efficaciter operatur. Vtuntur autem eo Chymici ad essentiarum extractionem, præsertim earum, quæ in

com-

compoſitionem cum vitriolo ad certum morbi genus propulſandum abeunt. Sic in phlegmate vitrioli ſolemus macerare ſimplicia antepileptica, atque horum virtute illud imprægnare, vt ſi vitriolum contra Epilepſiam præparare nobis proponamus, mediante phlegmate, quod antepilepticis virtutibus imprægnatum eſt, remedium ex vitriolo acuamus & confortemus. Caput mortuum alias dicitur terra vitrioli mortua, colchotar dulce, indulcatum, dulcificatum, quod inſperſum manantia ſanat vlcera, Eryſipelas vlceroſum cohibet, & noua Epidermidis deperditæ ſuperadditione afflictam partem veſtit, perniones & quasvis cutis intertrigines redintegrat, vlcerum ſerpentium ac ex humorum acrimonia aut Salſedine cutem erodentium ferociam domat, Synouiam, vulgo das Gliedwäſſer/ reprimit cum albumine oui ſuperimpoſitum, hæmorrhagias vulnerum & cruenta ſiſtit ſtiliicidia venis ſanguinem fundentibus applicatum. Mindererus de Chalcant. p. 57.

8. *Antimonium eſt minerale media naturæ primarium, durum, terreſtre, fragile, conſtans ex Sulphure & Arſenico turbido & (a) hydrargyro magis terreo, natura volatilis, halitum mediante igni edens fœtidum & niueum.*

(a) Antimonium corpus suum ex Mercurio assumit, estque natura Mercurii crassissima, postquam expurgatur. Vires etiam & virtutes Mercurii omnes retinet. Ex fructibus ergo omnibus, de tribus primis exeuntibus, nullus est qui Mercurii vim antimonio apertius retineat: nihilque est aliud quam coagulatus Mercurius per Spiritum Salis, & Sulphur: nisi quod Mercurius crassus sit asperque, quia non ex subtili natura Mercurii oritur, vide Paracelsi. libr. 4. philos. de Elemento aquæ, capit. 5. Antimonium in se vires fere imperuestigabiles continet, id est, omnes & singulæ virtutes antimonii vix explorari, & peruestigari humana industria possunt. Purgat aurum, ac per hanc virtutem etiam omnia alia, quæ sunt immunda, præsertim vero hominem, atque inde omnium morborum cura in antimonio delitescit, si modo via nobis constaret, qua eius occultæ vires ex orco tenebrarum eius in lucem apricam produci possent. Antimonium, ait Paracels. libr. 6. Archidoxis pagin. 48. curat leprosos, morphæam, alopeciam, omnes scabies & cicatrices, leoninam, Elephantiam, Tyriam, &c. Antimonium, ait idem capit. 11. lib. de cura vulnerum, virtutem admirabilem possidet in curationibus vulnerum, quibus accidentia corporalia mixta, vt fistula, cancer, lupus, &c. Confer & lib. 2. chirurgiæ minoris cap. 7.

9. Principia

9. Principia & partes Antimonij sunt Mercurius, Sulphur & Sal.

Mercurius est argentum viuum ex Antimonio beneficio tartari, mediante debita ἐγχειρήσει extractum: quod vulgi Mercurio in colore, pondere & qualitatibus exquisite conuenit. Sulphur est substantia Antimonii, per quam est maxime φλόγιστον & inflammabile, cuius ratione in oleum per additamentum conueniens antimonium commutari potest: alias per se in oleum, quocunque modo ignem tuum disposueris, non abiturum est. Sal Antimonii præstans est in reserandis hepatis aut lienis obstructionibus, colicisque doloribus medicamentum. Hæmatosin quoque Epatis mirabiliter auget. Vide Bornett. p. 94.

10. Ex Antimonio solent præparari flores albi & rubri, Regulus, Tinctura, aliaq; plura medicamenta.

Quæ vide in mea Alchymia Philosophica.

11. Mineralia mediæ naturæ primaria fuerunt: Secundaria sequuntur: quæ sunt trium generum.

12. Sub primo genere comprehendo Sal commune, Sal Armoniacum, Sal gemma, Sal nitri, & Alumen.

13. Sal commune est, Sal cuius vsus est in condiendis cibis.

Huiusmodi Sal fit ex aquis marinis, fluuialibus, lacustribus, salsis fontanis, putealibus, item ex muria natiua fontium, vt in Hallis Saxonum,

in salinis Thuringiæ & Hassię ad Altendorphium & Niddam: Effoditur etiam in Polonia Wiliciæ & Bochniæ. Sal commune, sal marinum appellatur: quia vel ex mari ipso, vel ex fluuiis è mari scaturientibus oritur & promitur. Quando aqua maris salsa per poros terræ destillatur, & multa milliaria per angusta loca & arenas transit, aqua dulcoratur, & fontes dulces causatur. Quando vero in aliquibus locis pori & meatus terræ sunt maiores & ampliores, per eos aqua salsa erumpit, vnde postea salis fodinæ, salis fontanæ habentur: vt Naumii prope Fridbergam in Weterauia: in quibusdam etiam terræ locis, vt in arenis relinquitur, quando aqua in alios terrę poros sudat, vt in Polonia dictis locis. Confer Sendiuog. tract. de Sulphur. pag. 14. Sal crudum, omnium condimentorum condimentum, ait Crollius, omne stomacho insuaue, insuetumque suaue & nutritioni aptum facit, & cum putredinem nesciat, maxime omnia à putredine vindicat, & naturali corpori salutare, humanæ naturæ adeo conducibile, vt sine eo viuere nequeamus: corporibus inditum quicquid adest humidi absumit, & quod reliquum est, solidæ substantiæ adstrictione contrahit; vnde corpora condita siccat & à putredine vindicat. Das Saltz / ait Basilius Valentinus clau. 4. ist ein Erhalterin aller Dinge / vnnd bewahret für Fäulę. & in lib. de microcosmo: Jn dem Saltz stecket ein Geist / welcher alle anderę Balsama in ihrer Würde vnnd Statu beschützen muß.

14. E sale communi elicitur spiritus potens.

Qui

Qui 1. leprosos & alios tam virorum, quam mulierum morbos in vino sumptus sanat & sanguinem purificat, 2. hydropem pellit in aqua absinthii, 3. in aqua lauendulæ, maioranæ, saluiæ caput confortat. 4. Cor in aquis cordialibus frigidis, violarum, rosarum, item Borraginis, Melissæ corroborat. 5. Cibi appetentiam cum aqua Menthæ auget. 6. Hepatis defectibus in aquis cichorii, lactucæ, cardui benedicti medetur. 7. Spleni confert cum aquis Endiuiæ, portulacæ. 8. In peste prodest ægro cum aqua appropriata cordiali, 9. pellit sudorem Anglicum. 10. Renes & vesicam expurgat & calculum rumpit, 11. in aqua Artemisiæ lumbricos pellit. 12. Colicam tollit. 13. Febres extirpat, 14. Icterum sanat, 15. Iliacam, Dysenteriam, paralysin, Apoplexiam, podagram in aquis appropriatis curat. 16. Vlcera interna etiam sanat. Vide Croll. Basil. Chym. p. 151. 152.

15. *Sal Armoniacum est sal volatile, amarissimum, sub arena ardentissima in Cyrenaica erutum.*

De hoc Sale ita philosophatur Basil. Valentin. Der Salarmoniac ist nicht der geringste Schlüssel mit auffzuschliessen die Metallen/ darumb wirdt er einem flüchtigen Vogel vergliechen von den Alten/ ohne bereitung ist nicht viel mit jhme außzurichten: dann er zerstöret sonst / vnnd zerbricht die Metallen mehr dann er gut macht / vnd führet sie mit durchs Rauchloch. Die Tinctur vnnd Farbe der Mineralien vnd etlicher Metallen / kan er aufführen mit seinen geschwinden Federn / biß auff das Gebirge/ da man

da man viel Schnee zufinden pflegt in der grossen Wärme deß Sommers. Da er mit dem gemeinen Saltz aufgetrieben wirdt/ so reiniget er sich/ daß er klar wird/ vnnd sauber zugebrauchen. Wer da vermeinet auß diesem Saltze/ so gantz flüchtig ist/ Metallen zuverändern/ der trifft es warlich nicht/ dann soviel ist jhme nicht verliehen: Aber Metallen zuverstören/ vnd solche zu der Veränderung geschickt zumachen/ da findest du Meisters gnug an jhm: dann ohne Bereitung kan kein Metall verändert werden. Mein höchste Kunst/ so in mir steckt/ kan durch sublimiren vnd cementiren / auß mir gebracht werden: Allein die höchste Heimlichkeit finstu / wann ich mit der Hydra vereiniget/ daß ich von jhr auffgefressen vnnd verschlungen werde / daß ich mit jhr zu einer Wasserschlangen worden / so habe ich der Nymphen Bad bereitet/ vnnd Macht vberkommen/ deß Königs Krone zufertigen / daß solche mit Edelgestein gezieret/ vnd jhm mit Herrlichkeit kan vffgesetzt werden/ id est: Salarmoniacū non est contemnenda clauis resoluendis metallis apta. Qua de re ab antiquis Philosophis volanti aui assimilatur. Non vero est magni vsus si crudum & haud præparatum adhibetur: potius enim hac ratione metalla destruit, & ad philosophica opera reddit inidonea, vtpote quæ per fumarium in auras euehat. Tincturas & colores mineralium & quorundam metallorum per suas alas in alpes niue etiam media in æstate obsitas extollit. Istud Sal à communi Sale sublimatum purgatur & clarescit in multos vsus administrandum. Qui per hoc Sal volatile metalla in meliores & perfectiores

natu-

naturas metallicas transformare attentant, longe à vero scopo aberrant: tantum enim potestatis non habet. Verum sat virium obtinet in metallis destruendis, & iis ad transmutationem præparandis: nam sine præparatione nullum metallum mutari potest. Summa salis istius volatilis vis per sublimationem & cœmentationem prolicitur & educitur. Summum ipsius mysterium deprehenditur, quando cum hydra coniungitur, & ab ipsa deuoratur, adeo vt cum ipsa in hydram abeat. Tum Nympharum balneum parauit, & vires acquisiuit regis coronam perficiendi, vt ea gemmis exornata regis capiti cum honore summo imponi possit. Sal armoniacum sal scissile est: vocatur & sal sagaraicum, cuius Dioscorid. lib. 5. cap. 75. primo loco meminit, quod sit candidum, vacans calculis, perspicuum, æquali parte dentum, simile colore alumini, quod Schiston vocant, longis glebis.

16. Sal gemmæ est sal fossile, è fodinis erutum, instar crystalli translucens & candidum.

Sal acetosum Paracelso dicitur lib. de tribus primis Essentiis cap. 2. Appellatur Sal gemmæ, quia clarum est vt gemma. In Cappadocia modo specularium lapidum nascitur. Vires habet Salis Armoniaci. In Transyluania effoditur sal viride, crystallinum, quadratum habens corpus, quod etiam Sal gemmæ nominatur.

17. Sal nitri est Sal sulphureum spiritu acido præditum, qui impuritatibus exutus

terre-

terrestribus dissoluit corpora, & coagulat spiritus.

Haud secus ac coagulatur ab eo ipsum Sal petræ. Mirandum hoc est. Videmus enim sal sulphureum atque igneum, flammamque concipiens, in aqua coagulari, in qua reliqua salia dissoluuntur. Fit vero & componitur ex terra matre eius, quæ id producit: vel ex cœmiteriis, fimetis, aut eius generis terris & liquoribus pinguibus, animaliumue vrinis inebriatis potius, quam è terra macilenta, exucca, vel pluuiis aliaue simili causa humore illo radicali exuta. Ex terra columbariorum, columbarumque fimo omnium copiosissime extrahitur: & tale nitrum euadit optimum, cæterisque omnibus præstat; quod notatu dignissimum. Generatio Salis nitri ex Paracelsi vera opinione hæc est: Die Erde hat in jhr den Balsam deß Saltzes / durch welchen sie erhalten wirdt. Nun reiniget sie sich von dem Excrement / das ist / sie scheidet den Wust von jhr / welcher nachfolgend in die Wasserklüfft kompt. So er aber kein Wasser begreifft / sondern kompt an den offnen Tag / so wirdt er von Lufft vnd Sonnen verzehrt: So er aber in die Hölen kompt inwendig der Berge / daß er Lufft / Sonn vnd Wasser nicht gnugsam empfindet / so gehet er in ein Gewächs. Wie dann ein jeglicher Leib ein Form haben muß: Also ist sein Form / daß er in ein langen Zapffen wächst / hol / weiß vnnd spitzig vnten auß / vnnd je näher der Wurtzel / je breiter / dicker vnnd stärcker. Also entspringt der Salpeter auß dem Balsam deß Saltzes / durch

zes/daß die Erde in jhrer Gesundtheit behelt/vnnd ist ein Excrement von demselbigen Balsam. Hoc est: Terra in se Salis balsamum, quo conseruatur, habet, ac dum se ab excremento purgat, à se impuritates separat, quæ postea in loca aquosa feruntur. Hæ si nullam aquam apprehendunt, sed luci prostituuntur, ab aere & Sole consumuntur: Sin vero cauernis montium inseruntur, aut aerem Solem & aquam haud sufficienter sentiant, acquirunt formam: vt vnumquodque corpus formam habere oportet: Ita ipsarum forma longam, albam, cauam & interius acuminatam stiriam imitatur: & quo origini radicique suæ sunt propiores, eo latiores, densiores & crassiores. Sic sal nitri, seu Sal petræ ex balsamo salis terram in suo vigore conseruantis oritur; & est excrementum eiusdem balsami. Hæc Paracelsus cap. 6. lib. 2. chirurg. magnæ, tract. 2. Huius Salis nitri tanta est præstantia, vt vix satis deprædicari possit. Nitri, seu salis fusilis, ait Crollius Basil. Chym. pag. 154. vires reconditæ à filiis Hermetis semper in magno pretio fuerunt habitæ. Sal petræ, ait Quercetanus cap. 4. lib. 1. de med. prisc. Philosophorum, præcipua est clauis, atque primarius ianitor, qui aperit corpora durissima, solidissimaque tam lapides quam metalla, ipsumq; adeo Solem & Lunam redigit in liquorem cum aqua propria, extracta ex tota massa absque separatione maris aut fixi. Et quemadmodum spiritualia reddit, atque volatilia omnia corpora metal-

metallica: ita & econtra virtutem habet fixandi & incorporandi ſpiritus etiam ſumme volatiles. Iam quis non miretur vel potius obſtupeſcat, cui conſtat Sal petræ tanta promptitudine concipere flammam, per quam in aerem & fumum exhalet: Interim videat liquidum atque fuſum manere in crucibulo igneo, conſtituto in centro flagrantiſſimorum carbonum, in quo tamen licet ardentiſſimo nec flammam concipiat, niſi flammæ aut ignis admotio fiat ad tactum, & quod magis, cum naturæ adeo ſit volatilis; fixatur tandem, nec patitur ab igne, nec reformidat vel violentiſſimum, quem tamen nec ferre poterat antea, nec vlla ratione pati.

Ex Sale nitri paratur, I. Spiritus cuius vſus eſt in colica, pleureſi & prunella. II. Sal prunellæ, quod Chymici anodynum minerale appellant. Huius vſus eſt 1. in omnibus inflammationibus ſedandis, 2. in vrinis & ſudoribus mouendis atque pellendis, 3. in extrahendis & tollendis venenis peſtilentiæ. III. Balſamus ſimplex, qui eſt remedium ſpecificum ad omnes febres extinguendas.

18. Alumen per ſe notum eſt. Plinio appellatur ſalſugo terræ, ex aqua limoque concreſcens.

Inuenitur id aut per ſe in ſua vena, aut ex aquis mineralibus excoquitur in cortinis plumbeis ad ſpiſſum poſteaque coagulatur in cupis ligneis, aut ex terra & lapidibus aliiſue mineralibus extrahitur

trahitur & præparatur. Eius aqua est fundamentum, quo Chirurgi omnia vulnera, si primum ex ea lauantur, ab omnibus malis accidentibus præseruare possunt. Alumen vstum inseruit detergendis & exiccandis vlceribus. Alumen est, vel candidum, vel nigrum. Candidum est liquidum aut spissum. Liquidum molle, pingue, & limpidum existit, cui immersa charta etiam pessima, & siccata atramentum retinet, ne perfluat. Spissum vel rotundum est vel scissile: illud formam habet Sacchari: hoc in capillamenta quædam canescentia dehiscens videtur. Nigrum in Cypro inuenitur, quo purgatur aurum. Vide Magir. Phys. lib. 5. c. 3. paragr. 17. & seqq.

19. Primum genus mineralium secundariorum fuit: Secundum genus sequitur, quod in se Sulphur & bitumen complectitur.

20. Sulphur est pinguedo terræ per temperatam decoctionem inspissata vsq; dum indurata & exiccata fuerit.

Si rem acute consideras sulphur generatur ex purissima terræ siccitate, in qua modis omnibus prædominetur ignis: Rulandus in Lex. Alchymiæ pag. 453. Sulphur aliud natiuum est, aliud factitium. Natiuum foditur in fodinis. Factitium arte præparatur & perficitur, vnser gemeiner Schwefel. Sulphur, hoc est, rubrum vel flauum. Sulphur rubri coloris habet multum arsenici & realgaris, & in medicinam non debet adhiberi. Sulphur flaui coloris admirandas possidet virtutes. In Sulphure, ait Paracelsus lib. 3. de vita longa cap.

7. balsamum est, de quo nemo non variarum artium studiosus meminisse debet: nam in eo sunt liquores balsami, qui neque viuum, neque mortuum quicquam putrescere sinunt, sed corpus ita conseruant, vt nulla influentia, neque naturalis corruptio impressa in corpore deprehendi possit. Præterea apertam habet signaturam pulmonum: vnde affectibus earum rite præparatum medetur.

Ex sulphure præparantur 1. flores, qui in omnibus morbis efficaci exiccatione opus habentibus offeruntur, sudorem in lue venerea promouent, asthma, tussim antiquam & recentem, catarrhos pectorales phlegmaticos, pleuresin, colicam curant: Eorum vsus etiam est in apostematibus & putrefactionibus corporis, præsertim in omnibus febribus, peste & Epilepsia: impediunt calculi generationem, vinum conseruant, si illi misceantur: Menses promouent: igitur grauidis temere non offerantur. 2. Lac, quod balsamum est humidi radicalis: confortat vires naturales, purificat sanguinem ab omnibus impuritatibus, atque ab Apoplexia, conuulsione neruorum, lue venerea, lepra, asthmate præseruat, tollit & exiccat fluxus capitis, confortat cerebrum, ventositates ventriculi, & colicam impedit, phthisicos oculariter iuuat. 3. Oleum seu liquor acidus, quo margaritæ & corallia dissolui, mercuriusque seu argentum viuum coagulari potest ad varios vsus. Facit hic liquor ad obstructiones pulmonum, ad gangrænam, fistulas, aphthas, hydropem, dentes infectos, &c. Febres ventri-

ventriculi, calculum, apostemata. 4. Crocus, qui verum hepatis instauratiuum est, eiusque conducit imbecillitatibus, & omnibus aliis morbis, qui inde oriuntur, quales sunt cachexia, fluxus hepatici, hydropises & similes.

21. Bitumen est succus terræ, lentus, tenax, pici similis, facilime ignem concipiens. Magir. lib. 5. c. 3. phys. Petip.

Dicitur Germanis, Bergwachs.

22. Bitumen est, vel durum, vel liquidum.

23. Durum, quod fortius concretum & tenax est instar terræ glebæ & carbonum. Huius generis sunt Asphaltus, Pissasphaltus & Succinum.

24. Asphaltus est bitumen nigricans pici simile, sed durius & magis inspissatum, splendidius & minus male olens.

25. Pissasphaltus est bitumen quodammodo nigricans, magis terreæ concretionis.

26. Succinum est subtile bitumen vi caloris bene temperati à suis fecibus repurgatum & destillatum in subterraneis cauitatibus, frigoreq́; aquæ induratum.

Germanis appellatur Börnstein / Agstein: in officinis pharmacopœorum Carabe. Succinum admirandis pollet virtutibus: Ad se instar magnetis attrahit arida arborum folia, stipulas, plumas, fila, & similia, dum modo motu & attritu in panno laneo calefactum fuerit. Ob-

structiones cerebri tollit, catarrhosque consumit. Odor ex eo dimanans ad gestantes, vertiginem, melancholiam, & dolorem capitis mitigat: Gurgulionis laxitatem & elongationem corrigit, prægnantibus mire confert, innumeraque alia in corpore humano præstat, de quibus legere poteris Medullæ destillatoriæ Conradi Khunrath tract. 9. part. 1. Succinum aliud est album, aliud flauum, aliud nigrum. Album cæteris omnibus præstat: Flauum vero nigro. Ex succino paratur, 1. *Oleum*, cuius vsus est præstantissimus in peste apoplexia, paralysi, epilepsia, spasmo, calculo, difficultate pariendi, frigidis defluxionibus capitis, suffocationibus, præcipitationibus & strangulationibus vteri, deliquiis animi, palpitatione cordis, febribus, retentione vrinæ, doloribus dentium, in icteritia, colica, expulsione secundinæ, mensium retentione, in contractura & vomitu, in cerebri stupore, visus debilitate & punctura lateris. 2. *Sal sublimatum*, quod est diureticum efficacissimum.

27. *Bitumen liquidum est, quod vt oleosus liquor diffluit: Cuius species præstantiores sunt Naphtha & Ambra Arabica.*

28. *Naphtha est bitumen liquidum, olei lentore & crassitie tantam vim ignis habens, vt ignes è longinquo ad se trahat & inflammetur.*

Dioscorides lib. 1. cap. 84. Naphtham à Babyloniis vocari dicit colamen bituminis, & esse seu

inueniri

inueniri candidam & nigram. Naphtha candida est petroleum, quod ad nos, licet corruptum, ferunt agyrtæ. Nigra forsitan est illa Amiani picea & glutinosa Naphtha, bitumini persimilis, quæ flagrans nulla alia re extingui potest, quam puluere iniecto.

29. Ambra est bitumen flagrantissimum, vt cum preciosissimis conferatur mercibus.

Nascitur circa Sichrim Arabiæ felicis oppidum.

30. Tertium genus secundariorum mineralium proponit terras minerales, vt Auripigmentum, Sandaracam, Gypsum, Cretam, Argillam, Terram sigillatam, Terram Armeniam.

31. Auripigmentum est terra mineralis lutei coloris, præsentissimumq; venenum.

Dioscorides duo huius genera ponit, aureum & pallidum siue croceum: illud est optimum, hoc deterius. Ex auripigmenti aurei portiunculis admisto sale fit arsenicum album: è quo Chymici præstantissima remedia contra vlcera maligna & cancrosa præparare, atque illud corrosiua sua natura exuere, crystallinaque puritate donare optime norunt. Quantum ad medicinam, ait Paracelsus cap. 9. de Arsenico Tom. 7. pagin. 146. Arsenicum esto crystallinum, ponderosum, durum, bene putum ad lacteum colorem tendens,

32. *Sandaraca est terra rufa, cinnabaris colore, nonnihil ad luteum vergens, in metallicis venis plerumq; cum auripigmento redolens sulphuris virus.*

Scaliger exercitatio. 104. sectio. 22. arbitratur Sandaracam esse excoctum arsenicum, vel ab arte, vel à natura, & quæ ab arte fiat, longe esse rubicundiorem, quam quæ à natura facta effodiatur.

33. *Gypsum est terra candida, lævis, tenax, quæ ex summa tellure effoditur.*

34. *Creta est terra tenax albissima, in insula Creta fossilis.*

35. *Argilla est terra pinguis & lenta, è qua fiunt figulina vasa.*

Prope Brunsfelsium, quæ vrbs vnum tantum milliare à Wetzflaria distat, argilla effoditur eandem fere naturam habens cum terra sigillata. Sic & inter Rheershainiam & Zigenhainiam Hassorum locus datur, in quo argilla ad eosdem vsus nascitur.

36. *Terra sigillata, seu Lemnia est portio terræ valde rubens in insula Lemno effossa, & Dianæ Sacerdotis sigillo obsignata.*

Effoditur & hodie in Silesia terra non deterior, quæ appellatur terra Strigensis. Venenis potenter resistit.

36. (a) *Terra Armenia est portio terræ in Armenia*

Armenia effosa, colore rubeo, (b) *egregie siccans.*

(*d*) Dicitur & bolus Armenus, (*b*) igitur omnis generis fluxionibus sistendis optime conueniens est. Præsertim vero vtilis ad catarrhos, ad sanguinis expuitiones, pulmonis vlcera, ad dysenteriam, ad profluuia ventris: præcipue etiam valet ad affectus pestilentiales. Quod si phlegma acidum terà Bolo in tenuissimum puluerem redacto in balneo abstrahitur, bolus in oleum perpingue conuertitur. Hoc oleum lentissimo igni exiccati & in puluerem reduci potest, qui ad cohibendum sanguinem vndecunque prorumpentem, & ad vulnera conglutinanda est aptissimus.

HERMETICÆ PHYSICÆ

LIBER IX.

DE VEGETABILIBVS.

CAPVT I.

De Vegetabilibus in genere.

1. *POstquam* ζωϊθεῷ *mineralium doctrinam absolui, recta ad vegetabilium explicationem progredi animus est.*

2. *Vegetabilia sunt corpora in terra radicem agentia, atque id, quod ex radice sursum pullulat, in aerem insita vi adiuuante & promouente calore externo producentia.*

Dicuntur alias notiore nomine plantæ. Insita vis, qua vegetabilia è radice in aerem id, quod in semine & radice latuit, promouent & eiiciunt, est balsamus innatus, seu humidũ radicale astris potentibus imprægnatũ. Hoc si externo calore mouetur, sciẽtias quibus instructum est, ad actũ producere, astrorumq; insitorũ vires luci prostituere, iisque

iisque quia spiritualia sunt, corporeitatem ex Elementis inducere molitur, ac proinde nutrimentum ex aqua & terra vegetabilibus poscit, vt hinc in radicibus ipsorum illud digeratur, ex iis sibi astra & virtutes imprimat, partim conseruationi radicum inseruiat, partim abundantibus virtutibus, potentibusque tincturis impraegnatum ex angusto radicum corpusculo, in quo propter paruitatem diutius se continere haud potuit, se proripiat, nouam formam assumat, atque vel in herbam, vel arborem, vel fruticem abeat.

Axiomata.

I.

Omne quod vegetatur, actu viuit.

Vita enim est balsami innati per calorem conuenientem promotio ad habilitandum & disponendum corpus in hoc, vt aliunde nutrimentum instar magnetis sibi attrahere, atque in eo sui conseruationem, propagationemque obtinere possit. Balsamus innatus calorem in se habet: Calor ille quamdiu ab extraneo calore non mouetur & accenditur, suppressus manet, nec humorem corporis sui depascere valet: Quando vero aliunde excitatur, pellit humorem in corpore suo, eumque foras protrudit, ita vt nisi alius substituatur, & in eius locum prouehatur, semen balsamicum virtualiter in balsamo comprehensum non haberet materiam, in quam se insinuaret, atque per quam se orbi vniuerso patefaceret: Vnde fit, vt dum humor ille ingenitus foras truditur, subiectum eius; quod sui conser-

uationem iure appetit, magneticam vim induit ad suscipiendum nutrimentum conueniens, vt ex eo & defectus humoris exeuntis resarciatur, & ex abundantia eius in corpus maius seminali virtute imbuendum excrescat.

II.

Illius quod vegetatur, humidum primogenitum depascitur.

Nimirum à calore: qui si aliquod obiectum fluidum & non satis fixum offendit, efficit, vt illud in vapores abeat, & ad sua redeat principia: Quod si fit, humor ille natiuus absumitur cum humore aqueo, quo veluti vehiculo vtitur natura, quando ex nutrimento humori primigenio congruam essentiam præparare sibi proponit.

III.

Ne igitur aliquid conseruationi corporis vegetabilis desit, aliunde necessario nutrimentum in locum absumptæ portionis accedit.

IV.

Omne vero nutrimentum cum sit è corpore extraneo, à vegetabili corpore corpus, in quo nutrimentum continetur, assumi & alterari oportet.

Ideo assumi oportet corpus, è quo nutrimentum esse debet, quia ea, quæ nutriunt, intra corpus nutriendum recipi oportet. Alteratio requiritur, quia sine alteratione id, quod actu nutrire potest, educi & assimilari nequit. Corpus, è quo petitur

petitur nutrimentum, non potest de se alii corpori nutrimentum subministrare, nisi suum proprium esse amittat, deponatque atque esse aliud sub alterius natura acquirat. Quod sane fieri nequit, quando saluum & integrum manet. Igitur necesse est vt alteretur, atque ex alteratione ista alienum secernatur, proprium vero & naturæ vegetabili conuenientissimum nutrimentum retineatur & assimiletur.

Consectarium.

In quocunque ergo corpore nulla alimenti alteratio, & nutrimenti assimilatio inuenitur, illud vegetabile esse non potest.

Mineralia ergo cum alimentum extrinsecus non assumant, nec illud alterent, nec assimilent, vegetabilia appellari non debent, nec vitam ducunt actualem seu notabilem. A Philosophis vero vegetabilia appellata sunt, non quod reuera sint talia, sed quod è semine suo instar vegetabilium generata fuerint. Vitales tamen potentias in se absconditas & intime occultatas gerunt, vt si à se vegetabilibus & animalibus in actum excitantur, ab iisque in naturam suam transmutentur, innumerabilibus & prægnantibus potestatibus vegetabilia animaliaque referciant & ditent. Sic inueneris vina Sale petræ, alia Sulphure, alia alio minerali infecta: Similiter & arbores, & herbas pro ratione mineralium diuersorum, quibus ipsarum tellus imprægnata est, diuersimode se habere, & ad eorundem mineralium naturam accedere.

V.

Quot colores planta, omneque id, quod in & ex ea nascitur, habet, tot habet virtutes.

Varietas enim colorum est à diuersa dispositione partium, quibus insunt.

VI.

Planta vna & eadem, atque omne id, quod vi digestionis è semine plantaue ipsa producitur, diuersas obtinet vires pro varietate digestionis, soli, & nutrimenti.

Digestio, solum, & nutrimentum vbi in plantis eiusdem speciei variant, virium & potestatum varietatem necessario introducunt. Considerate vuarum naturam. Immaturarum succus refrigerat, adstringit, incrassat & repellit, cum vinum depuratum ex iisdem maturis vuis contra calefaciat, aperiat, attenuet, & discutiat: in hoc enim Spiritus ille æthereus maturatione & calore Solis satis elaboratus, circulatus & perfectus est, qui omnium vini operationum autor existit, in illis nequaquam. Ponderate præterea & hoc in duobus pagis Rheni non longe inter se distantibus propter terræ diuersam aptitudinem diuersum vini genus produci. In Weterauia crassum vinum nascitur, cum in Rheni locis subtilius & excellentius propter telluris maiorem habilitatem proueniat. Nec minus hoc prætereundum hic est, quod nutrimenti varietas easdem plantas mutare facile soleat: id quod aperte liquet ei, qui ex vsu & experientia didicit, agrestes plantas in hortos transplantatas, aliusque aquæ nutrimento ir-

to irrigatas & refocillatas in se suscipere mutationem virium suarum, vt vel de sua feritate & acredine aliquid remittant, vel in sua propria virtute augmentum sentiant. Nutrimentum afferre virtuti insitæ aliquando robur vel ex eo patet, quod ij, qui hircino sanguine adamantem soluere intendunt, hircum pascere prius soleant petroselino, vt ex eo sanguis vim dissoluendi acutiorem & penetrantiorem sibi acquirat. Quidni & simili modo idem in plantis fieri contingat? Homines diuersitate alimenti diuersam assumunt naturam. Plurimi, qui suillis & bouinis crassis, induratisq; per fumum carnibus quotidie vescuntur, crassis corporibus & moribus quotidie incedunt. Carnibus leporinis qui delectantur & frequenter pro alimento vtuntur, timidi euadunt. Simili modo plantarum virtutes variare varietate nutrimenti quis inficietur? Quia igitur varietas digestionis, telluris, & nutrimenti aliter atque aliter vnam & eandem plantam afficiunt, mutationemq; virtutum ei conciliant, remediis compositis, quæ sparsim apud medicos in ipsorum libris leguntur, non semper tuto credendum esse merito cum sanioribus Philosophis statuo.

3. *Circa plantas quatuor consideranda sunt, 1. Partes & ea, quæ è plantis chymico artificio parantur. 2. Propagatio & destructio. 3. Species. & 4. Vires ipsarum.*

CAPVT

CAPVT II.

DE PARTIBVS Plantarum.

1 P*Artes plantarum ſunt corpus vegetatiuum & anima vegetans.*

2\. *Corpus vegetatiuum ex partibus ſuis integrantibus cognoſcitur, quæ vel ſunt ſimilares, vel diſſimilares.*

3\. *Similares ſunt vel liquidæ, vel ſolidæ.*

Similares appellantur, quia etiam minutiſſima ipſarum portiuncula idem nomen cum ipſis retinet.

4\. *Liquidæ ſunt vel ſpirituales, vel corporeæ.*

5\. *Spirituales ſunt* (a) *calor natiuus,* & (b) *vapor.*

(*a*) Calor natiuus Græcis dicitur τὸ θερμὸν ἔμφυτον: aliis, ignis, Sol, anima, σπερματικὸς λόγος: Ariſtoteli θειότερον τῶν καλουμένων στοιχείων, καὶ ἀνάλογον τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ, Hermeticis alcool, vis opima lucis. (*b*) Vapor eſt ſulphureæ aut Mercurialis ſubſtantiæ, ſubtiliata eſſentia: Oritur quando ex ſucco, vel oleo intus ſe occultante beneficio caloris id, quod aqueum pingueque exiſtit, eleuatur, & vitæ continuitatem promouet. Appellari ſolet huiuſmodi vapor vulgaribus Chymicis Spiritus: vnde & idem nomen dedi partibus eiuſmodi flatuoſis. Calorem natiuum

ſpirituali-

ſpiritualibus annumero partibus, quia penetrantiſſimæ naturæ eſt, ſuaque ſubtilitate non tantum partes molliores & laxiores, ſed etiam duriores & ſtrictiores inſtar tenuiſſimorum ſpirituum permeare potis eſt.

6. Corporeæ partes ſunt balſamus natiuus & ſuccus.

7. Balſamus natiuus eſt Sulphur corporeum, è quo calor natiuus exaltatur ad conſeruandam vitam plantarum.

Dicitur alias humidum radicale, humor primigenius, corpus aquoſum pluſquam eſſenſificatum, Balneum Dianæ, Materia perlata & cryſtallina: Naturæ penuarium, ex quo calor vitalis & Spiritus tanquam è ſpermate prodeunt, vniuerſumque corpus irrorant & ſuſtentant, Hylech, &c.

8. Succus eſt humor ex aqua communi in plantæ interiora viſcera beneficio caloris externi promotus, vt inibi ex corporea planta natura exugat vires & poteſtates vel ad flores, folia, fructus & ſemina in debitis vaſculis efformanda, & foras protrudenda, vel etiam ad vitæ conſeruationem.

Semen è quo planta naſcitur, propter copiam balſami natiui & Sulphurei magna quantitate ſucci non opus habet, ſed proiectum in terram propter vim magneticam ſibi inſitam attrahit in ſe aquam, quam mediante & iuuante calore externo in ſe coquit, partemque in ſuam naturam

ram conuertit, ita, vt cum ante sit paruusculum corpus, necessario per aquei humoris incorporationem, atque successiuam additionem rumpatur, augeatur, germenque protrudat: Quod si perfectionem nanciscitur, fit subiectum, in quo succus per radicem attractus & sursum eleuatus amplius digeritur & perficitur, vt ad extremitates & oras plantæ delatus flores, fructus & folia proferat, vitæque conseruationi inseruiat.

9. Partes plantarum solidæ sunt Caro & fibræ.

10. Caro est crassior plantarum substantia carni velossi analoga, à cortice vndique secundum naturam tecta.

11. Fibræ sunt prælongæ plantarum substantiæ, continuæ, fissiles, quæ eodem modo in plantam vniuersam feruntur, quo venæ & nerui in animalibus.

Horum exemplo fibræ in plantis quoque aliæ venæ, aliæ nerui appellantur: venæ quidem, maiores & succulentiores fibræ: nerui autem tenuiores & sicciores.

12. Dissimilares plantarum partes sunt radix, stipes, medulla, ramus, flores, surculus, fructus, cortex & folia.

13. Radix est pars plantæ terræ infixa alimenti primum receptaculum & digestorium, ac proinde officina, in qua nutrimentum præparatur in superiorum partium perfectionem & stabilimentum.

14. Stipes

14. *Stipes est alimenti secundum receptaculum, à radice vsque ad cacumen plantæ se extendens.*

Dicitur secundum receptaculum, quia alimentum ex aqua à radice assumptum post aliqualem ipsius mutationem ad se recipit, magis magisque insiti balsami calore extrinsecus adiuto concoquit, atque in subtiliorem naturam transmutat. Radix ergo primum receptaculum, & stipes secundum erit, quia proxime à radice genuinum suum alimentum excipit. Stipitis vocabulum hic te non moueat ad contradicendum, beneuole lector, quod apud probatos autores eam significationem, quam hic ei tribuo, non inuenias. Artificium est aliquando immutare significationes, quando destituuntur vocibus genuinis. Si res per se patet, inanis instituitur controuersia de verbis. Alij stipitis nomine hoc in loco stirpem apponunt: Sed stirpis vocabulum angustum nimis est, & arbori proprie competit. Id quod monere volui, ne potius in cortice, quam in nucleo sapientiam quæras.

16. *Medulla est pars in medio carnis plantæ consistens.*

Quibusdam cor, aliis matrix vocatur.

16. *Ramus est substantia è stipite primum sub forma noduli, secundo sub specie folij proueniens, vsque dum nutrimenti vberioris subministratione in maiorem & constantiorē naturam abeat, atque à stipite instar brachij vel pedis dependeat.*

Annotatio.

Rami cum fructibus auulsi dicuntur Termites: cum floribus vero vel foliis auulsi, frondes.

17. *Flores sunt prodromi fructuum præparantes viam, quam materia fructuum, & deinceps alimentum ipsorum permeare debent.*

18. *Surculus est substantia, quæ ex ramis simplex annuatim oritur.*

19. *Fructus sunt domicilia seminum, per quæ species plantæ propagari queant.*

Appellantur alijs fœtus, per similitudinem quam habent cum fœtibus.

20. *Cortex est plantæ tegumentum, quo caro ipsius vndique induta & circumdata est.*

21 *Isque est vel exterior, vel interior.*

Exterior superficiem stipitis occupat. Interior sub exteriore cum quadam teneritate coniunctus proxime carni plantæ adnascitur.

22. *Folium est flexilis substantia, quæ ramis adnata & singulari virore induta plantam amabilem reddit, atque flores & fructus sua præsentia ab impetu nociuo non raro tuetur.*

Germanis nominatur ein Blat. Per se notum est, ac sic non opus hinc esse videtur, vt accuratius describatur.

23. *Appendicis loco doctrinam & explicationem musci, fungi & lacrumæ hic subiiciam.*

24. Muscus

24. *Muſcus eſt excrementum herbaceum, inſtar lanuginis in corticibus plantarum naſcens.*

Muſcus de arboribus pendens inſtar filorum tenuium & longorum ſignaturam habet pilorum: ac proinde inſeruit reſtitutioni pilorum in ſiis locis, è quibus vitio alicuius morbi deciderunt.

25. *Fungus eſt excrementum ſolidum, inſtar ſpongiæ feræ plantæ adnaſcens.*

Fungi in medicina ſuum etiam habent vſum. Fungus betulinus hæmorrhagiam narium & vulnerum mirandum in modum ſiſtit. Sanguinis ſignaturam in ſe manifeſte gerit. Dicitur & idem præſtari à fungo querno.

26. *Lacruma eſt humor craſſus è plantis ſua ſponte exſudans.*

27. *Eſtque vel aquea, vel picea.*

Illa in gummi concreſcit, hæc in reſinam coit.

28. *Gummi eſt lacruma ex mucilaginoſo humore concreta, in igni crepitans, & flammam difficulter concipiens.*

Huc refertur gummi vermiculatum, quod concretum eſt in grumos vermium figura. Galbanum, quod dat Syria in Amano monte è ferula. Maxime laudatur teſte Plinio capit. 26. lib. 12. cartilaginoſum, purum ad ſimilitudinem Ammoniaci, minimeque lignoſum. Sincerum

si vratur, fugat nidore serpentes. Per se bibitur, ait idem Plinius capit. 5. lib. 24. ad tussim veterem, suspiria rupta, conuulsa. Imponitur Ischiaticis, lateris doloribus, strumis, articulariorum nodis, dentium quoque doloribus: Illinitur & cum melle capitis vlceribus. Odore comitialibus subuenit, & vuluæ in strangulatu. Abortus non exeuntes trahit appositu vel suffitu. Medetur & à Scorpione percussis. Bibitur in difficili partu fabæ magnitudine in vini cyatho: nocere vrinæ existimatur. Ammoniacum, Sagapœnum & Opoponacum: Quæ Gummi cum Galbano veniunt in compositionem emplastri stictici Paracelsi, & Herniam curare dicuntur.

29. *Resina est lacruma plantæ oleaginosa, flammam facile concipiens.*

Qualis est Terebinthina, larigna, μαςίχη, Colophonia, &c.

30. *Sic fuerunt partes: Ea quæ Chymico artificio è plantis eruuntur, sequuntur, & sunt aquæ destillatæ, spiritus, oleum, cinis, Sal, extractum, cinis omnibus viribus per lixiuium exutus.*

31. *Aquæ vulgariter destillatæ participant de natura phlegmatis, ac proinde vix plus virium obtinent, quam aqua communis: Philosophice vero digestæ, coctæ, & deinde secundum artem destillatæ præstantiores sunt.*

32. *Spiritus est volatilis substantia, maxime*

subtilis

subtilis, calore eximio impregnata, flammamque facile concipiens.

Vt videre est in Spiritu vini, rosarum, roris marini, &c.

33. *Oleum est Sulphur liquidum artificio Philosophico resolutum & prolectatum è plantis.*

34. *Cinis est puluis è plantis combustione factus.*

35. *Sal est substantia solida è cinere per aquam communem extracta, & euaporatione humoris incocta.*

Sal humorem mirabiliter amat, eique facile se vnit, vt etiam in loco humido positum vapores aqueos inuisibiliter ad se trahat, & exinde in liquorem abeat.

36. *Extractum est substantia è plantis elicita per aquam mediante digestione, maceratione, & euaporatione aquæ vsque in liquidam consistentiam.*

Non aliter quemadmodum carnes, quando in aqua coquuntur, eidem aquæ suas vires & subtiles essentias ita imprimunt, vt si aquam superfluam euaporare permiseris, crassiorem deinde essentiam in fundo deprehendere possis: ita enim plantæ si in aqua vel Spiritu vini diu macerantur & coquuntur, ita aquam afficiunt, vt quinta quasi essentia post euaporationem liquoris appareat. Similiter aqua, quando in i-

ipsis plantis à natura cocta satis est & conuersa in succum, potest tibi esse materia (si succum exprimere noueris) è qua similiter extractum plantæ confieri queat.

37. *Cinis per lixiuium Sale exutus alias caput mortuum plantæ dicitur.*

38. *Hactenus corpus vegetatiuum in suis integralibus partibus fuit explicatum: Animæ vegetantis doctrina insequitur.*

39. *Anima vegetans est ignis in plantarum humido radicali sedem habens, atque actiones vitales promouens.*

Ignis est, quia calorem natiuum è se fundit, & heterogenea à pabulo caloris natiui de die in diem absumpti segregat, & id, quod calori natiuo, humidoque primigenio simillimum est, in hoc disponit, vt in summam puritatem deductum corpori vegetatiuo assimiletur, & sic vitæ continuationem afferat.

40. *Eius officium est, moderari operationes vegetatiuas.*

Vt sunt attrahere alimentum, attractum dissoluere, heterogeneum separare, homogeneum assimilare, & sic vere nutrire.

CAPVT III.
De propagatione & destructione Plantarum.

1 *Partibus plantarum explicatis propagationem & destructionem earundem declarabo.*

2. Propagatio est plantæ in esse promotio, vt tum diuturniorem, tum meliorem existentiam assequatur.

3. *Diuturniorem existentiam consequitur planta nutritione & generatione.*

Nutritio conseruationi plantæ diuturniori necessaria est: planta enim quia corpus est ex Elementis haud adæquate mixtis constans, vitamque actualem possidet ex vaporibus actualibus è balsamo fluxili eleuatis, in se calorem, qui de die in diem humidum primigenium absumit, habet, ac proinde restaurationem eius serio requirit. Restauratio istius balsami non potest fieri sine debito alimento, è quo attracto consimilis balsamus ab Archæo plantæ eliciatur, eique assimiletur. Alimentum vero nullum in hoc mundo naturale existit, quod non sit extra illud, cuius conseruationi diuinitus sit destinatum. Igitur & planta extra se habet alimentum, quod eius nutritioni inseruire debeat. Alimentum autem quatenus & quamdiu extra plantam est, conseruare eam non potest. Ea de causa in plantæ interiora viscera intromittatur & recipiatur

tur oportet, vt in iis in nutrimentum conuertatur, atque humido seu balsamo natiuo se in conseruationem plantæ firmissime aduniat, vt huiusmodi coniunctio & vnio fieri possit, plantæ insunt vires, quibus & alimentum ad se attrahat & attractum in suis genuinis vasis coquat, digerat, purificet, & in succum & sanguinem (vt sic dicam) conuertat. Hæc dum efficit, impuritates beneficio balsami separat, per conuenientia emunctoria expellit, & sibi tantum ex nutrimento retinet illud, quod suæ naturæ summe consentaneum est, vt ex eo suum esse continent, vitamque sibi tamdiu conseruet, quam diu natura ipsa ex destinatione sua permittit.

4. Nutritione assequitur planta diuturniorem existentiã, dum planta vel ex aqua simplici vel ex aqua corroborata nutrimentum sibi attrahit & assimilat.

Pura & simplici aqua nutriuntur plantæ, quando ratione telluris nihil de alieno Sale & pinguedine immiscetur, & tantum simplex aqua ad nutritionem concurrit: Corroborata vero aqua tum nutriuntur plantæ, quando vel agri stercorantur, & ex fimo humor terræ inhærens pinguedinem quandam sibi assumit, atq; calore extraneo subtiliatus eam secum ad intima penetralia deducit: Vel quando terra naturæ beneficio alieno Sale & Sulphure est imbuta, vt vel hinc de alienis istis substãtiis humor nutriẽs aliquid sibi appropriet, atq; in plantarũ substantiã secum vehat, vel quãdo ab homine Sal aliquod pingue adspergitur, vt in humore naturæ conuenienter resolutum per

insitum

insitum oleum fertilitatem plantis conciliet. Id quod norunt optime ii, qui cinerem ex lignis confectum terræ adspergunt semina & radices plantarum sustentanti. Vbi tamen non possum non improbare eorum institutum, qui aliis persuadent, vt decidua arborum folia & frutices indiscretim in cineres redigant, & cineres illos deinde in tellurem spargant, cum potius id docendi fuissent, vt per putrefactionem ex deciduis foliis & stramine, aliisque arefactis herbis salis pinguedinem eliciant, atque tum demum terrę inserant. Plus efficiunt qui hoc obseruāt, quam ii, qui violento igne multum pinguedinis innatæ absumūt. Quod etiam ipse euentus tandem docebit. Subitæ naturalium corporum dispositiones raro in aliorum naturalium corporum vtilitatem cedunt. Quo Sal aliquod tardius elicitur, eo tenuius & subtilius in essentia & efficacius in virtute existit.

5. Generatione assequitur planta diuturniorem existentiam, quando in semine suo genuino eius species propagatur.

Generatio plantæ fit hoc modo. Semen eius vel natura in terræ intimis cunabulis delitescit, vel ingenii humani industria in terram proiicitur, aliaue via telluri, in qua alias secundum naturæ influentiam & dispensationem non habetur, inseritur. Quo facto, calore Solis consentaneo humor aquæ terram vbique permeans attenuatur, redditurque idoneus, vt seminis corpus penetrare, penetrando dissoluere atque ad germinis productionem disponere queat. Tum radix &

germen prodit, & in germine noua vasa confi-
ciuntur, in quibus humor per radicem (hæc enim eo fine ante omnia nascitur, vt sit primum succi nutrientis receptaculum, & officina digestoria, vt supra perspicue dictum est) attractus vlterius concoquatur, & digeratur ad perfectionis plantalis ampliorem dispensationem introducendã. Et sic fiunt stipites, rami, surculi, folia, flores & fructus.

4. *Meliorem existentiam planta assequitur transplantatione & insitione.*

5. *Transplantatio est plantæ vel partis eius in aliam terram transpositio.*

Fit hæc duobus modis, 1. quando integræ plantæ de terra in terram transferuntur, 2. quando partes de plantis auelluntur, & aliis terræ locis inseruntur, vt nouas agant radices, & propriam plantæ speciem constituant. Hoc modo buxus, salices, rosmarinus propagari possunt.

6. *Insitio est surculi de planta desumpti in alterius plantæ truncum insinuatio, vt ex viuo isto trunco spiritum vitalem sibi hauriat, humorem nutrientem exugat, & sic in plantam integram excrescat.*

Hac via arbores multiplicari & propagari solent, quamuis & aliæ viæ sint, quibus ipsarum species conseruari possint, nimirum seminis proprii promotio & balsami perfectissimi secretior communicatio, de qua arte sincerioris Sophiæ culto-

cultores ſibi gratulantur & triumphant. Hi enim ſunt veri Philoſophi, veræque doctrinæ veri filii, qui non tantum vegetabilium interiores virtutes balſamicas ita corroborare nouerunt, vt etiam vitis in vnius menſis ſpacio malleolos (qui ſunt nouelli palmites plantationi idonei) folia, flores, vuaſque maturas proferat: ſed etiam metallorum naturas in id diſponere didicerunt, vt & ſemen de ſe fundant, & perfectioribus præſtantioribusque viribus induantur, dum in aurum, reiectis omnibus fecibus & impuritatibus balſamo minerali congeneo & ſumme exaltato imperfecta metalla tranſmutantur, & aurum ipſum pro Philoſophi ingenio & naturæ permiſſione in nobiliſſimam conuertitur medicinam.

7. Propagationis plantarum doctrinam ſequitur doctrina deſtructionis eorundem.

8. Deſtructio plantarum eſt, qua vel à ſua ſpecie in peregrinam transformantur, vel partes earundem iacturam in ſuo tali eſſe patiuntur.

9. Deſtruitur autem planta, vel totaliter, vel partialiter.

Totaliter, 1. quando è matrice priuſquam matura eſt, eruitur, & ex viuo in mortuum tranſmutatur cadauer. 2. Quando in minutiſſimas portiones atteritur, ſcinditur & finditur in alium vſum, 3. quando aqua ex planta deſtillando elicitur, extractum macerando conficitur, vel ipſa

vel ipsa planta menstruo vniuersali in medicinam magnam exaltatur. 4. Quando in cineres igne comburitur. 5. quando quidem in matrice relinquitur, sed nutrimenti priuatione emoritur, 6. quando tota ipsius substãtia putrescit; id quod fieri solet in ventriculis eorum, à quibus plantæ in cibum assumuntur. *Partialiter*, 1. quando ramuli plantæ vi auelluntur, 2. fissuræ ei inferuntur, 3. peregrina Salia radicem & caulem corrodunt. 4. Vermes, formicæ, terræ pulices & alia inutilia pondera terram fœcunditate sua spoliant, vt plãta telluri infixa nutrimento sufficienti destituatur, atque de vigore suo aliquid remittere cogatur, & 5. quando planta Solis calore emaciatur, & parte nutrimenti inde priuatur.

Annotatio.

Destructionis plantarum multi sunt modi, quemadmodum iam abunde percepisti ex dictis: Vnus tamen ex iis ante omnia probe considerandus est, quo destiuuntur plantæ partesue eius ex iis quæ vna cum nutrimento plantæ corpori inferuntur, & sunt plane à corporis natura aliena: Nam hæc quia excerni debuerunt, iure excremẽta appellantur, & nõ exiguam incommoditatem vitiaque innumera introducunt, quando intra plantæ cancellos relinquuntur, atque ibi putrefactionem subeunt. Verissimum est, omne alimẽtum plantæ habere in sese duo: *Vnum* quo à planta aliquid aliud atque diuersum est: *Alterum* quo cum plantæ ratione in spiritu vniuersi conuenit, atque potestatem obtinet, qua in plantalem naturam

turam transformari queat. Illud secundum quod alimentum à planta differt, beneficio balsami plantæ natura insiti separatur, & per poros excretioni destinatos foras emittitur. Quod si vero accidit vt eiusmodi pori præter naturam constringantur, superfluisque materiis impleantur, excrementa in corpore relinquuntur, & humoribus assumptis alienis fiunt matrices seminum vitiosorum, è quibus vitia & morbi plantarum postea, mediante digestione (quæ est seminibus vitiosis naturalis, non naturalis vero plantæ, in cuius intimis visceribus alienæ matrices fœtus alienos plantæ mortem & interitum minitantes latitant) ortum suum trahunt, nisi à forti balsami plantalis natura humores isti maligni & semina vitiosa vincantur, atque in naturam congeneam & salutarem commutentur. Magna sane vis & metamorphosis est, qua balsamus innatus excrementa vi quadam externa repressa in salutarem substantiam ex nociua materia transformantur, atq; in humorem plantæ nutritioni conuenientẽ permutantur. Scio illum, qui veræ sapientiæ nondum litauit, vix credere tam regalem virtutem balsamo innato vere tribui posse: Sed veræ doctrinæ filii experientia didicerunt, lolium sæpissime in triticum conuersum fuisse: imo sciunt modum & viam, qua etiam maxime venenata planta in salutarem & suauissimam medicinam fere in temporis momento, balsami incorruptibilis communicati efficacia transponatur & conuertatur.

Cap.

CAPVT IV.

De Herbis.

1. A*Dhuc de propagatione & destructione plantarum: Sequuntur earum species.*

2. *Planta ergo est trium generum : Primi generis planta est herba : Secundi generis, arbor: Et tertij generis planta est frutex.*

3. (a) *Herba est planta, à cuius radice* (b) *caulis assurgit, vt in eo humor è radice adscendens magis magisque digeratur & subtilietur, atq; tandem protrusus vi plantalis naturæ in folia,* (c) *flores & fructus abeat.*

(*a*) Græcis βοτάνη: vnde βοτανικός, Herbarius: Caulis est stipes herbæ. (*c*) Vbi notandum, non semper flores, non semper fructus ab insito herbæ Archæo protrudi: vel quia propter indispositionem herba sterilis est, vel quia externo frigore aliisue accidentibus naturæ vis infertur; vt ne possit flores & fructus eniti. Pœonia masculus semen, quo propagetur, non producit: Sic & filix.

Axiomata.

I.

Natura suis quibusque terris & regionibus suæ genti, suo climati, suo cælo, suo seculo herbas producit & temperat. Croll. ex Paracel. p. 5. præfat. de Signat.

Sicut

Sicut terra cuique regioni victum & amictum exhibet, si non ad superfluam voluptatem, tamen ad necessitatem sufficientem: Sic etiam rerum ipsa Mater, eademque parens Natura, quæ omnibus prouidit abundanter, medicamentorum sufficientiam distribuit necessariam. Vere igitur Agrippa dicit: Stultum esse ex India petere, quod domi habemus, existimantes propriam, neque terram, neque mare sufficere, patriisque rebus peregrina, frugalibus sumptuosa, facile acquisibilibus difficilia, atque ab ipsis vsque terrę finibus importata præferentes. Et quamuis exotica maiores haberent vires, sicuti desidiosi nostra non inquirentes, ac ex peregrina arrogantia peregrina semper sectantes asserunt, qui non communem salutem, sed suæ negotiationis compendium quærunt, persuadentes nobis nonnisi pretiosa quæq; plurimum prodesse, tamen illa nonnisi sui climatis hominibus, quibus creata & producta sunt, putabimus salubria: Si enim peregrina nostris corporibus tantopere conuenirent medicamenta, proculdubio natura, quæ omnibus cumulate prospexit, factum esset, vt hęc apud nos quoque nascerentur. Transmarina ergo & domi nostræ non nascentia medicamenta corporibus nostris propter climatum & influentiæ diuersitatem non possunt adeo amica & familiaria esse. Ex eodem Crollio.

II.

Omnis herba suam ipsius insitam virtutem certo & infallibili signo homini ostendit.

Vt no-

Vt nostri intimi mores ex corporis externis notis inuestigari possunt; sic ex plantarum exterioribus signis homo interiorum virium admoneri potest. Planta enim veluti occultis verbis ægris mortalibus vires & abstrusarum rerum thesauros reserat, vt discat omnium miserrimus homo, quomodo sibi morbido opem ferre possit: Quemadmodũ passer stipula pendẽte, & merula cantu suo nidum propriũ prodit: ita herba in se signaturã gerit, qua vires ipsius internæ nobis patefiãt. Queadmodũ in aquis resplendet vultus prospicientium: ita certis signis externis relucet & apparet intuenti virtus intus latens. Ipsa enim proprietas rerum occulta & spiritus latens se ipsum prodit certis quibusdam notis & signis externis, & pro natura ac indole sua talem effingit signaturam, figuram, proportionem & habitum, qualis à Sapientibus vult agnosci. Quæ signatura Magiæ naturalis initium & quasi Alphabetum primumque Elementum est. Signaturæ vero quo plures in eademque planta ad vnam eandemque rem significandam collimant, eo sunt certiores. Vnus spiritus vbique in omnibus idem est. Quanto magis idem spiritus in diuersis rebus conuenientem formam & figuram sub eodem producit climate, tanto magis eædem res se mutuo afficere & iuuare possunt: Simile enim simili additum robur & vires auget, atque si opus fuerit, hostem eius, cui simile est, viriliter exturbat.

III.

Herba quæ prodesse humano corpori debet, debito tempore & loco colligitor.

Verum

Verum enim est, vnam & eandem herbam diuersis horis & diebus collectam sæpe diuersis virtutibus esse præditam. Sic bellis maior, bellis minor, & herba paralysis, Schlüsselblumen / quãdo 5.6.& 7. April. mane ante ortũ Solis colliguntur, multum emolliunt & tenuant. Sed eædem herbæ ad hæmorrhæam sedandam colligi debent mense Iunio, secundo die à plenilunio, sub crepusculo noctis. Carduus benedictus sub initium Iunii collectus vulnera recentia mirabiliter curat, si decoctis immiscetur, & in puluerem subtilissimum atteritur, vt in cibo huius sit vsus. Alio vero tempore collectus idem carduus nunquam eas vires de se profundet. Vrtica debito tempore collecta cancri dolores citissime & quasi subito mitigat, & stupendum in modum tollit: indebito vero tempore si collegeris, nunquam illud beneficii præstabit. Possem adhuc infinita exempla de eadem re adiicere: sed non opus esse arbitror, presertim cum rei plantariæ consultissimi viri Dn. Carrichteri liber de herbis, earum virtutibus & collectione publice excusus habeatur. Quem si quis diligenter & summa cum inquisitione perlegerit, atque ex eo fundamentum in re herbaria posuerit, nihil aberit, quin in meam sententiam sit iturus, atque idem mecum affirmaturus. Quæ cum ita sint, omnis cordatus vir facile errorem quorundam medicorum agnoscet, qui permittunt pharmacopœis, vt herbas, vndecunque apportentur, & quocunque collectæ fuerint tempore venales habeant, & receptis suis immisceant. Admonere illos deberet erroris vel illud vni-

Dd cum,

cum, quod in curando herbarum eiusmodi vsus frequentissime fallat, & medicina inde magis magisque in contemptum abeat. Vidi Wetzflariæ ante aliquot annos vetulam, quæ medicinam sibi arrogabat, atque omnis generis herbas, etiam eas, quæ erant inter se diuersissimæ naturæ, in vnum ahenum me præsente coniiciebat, aquamque affundebat, & ita coquebat. Decoctum hoc quodlibetarium vendebat hominibus in vsum contra omnes omnium animalium, tam hominis quam bestiarum domesticarum morbos. De fœmina ista rumor hic spargebatur, quod in consiliis dandis vteretur auxilio Diaboli, atque cum eo commercium haberet. Huiusmodi medicastros & alibi inueneris. Sed cum contra naturæ ordinem medicinam faciant, digni sunt, qui è Republ. qualibet extrudantur, atque ad aliud vitæ genus violentia & magistratus serio mandato adigantur.

IV.

Verus Philosophus virtutes herbarum non explorato ex vulgaribus herbariis, sed potius ex signatura experientia, atque iis hominibus, qui eas certa experientia indagauerunt.

Plurimi inueniũtur, qui ad vulgares herbarios libros adeo adhærescunt, vt in iis nihil nisi meram veritatem contineri, atque infallibiles herbarum virtutes describi arbitrentur. Etsi vero non semper & vbique eiusmodi descriptiones fallant, tamen ita se habent, vt tuto verus Philosophus

sophus iis credere non possit. 1. Quia virtutes herbarum ad certas terræ regiones non adstringunt. 2. Quia potius ex aliorum scriptis, quam experientia propria herbis eas virtutes adsignant. 3. Quia frequentissime virtutes herbis adscriptæ experientiæ non respondent. 4. Quia ab inquirendi studio hominem eiusmodi libri auocant, & 5. Quia illi, à quibus virtutum herbarum notitia ad herbariæ rei vulgares Scriptores peruenit, non nobis, sed suæ patriæ, vtpote quæ eas virtutes tanquam sibi proprias experta est, inde inseruire voluerunt. Vt complexiones hominum pro varietate regionum, quas inhabitant, variant: ita virtutes quoque herbarum eiusdem speciei pro diuersitate soli, constellationum, dispositionis aeris & temperamenti diuersæ sunt. Non ergo sequitur: Galenus hac herba curauit Elephantiasin: Ergo & hodierno tempore hodierni medici eadem herba Elephantiasin curare possunt in his regionibus. Græcia enim, in qua Galenus vixit, per soli istius diuersam conditionem, aeris aliam temperiem, aliamque constellationem, vires herbarum aliter disponit & distribuit, quam hoc in loco nostra Germania. Vnde radix Aronis in locis nostris frigidioribus adeo feruens & mordax nascitur, vt os & fauces exurat: at quæ in Lydia prope Cyrenen vrbem prouenit, exteriori forma nostræ plane respondens dulcis & grata esse dicitur gustu, vt raparum instar homines in cibo sine nocumento ea vti possint. Quid? non tantum Græcia à Germania, sed etiam Germaniæ ipsius

germen prodit, & in germine noua vasa conficiuntur, in quibus humor per radicem (hæc enim eo fine ante omnia nascitur, vt sit primum succi nutrientis receptaculum, & officina digestoria, vt supra perspicue dictum est) attractus vlterius concoquatur, & digeratur ad perfectionis plantalis ampliorem dispensationem introducendã. Et sic fiunt stipites, rami, surculi, folia, flores & fructus.

4. *Meliorem existentiam planta assequitur transplantatione & insitione.*

5. *Transplantatio est plantæ vel partis eius in aliam terram transpositio.*

Fit hæc duobus modis, 1. quando integræ plantæ de terra in terram transferuntur, 2. quando partes de plantis auelluntur, & aliis terræ locis inseruntur, vt nouas agant radices, & propriam plantæ speciem constituant. Hoc modo buxus, salices, rosmarinus propagari possunt.

6. *Insitio est surculi de planta desumpti in alterius plantæ truncum insinuatio, vt ex viuo isto trunco spiritum vitalem sibi hauriat, humorem nutrientem exugat, & sic in plantam integram excrescat.*

Hac via arbores multiplicari & propagari solent, quamuis & aliæ viæ sint, quibus ipsarum species conseruari possint, nimirum seminis proprii promotio & balsami perfectissimi secretior communicatio, de qua arte sincerioris Sophiæ culto-

cultores sibi gratulantur & triumphant. Hi enim sunt veri Philosophi, veræque doctrinæ veri filii, qui non tantum vegetabilium interiores virtutes balsamicas ita corroborare nouerunt, vt etiam vitis in vnius mensis spacio malleolos (qui sunt nouelli palmites plantationi idonei) folia, flores, vuasque maturas proferat: sed etiam metallorum naturas in id disponere didicerunt, vt & semen de se fundant, & perfectioribus præstantioribusque viribus induantur, dum in aurum, reiectis omnibus fecibus & impuritatibus balsamo minerali congeneo & summe exaltato imperfecta metalla transmutantur, & aurum ipsum pro Philosophi ingenio & naturæ permissione in nobilissimam conuertitur medicinam.

7. Propagationis plantarum doctrinam sequitur doctrina destructionis eorundem.

8. Destructio plantarum est, qua vel à sua specie in peregrinam transformantur, vel partes earundem iacturam in suo tali esse patiuntur.

9. Destruitur autem planta, vel totaliter, vel partialiter.

Totaliter, 1. quando è matrice priusquam matura est, eruitur, & ex vino in mortuum transmutatur cadauer. 2. Quando in minutissimas portiones atteritur, scinditur & finditur in alium vsum, 3. quando aqua ex planta destillando elicitur, extractum macerando conficitur, vel ipsa

vel ipsa planta menstruo vniuersali in medicinam magnam exaltatur. 4. Quando in cineres igne combüritur. 5. quando quidem in matrice relinquitur, sed nutrimenti priuatione emoritur, 6. quando tota ipsius substãtia putrescit; id quod fieri solet in ventriculis eorum, à quibus plantæ in cibum assumuntur. *Partialiter*, 1. quando ramuli plantæ vi auelluntur, 2. fissuræ ei inferuntur, 3. peregrina Salia radicem & caulem corrodunt. 4. Vermes, formicæ, terræ pulices & alia inutilia pondera terram fœcunditate sua spoliant, vt plãta telluri infixa nutrimento sufficienti destituatur, atque de vigore suo aliquid remittere cogatur, & 5. quando planta Solis calore emaciatur, & parte nutrimenti inde priuatur.

Annotatio.

Destructionis plantarum multi sunt modi, quemadmodum iam abunde percepisti ex dictis: Vnus tamen ex iis ante omnia probe considerandus est, quo destruuntur plantæ partesue eius ex iis quæ vna cum nutrimento plantæ corpori inferuntur, & sunt plane à corporis natura aliena: Nam hæc quia excerni debuerunt, iure excremẽta appellantur, & nõ exiguam incommoditatem vitiaque innumera introducunt, quando intra plantæ cancellos relinquuntur, atque ibi putrefactionem subeunt. Verissimum est, omne alimẽtum plantæ habere in sese duo: *Vnum* quo à planta aliquid aliud atque diuersum est: *Alterum* quo cum plantæ ratione in spiritu vniuersi conuenit, atque potestatem obtinet, qua in plantalem naturam

turam transformari queat. Illud secundum quod alimentum à planta differt, beneficio balſami plantæ natura inſiti ſeparatur, & per poros excretioni deſtinatos foras emittitur. Quod ſi vero accidit vt eiuſmodi poti præter naturam conſtringantur, ſuperfluiſque materiis impleantur, excrementa in corpore relinquuntur, & humoribus aſſumptis alienis fiunt matrices ſeminum vitioſorum, è quibus vitia & morbi plantarum poſtea, mediante digeſtione (quæ eſt ſeminibus vitioſis naturalis, non naturalis vero plantæ, in cuius intimis viſceribus alienæ matrices fœtus alienos plantæ mortem & interitum minitantes latitant) ortum ſuum trahunt, niſi à forti balſami plantalis natura humores iſti maligni & ſemina vitioſa vincantur, atque in naturam congeneam & ſalutarem commutentur. Magna ſane vis & metamorphoſis eſt, qua balſamus innatus excrementa vi quadam externa repreſſa in ſalutarem ſubſtantiam ex nociua materia transformantur, atq; in humorem plantæ nutritioni conuenientē permutantur. Scio illum, qui veræ ſapientiæ nondum licauit, vix credere tam regalem virtutem balſamo innato vere tribui poſſe: Sed veræ doctrinæ filii experientia didicerunt, lolium ſæpiſſime in triticum conuerſum fuiſſe: imo ſciunt modum & viam, qua etiam maxime venenata planta in ſalutarem & ſuauiſſimam medicinam fere in temporis momento, balſami incorruptibilis communicati efficacia tranſponatur & conuertatur.

CAP.

CAPVT IV.

De Herbis.

1. *ADhuc de propagatione & destructione plātarum: Sequuntur earum species.*

2. *Planta ergo est trium generum: Primi generis planta est herba: Secundi generis, arbor: Et tertij generis planta est frutex.*

3. (a) *Herba est planta, à cuius radice* (b) *caulis assurgit, vt in eo humor è radice adscendens magis magisque digeratur & subtilietur, atq; tandem protrusus vi plantalis naturæ in folia,* (c) *flores & fructus abeat.*

(*a*) Græcis βοτάνη: vnde βοτανικὸς, Herbarius. Caulis est stipes herbæ. (*c*) Vbi notandum, non semper flores, non semper fructus ab insito herbæ Archæo protrudi: vel quia propter indispositionem herba sterilis est; vel quia externo frigore aliisue accidentibus naturæ vis infertur, vt ne possit flores & fructus eniti. Pœonia masculus semen, quo propagetur, non producit: Sic & filix.

Axiomata.

I.

Natura suis quibusque terris & regionibus suæ genti, suo climati, suo cælo, suo seculo herbas producit & temperat. Croll. ex Paracel. p. 5. præfat. de Signat.

Sicuti

Sicut terra cuique regioni victum & amictum exhibet, si non ad superfluam voluptatem, tamen ad necessitatem sufficientem: Sic etiam rerum ipsa Mater, eademque parens Natura, quæ omnibus prouidit abundanter, medicamentorum sufficientiam distribuit necessariam. Vere igitur Agrippa dicit: Stultum esse ex India petere, quod domi habemus, existimantes propriam, neque terram, neque mare sufficere, patriisque rebus peregrina, frugalibus sumptuosa, facile acquisibilibus difficilia, atque ab ipsis vsque terrę finibus importata præferentes. Et quamuis exotica maiores haberent vires, sicuti desidiosi nostra non inquirentes, ac ex peregrina arrogantia peregrina semper sectantes asserunt, qui non communem salutem, sed suæ negotiationis compendium quærunt, persuadentes nobis nonnisi prætiosa quæq; plurimum prodesse, tamen illa nonnisi sui climatis hominibus, quibus creata & producta sunt, putabimus salubria: Si enim peregrina nostris corporibus tantopere conuenirent medicamenta, proculdubio natura, quæ omnibus cumulate prospexit, factum esset, vt hęc apud nos quoque nascerentur. Transmarina ergo & domi nostræ non nascentia medicamenta corporibus nostris propter climatum & influentiæ diuersitatem non possunt adeo amica & familiaria esse. Ex eodem Crollio.

II.

Omnis herba suam ipsius insitam virtutem certo & infallibili signo homini ostendit.

Vt no-

Vt nostri intimi mores ex corporis externis notis inuestigari possunt; sic ex plantarum exterioribus signis homo interiorum virium admoneri potest. Planta enim veluti occultis verbis ægris mortalibus vires & abstrusarum rerum thesauros reserat, vt discat omnium miserrimus homo, quomodo sibi morbido opem ferre possit: Quemadmodũ passer stipula pendẽte, & merula cantu suo nidum propriũ prodit: ita herba in se signaturã gerit, qua vires ipsius internæ nobis patefiãt. Queadmodũ in aquis resplendet vultus prospicientium: ita certis signis externis relucet & apparet intuenti virtus intus latens. Ipsa enim proprietas rerum occulta & spiritus latens se ipsum prodit certis quibusdam notis & signis externis, & pro natura ac indole sua talem effingit signaturam, figuram, proportionem & habitum, qualis à Sapientibus vult agnosci. Quæ signatura Magiæ naturalis initium & quasi Alphabetum primumque Elementum est. Signaturæ vero quo plures in eademque planta ad vnam eandemque rem significandam collimant, eo sunt certiores. Vnus spiritus vbique in omnibus idem est. Quanto magis idem spiritus in diuersis rebus conuenientem formam & figuram sub eodem producit climate, tanto magis eædem res se mutuo afficere & iuuare possunt: Simile enim simili additum robur & vires auget, atque si opus fuerit, hostem eius, cui simile est, viriliter exturbat.

III.

Herba quæ prodesse humano corpori debet, debito tempore & loco colligitor.

Verum

Verum enim est, vnam & eandem herbam diuersis horis & diebus collectam sæpe diuersis virtutibus esse præditam. Sic bellis maior, bellis minor, & herba paralysis, Schlüsselblumen / quādo 5.6.& 7. April. mane ante ortū Solis colliguntur, multum emolliunt & tenuant. Sed eædem herbæ ad hæmorrhæam sedandam colligi debent mense Iunio, secundo die à plenilunio, sub crepusculo noctis. Carduus benedictus sub initium Iunii collectus vulnera recentia mirabiliter curat, si decoctis immiscetur, & in puluerem subtilissimum atteritur, vt in cibo huius sit vsus. Alio vero tempore collectus idem carduus nunquam eas vires de se profundet. Vrtica debito tempore collecta cancri dolores citissime & quasi subito mitigat, & stupendum in modum tollit: indebito vero tempore si collegeris, nunquam illud beneficii præstabit. Possem adhuc infinita exempla de eadem re adiicere: sed non opus esse arbitror, presertim cum rei plantariæ consultissimi viri Dn. Carrichteri liber de herbis, earum virtutibus & collectione publice excusus habeatur. Quem si quis diligenter & summa cum inquisitione perlegerit, atque ex eo fundamentum in re herbaria posuerit, nihil aberit, quin in meam sententiam sit iturus, atque idem mecum affirmaturus. Quæ cum ita sint, omnis cordatus vir facile errorem quorundam medicorum agnoscet, qui permittunt pharmacopœis, vt herbas, vndecunque apportentur, & quocunque collectæ fuerint tempore venales habeant, & receptis suis immisceant. Admonere illos deberet erroris vel illud vnicum,

ſophus iis credere non poſſit. 1. Quia virtutes herbarum ad certas terræ regiones non adſtringunt. 2. Quia potius ex aliorum ſcriptis, quam experientia propria herbis eas virtutes adſignant. 3. Quia frequentiſſime virtutes herbis adſcriptæ experientiæ non reſpondent. 4. Quia ab inquirendi ſtudio hominem eiuſmodi libri auocant, & 5. Quia illi, à quibus virtutum herbarum notitia ad herbariæ rei vulgares Scriptores peruenit, non nobis, ſed ſuæ patriæ, vtpote quæ eas virtutes tanquam ſibi proprias experta eſt, inde inſeruire voluerunt. Vt complexiones hominum pro varietate regionum, quas inhabitant, variant: ita virtutes quoque herbarum eiuſdem ſpeciei pro diuerſitate ſoli, conſtellationum, diſpoſitionis aeris & temperamenti diuerſæ ſunt. Non ergo ſequitur: Galenus hac herba curauit Elephantiaſin: Ergo & hodierno tempore hodierni medici eadem herba Elephantiaſin curare poſſunt in his regionibus. Græcia enim, in qua Galenus vixit, per ſoli iſtius diuerſam conditionem, aeris aliam temperiem, aliamque conſtellationem, vires herbarum aliter diſponit & diſtribuit, quam hoc in loco noſtra Germania. Vnde radix Aronis in locis noſtris frigidioribus adeo feruens & mordax naſcitur, vt os & fauces exurat: at quæ in Lydia prope Cyrenen vrbem prouenit, exteriori forma noſtræ plane reſpondens dulcis & grata eſſe dicitur guſtu, vt raparum inſtar homines in cibo ſine nocumento ea vti poſſint. Quid? non tantum Græcia à Germania, ſed etiam Germaniæ ipſius

regiones adeo à se inuicem diuersæ sunt, vt herbarum eiusdem speciei virtutes inde necessario longe inter se differant: Id quod vel vina diuersa diuersis in locis Germaniæ nascentia abunde nos docent: Alio modo se habet vinum Rhenanum, alio modo vinum Francicum, alio modo Gueilburgicum, alio modo Thuringicum. Si ergo pro varietate locorum vina in viribus variant, quid prohibeat, quo minus id faciant herbæ? Quid ergo, ô Medice, quisquis fueris, in methodo curandi sine discretione imitaris Galenum, eiusque asseclas, cum hic in Germania tuto ipsorum remediis vti non possis, vtpote quæ ad tuum clima non accommodata sunt? Si sane magna est (vt recte vult & sentit D. Ioannes Freitagius) Italicarum & Germanicarum naturarum seu complexionum discrepantia, quia alia vtrobique cœli solique facies, alia victus ratio, diuersi mores, consuetudines & studia, vt vel hinc Germani normam medendi in Italia receptam non ferant, aliaque medicamentorum genera suis naturis accommodata desiderent, iuxta Hippocratis oraculum præcipientis, largiendum aliquid regioni, consuetudini & ætati, necessario fatendum fuerit, herbarum eiusdem speciei in Germania, Italia, aliisve terris nascentium, etiam esse in viribus discrepantiam easdem ob causas. Quare non regat nos, ait Paracelsus, ingenium & sensus Arabum: Aliud enim est Arabs: Aliud Alemannus, nec vnum est Germania cum Chaldæis. Errauerunt cuncti Auctores, qui sequebantur Auicennam, Hippocratem, obseruantes suos Canones

Canones in nostris Regionibus. Nec est, quod apud nos verum dixerunt Græci: Scias enim Medicos veritatem in sua patria expertos esse, & generatur quæuis veritas in sua domo: vt Christiani in sua Ecclesia, ita & Medici in sua patria.

V.

Nomina herbarum scire, non est virtutes earundem nosse.

Hoc tempore permulti vbiuis gentium prodeunt, qui vel in eo sibi eruditionem tantam, vt alios nescientes præ se contemnant, adscribunt, quod herbas quoad faciem norint, atque nomina, quæ ab aliis iis insignita fuerint, teneant: sed ingenue fateor, me non posse improbare, quod appellationes herbarum varias didicerint, atque herbam ab herba separare sciant: me vero improbare, quod in notitia nominum eruditionem collocent, cum virtutes herbarum ignorent.

Aiunt quidem se scire quid possit Chelidonia, quid virium habeat Persicaria, quid virtutis in lactuca, brassica, portulaca, &c. contineatur: Sed si examinantur, omnes eas virtutes ex libris incerta pro certis ponentibus hausisse deprehenduntur. Impossibile est ex libris vulgaribus exquisite potestates herbarum addiscere, cum in iis exquisite conscriptæ non habeantur. Id quod suo loco & tempore probabitur, atque satis etiam cuiuis meditanti ex paulo ante dictis patebit.

VI.

Vniuscuiusque herbæ ætas probe dignoscenda est.

Singulæ plantæ quatuor ætates habent: Prima est germinis, in qua succus primum è semine vel radice prorumpit, & in germen efformatur. Sub hanc ætatem etiam cadit surculus arboris trunco alicui iam insitus & vere vnitus. Hæc ætas confertur hominis infantiæ & pueritiæ. Secunda ætas plantæ est status eius, in quo calyculos format, è quibus flores prodeunt: Confertur adolescentiæ & iuuentuti. Tertia ætas est status plantæ, in quo flores & fructus edere apta, ac proinde in summo vigore est: Confertur virilitati. Quarta & vltima ætas est status plantæ, in quo vigor & vires ipsius paulatim minui videntur, ipsaque ad interitum sensim propendet. Plantarum senectus hæc est. Notanda hæc sunt cuilibet naturæ studioso, quæ dico: Vires enim pro ratione diuersarum ætatum in vnaquaque planta variare solent: Quemadmodum videmus recentem cereuisiam virtute laxandi esse præditam: veterem vero constringendi facultate esse indutam: Ita etiam herbæ sub prima ætate alias obtinent vires, quam sub secunda. Et quis nescit, vires herbarum consistere in Essentia quinta per Elementum aquæ in intimis plantæ visceribus extracta? Quod aquæ Elementum quo diutius mediante calore congruo in plantæ stipite & ramis excoctum fuerit, eo efficacius ex plantæ corpore vires & virtutes essentiales sibi imprimit,

imprimit, & se eis impraegnat. Non aliter ac apparet in coctione herbarum per aquas. Quo longius coquuntur, eo virtuosius aquae virtutes & potentias herbarum proliciunt, sibique aduniunt. Quidni ergo simili modo succus in corpore plantae multum excoctus vires solidiores ex eo exugit & acquirit? Adspicite vitem. Quando in ea aqua è terra per radicem assumpta & in stipitem delata calore conuenienti longius digeritur, ex vite essentiam eius quintam sibi attrahit, includit, atque in vuas protrudit: Quae vbi maturuerint, generosius vinum fundunt, quam si citius leguntur, immaturaeque ex coctionis defectu relinquuntur. Pyra immatura, quia sal ipsorum corrosiuam naturam propter imperfectam digestionem nō deposuit, corpori hominis tormina, flatus, dysenteriam & alia incommoda non raro inferunt: matura vero in hominis suaue & salubre edulium cedunt. Helueticos milites, ait Quercetanus c. 6. pharmacopoeae restitutae, nouimus ceu strage quadam vineta obruisse, vuasq; magna voracitate depauisse. At quid accidit? nimirum quia crudum, non coctum nec rite fermētatum vinum vorare quam bibere maluerunt, inconsideratae voracitatis dederunt poenas: nam dysenteria paulo post maxima eorum pars interiit. Salubrius & laetius egissēt, si, quo vnice gaudent, merum perfectum & rite fermētatum fuissent praestolati. Quorsum haec, forsan inquis? Audi & attende. Medici hodierni vt plurimum receptas, vt vocant, seu medicamenta ex variis simplicibus cōposita ab antiquis mutuātur, ad pharma-

CAPVT IV.

De Herbis.

1. *ADhuc de propagatione & destructione plãtarum: Sequuntur earum species.*

2. *Planta ergo est trium generum: Primi generis planta est herba: Secundi generis, arbor: Et tertij generis planta est frutex.*

3. (a) *Herba est planta, à cuius radice* (b) *caulis assurgit, vt in eo humor è radice adscendens magis magisque digeratur & subtilietur, atq; tandem protrusus vi plantalis naturæ in folia,* (c) *flores & fructus abeat.*

(*a*) Græcis βοτάνη: vnde βοτανικὸς, Herbatius. Caulis est stipes herbæ. (*c*) Vbi notandum, non semper flores, non semper fructus ab insito herbæ Archæo protrudi: vel quia propter indispositionem herba sterilis est; vel quia externo frigore aliisue accidentibus naturæ vis infertur, vt ne possit flores & fructus eniti. Pœonia masculus semen, quo propagetur, non producit. Sic & filix.

Axiomata.

I.

Natura suis quibusque terris & regionibus suæ genti, suo climati, suo cælo, suo seculo herbas producit & temperat. Croll. ex Paracel. p. 5. præfat. de Signat.

Sicut

Sicut terra cuique regioni victum & amictum exhibet, si non ad superfluam voluptatem, tamen ad necessitatem sufficientem: Sic etiam rerum ipsa Mater, eademque parens Natura, quæ omnibus prouidit abundanter, medicamentorum sufficientiam distribuit necessariam. Vere igitur Agrippa dicit: Stultum esse ex India petere, quod domi habemus, existimantes propriam, neque terram, neque mare sufficere, patriisque rebus peregrina, frugalibus sumptuosa, facile acquisibilibus difficilia, atque ab ipsis vsque terræ finibus importata præferentes. Et quamuis exotica maiores haberent vires, sicuti desidiosi nostra non inquirentes, ac ex peregrina arrogantia peregrina semper sectantes asserunt, qui non communem salutem, sed suæ negotiationis compendium quærunt, persuadentes nobis nonnisi pretiosa quæq; plurimum prodesse, tamen illa nonnisi sui climatis hominibus, quibus creata & producta sunt, putabimus salubria: Si enim peregrina nostris corporibus tantopere conuenirent medicamenta, proculdubio natura, quæ omnibus cumulate prospexit, factum esset, vt hæc apud nos quoque nascerentur. Transmarina ergo & domi nostræ non nascentia medicamenta corporibus nostris propter climatum & influentiæ diuersitatem non possunt adeo amica & familiaria esse. Ex eodem Crollio.

II.

Omnis herba suam ipsius insitam virtutem certo & infallibili signo homini ostendit.

Vt no-

Vt nostri intimi mores ex corporis externis notis inuestigari possunt; sic ex plantarum exterioribus signis homo interiorum virium admoneri potest. Planta enim veluti occultis verbis ægris mortalibus vires & abstrusarum rerum thesauros reserat, vt discat omnium miserrimus homo, quomodo sibi morbido opem ferre possit: Quemadmodũ passer stipula pendẽte, & merula cantu suo nidum propriũ prodit: ita herba in se signaturã gerit, qua vires ipsius internæ nobis pateſiãt. Queadmodũ in aquis resplendet vultus prospicientium: ita certis signis externis relucet & apparet intuenti virtus intus latens. Ipsa enim proprietas rerum occulta & spiritus latens se ipsum prodit certis quibusdam notis & signis externis, & pro natura ac indole sua talem effingit signaturam, figuram, proportionem & habitum, qualis à Sapientibus vult agnosci. Quæ signatura Magiæ naturalis initium & quasi Alphabetum primumque Elementum est. Signaturæ vero quo plures in eademque planta ad vnam eandemque rem significandam collimant, eo sunt certiores. Vnus spiritus vbique in omnibus idem est. Quanto magis idem spiritus in diuersis rebus conuenientem formam & figuram sub eodem producit climate, tanto magis eædem res se mutuo afficere & iuuare possunt: Simile enim simili additum robur & vires auget, atque si opus fuerit, hostem eius, cui simile est, viriliter exturbat.

III.

Herba quæ prodesse humano corpori debet, debito tempore & loco colligitor.

Verum

Verum enim est, vnam & eandem herbam diuersis horis & diebus collectam sæpe diuersis virtutibus esse præditam. Sic bellis maior, bellis minor, & herba paralysis, Schlüsselblumen / quādo 5.6.& 7. April. mane ante ortū Solis colliguntur, multum emolliunt & tenuant. Sed eædem herbæ ad hæmorrhæam sedandam colligi debent mense Iunio, secundo die à plenilunio, sub crepusculo noctis. Carduus benedictus sub initium Iunii collectus vulnera recentia mirabiliter curat, si decoctis immiscetur, & in puluerem subtilissimum atteritur, vt in cibo huius sit vsus. Alio vero tempore collectus idem carduus nunquam eas vires de se profundet. Vrtica debito tempore collecta cancri dolores citissime & quasi subito mitigat, & stupendum in modum tollit: indebito vero tempore si collegeris, nunquam illud beneficii præstabit. Possem adhuc infinita exempla de eadem re adiicere: sed non opus esse arbitror, presertim cum rei plantariæ consultissimi viri Dn. Carrichteri liber de herbis, earum virtutibus & collectione publice excusus habeatur. Quem si quis diligenter & summa cum inquisitione perlegerit, atque ex eo fundamentum in re herbaria posuerit, nihil aberit, quin in meam sententiam sit iturus, atque idem mecum affirmaturus. Quæ cum ita sint, omnis cordatus vir facile errorem quorundam medicorum agnoscet, qui permittunt pharmacopœis, vt herbas, vndecunque apportentur, & quocunque collectæ fuerint tempore venales habeant, & receptis suis immisceant. Admonere illos deberet erroris vel illud vnicum,

sophus iis credere non possit. 1. Quia virtutes herbarum ad certas terræ regiones non adstringunt. 2. Quia potius ex aliorum scriptis, quam experientia propria herbis eas virtutes adsignant. 3. Quia frequentissime virtutes herbis adscriptæ experientiæ non respondent. 4. Quia ab inquirendi studio hominem eiusmodi libri auocant, & 5. Quia illi, à quibus virtutum herbarum notitia ad herbariæ rei vulgares Scriptores peruenit, non nobis, sed suæ patriæ, vtpote quæ eas virtutes tanquam sibi proprias experta est, inde inseruire voluerunt. Vt complexiones hominum pro varietate regionum, quas inhabitant, variant: ita virtutes quoque herbarum eiusdem speciei pro diuersitate soli, constellationum, dispositionis aeris & temperamenti diuersæ sunt. Non ergo sequitur: Galenus hac herba curauit Elephantiasin: Ergo & hodierno tempore hodierni medici eadem herba Elephantiasin curare possunt in his regionibus. Græcia enim, in qua Galenus vixit, per soli istius diuersam conditionem, aeris aliam temperiem, aliamque constellationem, vires herbarum aliter disponit & distribuit, quam hoc in loco nostra Germania. Vnde radix Aronis in locis nostris frigidioribus adeo feruens & mordax nascitur, vt os & fauces exurat: at quæ in Lydia prope Cyrenen vrbem prouenit, exteriori forma nostræ plane respondens dulcis & grata esse dicitur gustu, vt raparum instar homines in cibo sine nocumento ea vti possint. Quid? non tantum Græcia à Germania, sed etiam Germaniæ ipsius

regiones adeo à se inuicem diuersæ sunt, vt herbarum eiusdem speciei virtutes inde necessario longe inter se differant: Id quod vel vina diuersa diuersis in locis Germaniæ nascentia abunde nos docent: Alio modo se habet vinum Rhenanum, alio modo vinum Francicum, alio modo Gueilburgicum, alio modo Thuringicum. Si ergo pro varietate locorum vina in viribus variant, quid prohibeat, quo minus id faciant herbæ? Quid ergo, ô Medice, quisquis fueris, in methodo curandi sine discretione imitaris Galenum, eiusque asseclas, cum hic in Germania tuto ipsorum remediis vti non possis, vtpote quæ ad tuum clima non accommodata sunt? Si sane magna est (vt recte vult & sentit D. Ioannes Freitagius) Italicarum & Germanicarum naturarum seu complexionum discrepantia, quia alia vtrobique cœli solique facies, alia victus ratio, diuersi mores, consuetudines & studia, vt vel hinc Germani normam medendi in Italia receptam non ferant, aliaque medicamentorum genera suis naturis accommodata desiderent, iuxta Hippocratis oraculum præcipientis, largiendum aliquid regioni, consuetudini & ætati, necessario fatendum fuerit, herbarum eiusdem speciei in Germania, Italia, aliisve terris nascentium, etiam esse in viribus discrepantiam easdem ob causas. Quare non regat nos, ait Paracelsus, ingenium & sensus Arabum: Aliud enim est Arabs: Aliud Alemannus, nec vnum est Germania cum Chaldæis. Errauerunt cuncti Auctores, qui sequebantur Auicennam, Hippocratem, obseruantes suos

Canones

Canones in nostris Regionibus. Nec est, quod apud nos verum dixerunt Græci: Scias enim Medicos veritatem in sua patria expertos esse, & generatur quæuis veritas in sua domo: vt Christiani in sua Ecclesia, ita & Medici in sua patria.

V.

Nomina herbarum scire, non est virtutes earundem nosse.

Hoc tempore permulti vbiuis gentium prodeunt, qui vel in eo sibi eruditionem tantam, vt alios nescientes præ se contemnant, adscribunt, quod herbas quoad faciem norint, atque nomina, quæ ab aliis iis insignita fuerint, teneant: sed ingenue fateor, me non posse improbare, quod appellationes herbarum varias didicerint, atque herbam ab herba separare sciant: me vero improbâre, quod in notitia nominum eruditionem collocent, cum virtutes herbarum ignorent.

Aiunt quidem se scire quid possit Chelidonia, quid virium habeat Persicaria, quid virtutis in lactuca, brassica, portulaca, &c. contineatur: Sed si examinantur, omnes eas virtutes ex libris incerta pro certis ponentibus hausisse deprehenduntur. Impossibile est ex libris vulgaribus exquisite potestates herbarum addiscere, cum in iis exquisite conscriptæ non habeantur. Id quod suo loco & tempore probabitur, atque satis etiam cuiuis meditanti ex paulo ante dictis patebit.

imprimit, & ſe eis impraegnat. Non aliter ac apparet in coctione herbarum per aquas. Quo longius coquuntur, eo virtuoſius aquae virtutes & potentias herbarum proliciunt, ſibique aduniunt. Quidni ergo ſimili modo ſuccus in corpore plantae multum excoctus vires ſolidiores ex eo exugit & acquirit? Adſpicite vitem. Quando in ea aqua è terra per radicem aſſumpta & in ſtipitem delata calore conuenienti longius digeritur, ex vite eſſentiam eius quintam ſibi attrahit, includit, atque in vuas protrudit: Quae vbi maturuerint, generoſius vinum fundunt, quam ſi citius leguntur, immaturaeque ex coctionis defectu relinquuntur. Pyra immatura, quia ſal ipſorum corroſiuam naturam propter imperfectam digeſtionem nō depoſuit, corpori hominis tormina, flatus, dyſenteriam & alia incommoda non raro inferunt: matura vero in hominis ſuaue & ſalubre edulium cedunt. Helueticos milites, ait Quercetanus c. 6. pharmacopoeae reſtitutae, nouimus ceu ſtrage quadam vineta obruiſſe, vuaſq; magna voracitate depauiſſe. At quid accidit? nimirum quia crudum, non coctum nec rite fermētatum vinum vorare quam bibere maluerunt, inconſideratae voracitatis dederunt poenas: nam dyſenteria paulo poſt maxima eorum pars interiit. Salubrius & laetius egiſsēt, ſi, quo vnice gaudent, merum perfectum & rite fermētatum fuiſſent praeſtolati. Quorſum haec, forſan inquis? Audi & attende. Medici hodierni vt plurimum receptas, vt vocant, ſeu medicamenta ex variis ſimplicibus cōpoſita ab antiquis mutuātur, ad pharma-

copœos eorum compositionem mittunt, & non superaddunt simplicium ætates: vt inde pharmacopœi suo officio se defunctos esse arbitrentur, si modo species quocunque tempore indiscretim collectas medicamenti præscripti præparationi inseruerint: Verum quantus sit error, ex discrimine ætatum & virium vnius eiusdemque herbæ abunde cognosci potest: Et euentus, qui administrationem eiusmodi remediorum insequitur, euidenter probat, temere cognitionem ætatum in herbis præteriri. Imperitum & ineptum oportet esse, qui videre nequit, quod medici fundi calamitas non exigua ex ignoratione virium secundum ætatem mutatarum existat. Expergiscimini, ô medici, è somno, & in vias inquirite, per quas antiquorum medicina hac in parte emendari & reformari possit, ne posteritas nostra vos ignorantiæ & inscitiæ arguat, atque vos veræ medicinæ plane ignaros fuisse intelligat.

Audite vocem meam, & eo laborate, vt vera medicina, quæ sparsim ab indoctis deprauatur, & ab agyrtis deformatur, pristino restituatur nitori, autoritatemque suam, quam ex primis eius Doctoribus obtinuit, iterum nanciscatur. Deum indesinenter orate, strenue laborate, naturam macrocosmi & microcosmi profunde indagate, & obtinebitis illud, quod serio optatis.

Sub finem hæc Paracelsi de ætatibus plantarum vobis consideranda & cum dictis conferenda subiicio: Ita ait lib. de signat. rerum nat[...]al.

Alle

Alle Kräutter / was eines Geschlechts ist / hat auch ein Chiromantiam. Daß aber die Linien derselbigen vngleich sind vnnd in einem mehr vnnd grösser als im andern / ist allein des Alters schuld: derhalben sagen wir hie / daß die Chiromantey der Kraütter zu anders nicht Nutz sey / denn allein zu wissen vnnd zu erfahren das alter eines Krauts vnnd seiner Wurtzel. Denn je älter / je grösser vnnd sichtbarer seine Linien werden / je träger jhre wirckung / kleiner jhre Tugendt / vnnd vnkräfftiger jhre Natur. Derhalben die Kraütter je jünger (in secunda & tertia ætate) sie seyn an Jahren / je kräfftiger auch an jhren Tugenden. Denn zu gleicher Weiß wie der Mensch im alter abnimpt an allen seinen natürlichen Kräfften: Also auch die Kraütter mit dem Alter an Kräfften vnnd Tugenden abnehmen.

VII.

Herbæ à suis astris, non à cælestibus firmamenti sideribus vires & virtutes suas obtinent.

Sunt quidam in ea opinione, herbas virtutes suas mutuari à cœli externi superioris potestatibus, atque ex earum influentia vicissitudinem & varietatem operationum, vt & essentiales vires consequi. Sed sciendum est, externi cœli astra agere quidem in herbas, mutationemque iis inferre, non vero tanquam herbarum principia operationes earum moderari: Habent enim herbæ à suis sibi innatis astris efficaciam agendi determinatam, ab astris vero externis accidenta-

lem quandam, efficaciæ herbarum ſuperadueni-entem. Hoc volo: Herbæ id quod agunt ſecundum naturam ſuam determinate, illud idem quodammodo accidentaliter mutatur ab externis Elementorum influentiis. Vnicuique corpori ex Elementis conſtituto natura aſtra potentia intime ſingula viſcera inhærent, & cum ex Elementis nutrimentum ſuum petere debeant, ac quotidie etiam aſſumant, ita excipiunt alimentum ex Elementis, vt naturam Elementi vniuerſalem ad certam ſpeciem definitamque naturam determinent, vt vel hinc innoteſcat vires Elementorum eorumque quæ in Elementis ſunt, & ad conſeruationem corporis referuntur, infringi & ſuperari ab aſtris internis iſtius corporis, quod ex Elementis Elementatiſque aliis conſeruandum eſt. Vbi tamen notandum eſt, quod Elementa & Elementata eo citius & minori cum moleſtia laboreque in naturam herbæ alteriuſue corporis conuertantur, quo magis & propius cum herba conſpirauerint: & eo tardius maiorique negotio in naturam herbæ corporiſue alterius abeant, quo remotius ab herbæ eſſentia diſtent. Hoc quando fit, maiores mutationes externæ herbæ aliique corpori accidunt, & vires corporum euidentius contorquent & mutant, aliamque accidentalem formam iis infigunt, vt ſub ea facie, qua prodeunt, in lucem haud veniſſent, ſi potentiora ſidera externam formam virium & operationum non adeo potenter repreſſiſſent & immutaſſent. Non tamen externa ſidera reliquaque Elementa, quate-

nus

nus se habent vt vniuersales causæ, vires à propriis astris herbarum primo & immediate prouenientes tollunt penitus & interimunt, sed tantummodo hoc efficiunt, vt eædem vires retusæ appareant, si ab astris externis disconuenientibus influentia in interiora viscera herbarum intromittitur: Si vero astra externa cum astris internis herbarum notabilem & accuratam harmoniam obtinuerint, mirandum in modum operationes earundem herbarum increscunt, potenter se exerunt, atque maiori cum voluptate efficaciaque foras effluunt: Simile enim simili confortatur, contrarium vero è contrario impeditur, immutatur, & sæpe tollitur. Vt hæc, quæ dixi, dilucidius intelligas, finge calorem Solis esse vniuersalem causam (vt quoque est) agereque in ceram & lutum. Cera quia principium mollitiei in se habet ex astro suo, patitur se à Sole emolliri: lutum vero quia principium duritiei ex astro sibi innato obtinet, patitur se eodem Solis calore indurari: Vnde liquet determinari influentias Solis à principiis & astris internis inferiorum. Forsitan hic obiicere possis, quod Medici naturæ hactenus vim intulerint, dum herbas certis & statutis temporibus colligendas esse publicis scriptis prodiderint, cum à superioribus astris actiones & vires herbarum nullo modo secundum sententiam iam ante explicatam proueniant. Verum Medicorum institutum laudabile est, & cum dictis optime conuenit: herbæ enim à suis quidem innatis astris tanquam à genuinis principiis vires suas possident, & ex

influen-

influentiis ſuperiorum aſtrorum aliorumque Elementorum hoc nanciſcuntur, vt vel potentius agant id quod agunt, vel remiſſius. Siquidem aſtra quorum influentiæ ſunt diuerſiſſimæ ab aſtris herbarum innatis, impediunt & retardant operationes internorum aſtrorum: Ea vero aſtra, quorum influentiæ aſtris herbarum innatis amicæ ſunt, adeo adaugent vires herbarum, vt poſtea potentius id, ad quod deſtinatæ ſunt, efficiant. Vnde medici tempora certa collectionis herbarum obſeruari volunt, vt inde influentias herbarum aſtris amicas cum collectione plantarum coniunctas deprehendant, & inde maiorem in operando efficaciam in herbis excitent. Non neſcio ſeſe oblaturos eſſe homines, qui de aſtris herbarum diſſertationem meam ſint incuſaturi obſcuritatis & falſitatis: partim ex eo quod eam doctrinam intelligere nequeant, partim ex eo quod Paracelſi opiniones in publicis Academiis non ſine ſingulari feruore condemnatas & ad Orcum tenebrarum relegatas in lucem reuocare per eiuſmodi terminos in Scholis Peripateticis & Ramæis plane inuſitatos annitar. Huic accuſationi iniuſtæ vt pro virili mea reſpondeam, primum aio, Paracelſum fuiſſe magnum Philoſophum & Medicum, non tamen me in eius placita vnquam iuraſſe, vt quicquid ipſi in buccam venerit & euulgauerit, tanquam vero conſentaneum admittam tuearque: agnoſco enim Paracelſum fuiſſe hominem, errareque ſæpe potuiſſe, imo etiam erraſſe aliquoties: neque ipſius vnquam voluntatem fuiſſe, vt

iſſe, vt omnes homines in aſſenſum traheret, ſibique in omnibus applaudere cuperet. Hoc vero de ipſo ſciri neceſſarium eſſe duco, quod etiam fuerit homo liberi iudicij, atque ex animo optauerit, eſſe etiam eos qui ipſum in iudicando imitarentur. Noli vero ipſius dogma facile falſitatis arguere, quando forſan ea recte non intelligis, tantaque perſpicuitate, quantam in Hippocrate, Galeno, horumque ſectatoribus oculis tuis in craſſa rerum cognitione verſantibus deprehendis, doctrinas Paracelſi refertas eſſe non obſeruas: Sapientia enim vera eiuſque ſecreta diuiniora perſpicue ſine inuolucro manifeſtari non debent, vt lectores librorum, in quibus ſapientiæ ſincerioris arcana profunde latent, habeant in quod ſtudioſe inquirant, & ex quo de die in diem proficere poſſint.

Quemadmodum in hominis intima profunditate potiſſimus theſaurus & margarita præſtantiſſima eo fine diuinitus repoſita eſt, vt homo ſemper habeat quod in ſe expiſcetur, & in quo animus ipſius magis magiſque perficiatur, vt vel hinc veri Philoſophi difficilimum eſſe iudicauerint hominem ſeſe ipſum cognoſcere, & ſic ingentibus laudibus deprædicauerint illud γνῶθι σεαυτόν: ita etiam Paracelſus vir laude immenſa dignus cortici litterario incluſit & ad centrum litteræ occultauit ſapientiæ ſincerioris nucleum, vt digni filii doctrinæ ingenii excellentia pollentes Deique auxilio nixi magno cum labore theſaurum tantum inde eruerent, atque in magno haberent pretio: indigni vero quales ſunt

les sunt omnes osores Chymiæ, veræque Medicinæ, & ij quoque omnes qui Chymici audire cupiunt, cum nihil minus sciant quam vere Chymica, à tanto gazophylacio arcerentur, & ad tenebras abigerentur. Sufficiat ingenuis viris sapientiæ eximiæ cultoribus nosse, etiam ex Paracelsi instructione, veram clauem, qua porta literaria in ipsius libris reserari debeat, vt perspicue intellectui ipsorum pateat, quicquid Momi arbitrantur esse inuolutum & occultatum. Clauis hæc (en dexteritatem meam) Paracelsicorum scriptorum est ipsum Naturæ lumen & Gratiæ numen: ad quæ ante omnia te Paracelsus remittit. Ex Deo & macrocosmo non tantum discere poterimus veræ sapientiæ initia & fundamenta, sed etiam perfectionem eiusdem, vt nihil nos lateat, quod in sapientum libris vel profundissime velatum & absconditum videtur. Tu igitur qui legis Paracelsi scripta, vide vt introitus tibi concedatur ex Deo & natura ipsa in macrocosmi operationibus se ostendente, & habebis deinceps longe ampliorem materiam, ex qua magis magisque in exquisita eruditione proficere queas. Hæc pro Paracelso dicta sufficiant. Obscuritatem, quam ex voce *Astri* tibi forsan imaginaris, dilucidissima explicatione tollam. Est ergo Astrum igneum punctum in herba, à quo operationes certæ istius prouenire possunt. Omnis operatio herbæ ab igne insito est. Operatio quanto magis varia est, tanto magis ignis variat. Multis ergo operationibus ab herba orientibus & effluentibus multi etiam & diuersi

dabun-

dabūtur ignes in vna ſubſtantia ſimul exiſtentes: ſic & aſtra ſeu ignes aſtrales in herba ſunt illud, q; Peripatetici appellant potentias. Tot ergo ſunt aſtra in herba, quot ſunt potentiæ eiuſdem. Melius autem aſtrorum natura intelligi non poteſt, niſi ex intuitu ſuperiorum; Vbi vides aſtra quædam eſſe perpetuum occultata, quædam vero aſpectui manifeſto patentia: Sic etiam in herbis quædam potentiæ & vires pepetuo natura occulcultantur, quædam manifeſto ſe produnt. Quæ occultantur & natura in apricum haud ſe ſiſtunt, frequentiſſime ſolent artificio Philoſophico mediante igne luci proſtitui, vt in vſum humani generis veniant. Natura vniuerſa huius indolis eſt, vt ea, quæ in centro corporum gerit abſcondita, ad actionem non prius diſponat, quam mediante notabili alteratione centrum illud ex abyſſo in ſuperficiem deduxerit: Nihil enim efficaciter operari poteſt, quod aliis corporeis materiis ſuppreſſum & obrutum eſt. Quare etiamſi multa aſtra ſimul in vnaquaque herba ſint & inueniantur, tamen omnium aſtrorum operationes ſimul prodire nequeunt: ac proinde vnius aſtri notabilis operatio impedit, ne alterius aſtri virtus vis & efficacia percipiatur. Omnia aſtra in qualibet herba tam admirando ordine & diſpenſatione proportionata inter ſe conſpirant, vt quædam ſuas actiones temperent, & ad ſummam extremitatem prolabi nulla ratione patiantur. Accidit vero non raro, vt vel ex naturæ macrocoſmicę ſingulari diſpoſitione aſtrum herbæ, quod in gradu remiſſo ſuas operationes exer-

cere

cere in conſeruationem eiuſdem herbæ ſolet, ſimili aſtrali natura aliunde illabente inflammetur & exaltetur, vt hinc virtutibus aſtrorum ſuperiorum ſe fortiter opponat, bellum cum iis moueat, atque omni conatu vires eorum infringere & opprimere moliatur, & victoria reportata per abolitionem operationum aſtris ſuperioribus deſtinatarum mortem interitumque herbæ afferat. Quod ſi vero natura tum ſibi ſufficienter proſpexerit, atque aſtris ſuperioribus viam patefecerit, qua ex Elementis Elementatiſque ſimilem ſui naturam inueniant, ſibi applicent, aduniant, & ſic ſuas vires confortent, aſtri inferioris operationes retunduntur, reprimuntur, & penitus tandem in nihilum abeunt, vt euſque herba ſalua permaneat, donec aſtra inferiora cumulate prodeant, ſimilibus eſſentiis proritentur, atque multis modis dominium ſibi arripiant. Secretior hæc Philoſophia ſi alicui cordi fuerit, oculis non corporeis, ſed mentis videbit tam ſanitatis quam morborum ſemina & aſtra in vnaquaque herba deliteſcere, & pro ratione victoriæ iam aſtrum ſanitatis iam aſtrum morbi & vitij germen, flores & fructus edere. Quicunque aſtra & ſemina morborum tempeſtiue obtundere & tenebris perpetuis includere nouit, ille ſecretioris ſapientiæ apicem veræque medicinæ faſtigium adeptus eſt. Ne tamen aſtrorum occultorum & inferiorum vires in herbis aliiſque corporibus occultæ manerent, ſed humanis ſenſibus mentique facile pateſcerent, Deus illud aſtrum quod in vno corpore occultari & ſubiici voluit, in altero

corpore

corpore manifestauit, & superioritate donauit, vt illius quod euidenter suas operationes exerit, ope alterius astri inferioris in alio corpore consistentis, virtutes excitarentur, vsque dum omnia astra in omnibus irresolubili concordia conspirauerint, & vnam incorruptamque essentiam constituerint. Quemadmodum in homine astrum arsenicale latet oppressum à vegeta balsami natiui natura, inflammarique potest assumpto arsenico, in quo vires arsenicales per circumferentiam perfusæ sunt, vbi contra in hominis corpore eædem arsenicales potestates ad centrum reductæ iacent: ita etiam in herbis iam venenatæ qualitates iam aliæ dominium obtinent, mutuamque excitationem sibi procurant, vt hac via generatio, corruptio & vicissitudo rerum promoueatur, & tandem omnibus seminibus, quæ occultata in profundis corporum visceribus existunt, in apricum productis, pensoque illorum absoluto vniformis & perennis gloriæ status ad vniuersam mundi creaturam redundet. Cæterum & hoc prætereundum non est, quod astra & semina sanitatis morborumue in viuis corporibus aliquando transponantur, aliaque atque alia subiecta, in quibus consistant, acquirant: Quod si fit, in iis tanquam in matricibus suis vires alterant, & sæpe contrario modo corpora afficiunt: Vnde fit vt astra & semina sanitatis, quando in matricem aliam transplantantur, morbos proferant, & detrimentum corporibus inferant. Exempli gratia: contusa corporis humani carne, astra sanitatis, quæ in ea latuerunt,

accessione nouæ matricis ex sanguinis copiosi affluxu degenerant in astra morbifica, atque putrefactionem carnis fieri permittunt, vt inde non raro membrum aliquod inflammetur, morbisue aliis inficiatur. Potest contra fieri, vt astra & semina morborum matricem in corpore inueniant, in qua transformentur in astra sanitatis, & sic morbi euanescant, sanitasque pristina restituatur. Quemadmodum arsenicum venenum hominis præsentissimum, omnesque herbæ venenatæ beneficiò balsamici alicuius liquoris fere subito in saluberrimam medicinam conuerti possunt, vt tuto & sine periculo intra corpus assumi queant: ita etiam beneficio balsami Philosophici natura hominis disponi potest, vt omnia venena assumpta transmutet in saluberrimam theriacam, atque subministratione præstantioris matricis sanitati hominis promouendæ destinet. Considerate, quæso, & bene apud vos examinate naturam Fratris illius R. C. qui, teste D. Georgio Molthero, Physico Wetzflariensi, bryoniæ radice non exiguum venenum apud se habente solitus est loco alterius cibi vesci: Huius fratris natura procul dubio ita dispofita fuit, vt potuerit sedem & locum in suo corpore astro & semini venenato bryoniæ subiicere, quæ virus ipsius transmutare per insitum sanitatis Archæum optime nouit. Herbæ agrestes, quando sæpius transplantantur, cicurescunt, & de acrimonia sua multum remittunt. Helleborum quo in tellurem meliorem sæpius transponitur, & ab hortulano curatur, eo magis de sua vi vomitiua

mitiua aliquid remittit, & saluti humanæ redditur vtilius. Idem etiam in transplantatione astrorum internorum & inuisibilium fieri veritati consentaneum est.

4. Herba est vel salutaris, vel venenata.

5. Salutaris herba est, cuius astra superiora viribus pollent, quibus astra hominis in debita proportione seruentur, vt nec superiora in inferiorum ordinem descendant, nec inferiora superiorum sedem occupent.

Id est, salutaris herba est quæ hominis sanitati promouendæ sine alicuius artificioso ingenio inseruit: & sic habet vires natura se exerentes, quibus humanæ vitæ conseruationem continuare potest. Astra herbæ superiora sunt ignea puncta balsamo natiuo infixa, & ad radiorum suorum remissionem per naturalem excitationem ordinata, vt hinc herba notabiliter possideat potestates & efficacias pro subiectorum & partium varietate multiplices & diuersas. Astra herbæ superiora si conueniunt cum superioribus astris humani corporis, sanitatem applicata conseruare & prouehere possunt: Sin vero disconueniunt, sanitatis cursum impediunt, & morbos causantur. Inferiora astra sunt ignes suppressi & occulti per se non prodeuntes, sed excitationem sui aliunde exspectantes in corpore silent & quiescunt, quia ipsorum excitatio superiorum astrorum virtuosis & efficacibus actio-

nibus vim inferre & vires eorum infringere solet. Notabis herbas hic à me definiri, prout assumptæ sine notabili præparatione & exquisita resolutione extra hominis corpus instituta innati balsami beneficio præsentaneum auxilium sanitati afferunt. Alias certo certius est, potentissima astra in corporibus plantarum delitescere & remotione impedimentorum per ignem aliaque media conuenientia facta ex intima & profundissima earum abysso in lucem produci, atque exutis corporum vinculis in spiritualem naturam redacta præstantissimas & efficacissimas actiones de se edere: vt vel hinc cognoscere sæpe liceat, quod herba crude assumpta salutaris sit, in spiritualem autem essentiam eleuata venenum inducat, propter præternaturalem astri exaltationem & indebitam administrationem. Vinum est fructus vitis saluberrimus, quando ex vuis maturis exprimitur, & artis ope ad summam puritatem reductum est. Potest tamen ex eodem vino, quando cum fecibus suis destillatur, Spiritus educi potentissimus, qui homini in minori quantitate exhibitus sit veneno. Ii qui feces vini in cineres comburunt, solent combustioni locum destinare non intra mœnia vrbis, quam inhabitant, sed extra vrbem, ne malignus ille fœtor ex fecum istarum calcinatione prodiens detrimentum hominibus prætereuntibus inferre queat. Carbonarij ex lignis etiam per se salubribus igne suo fumos perniciosos & suffocatiuos non raro mouent.

Constat

Constat ergo ex hisce per præparationem etiam corporis salubris in lucem proferri astrum aliquod malignum hominis naturæ perniciosissimum. Quæ cum ita sint, ante omnia tenetur homo suæ saluti prouidere, & se contra hostes tam corporeos quam spirituales armis balsamicis munire & tueri. De quibus in mea Hermetica medicina Deo vitam largiente & iuuante vberius dissertabo.

6. Salutaris herba est vel alimentaria, vel medicamentaria.

Duobus modis homini herba conuenit, vel quatenus nutriendi facultatem in se habet, vel quatenus præterea alterandi vim primario obtinet, vt ea ratione id quod à natura hominis alienum est, expellat. Priori respectu herba dicitur alimentaria: posteriori vero medicamentaria. Alimentum autem & medicamentum (quod obiter hic adiicio) inter se ita differre vulgo statuuntur, vt alimentum dicatur assimilari corpori quod alitur, medicamentum vero tantummodo alterare. Sed sciendum est, non recte alimento alterationem denegari: ipsa enim alimenta multoties adeo corpus alterant, vt nouum veluti habitum introducere videantur. Considerate studiosorum vitam: Hi domi educati sæpissime sine scabie viuunt, quando permultos annos apud parentes continuo manent. Quamprimum vero ad exteriora loca migrant, atque aliquandiu ibi commorantur, & cibo potuque in illis locis consueto vtuntur, habitus

eorum in corpore euidentem alterationem subeunt, & vel scabie, vel alio morbo afficiuntur. Intuemini statum studiosorum VVitebergensium: pauci post multum cibi potusque vsum ex illa Schola sine febri ad patriam redeunt. Præterea & notum est, multos morbos diæta curandos esse: at diætæ ratio potissimum circa cibum & potum versatur. Quis ergo iure inficiari poterit, alimentum alterationem inferre, cum diæta aliquando morbis medeatur? Statuo ergo in alimento siue materiis alimentariis hanc virtutem esse positam, vt primario corpori assimilentur & nutriant, secundario vero alterationem causentur in corpore vel morbis obsito, vel ad morbos disponendo. Vt ergo medicamento propria non est alteratio, ita nec alimento soli conuenit assimilatio: Nam & medicamenti natura in hoc posita est, vt corroboret balsamum natiuum, eumque sic ad exturbandos morbos habilem reddat: Confortari autem balsamus non potest, nisi assimiletur ipsi illud, à quo confortatur. Hoc tamen discriminis inter alimentum & medicamentum obserua: Alimentum dum nutritioni corporis inseruit, & balsamo natiuo & toti subiecto eiusdem balsami simul assimilatur: medicamentum vero non corpori & subiecto balsami, sed ipsi tantum balsamo adunitur & assimilatur.

Vnde accidit vt nutrimentum tam vim alterandi & medendi, quam facultatem nutriendi simul possideat: medicamentum vero tantummo-

tummodo potestatem curandi sibi recte tribuat.

7. Alimentaria herba est, quæ vsui hominis cibario destinatur.

8. Eaque est vel olus, vel fruges.

9. Olus est herba satiua in hortis vt plurimum nascens.

Eius generis sunt allium, asparagus, beta, brassica, cepa, cucumer, fœniculum, pastinaca, lactuca, petroselinum, rapa, raphanus, &c.

10. Fruges est herba satiua in agris vtplurimum nascens.

11. Estque vel frumentum, vel legumen.

12. Frumentum est fruges spicam in culmo ferens.

Græce σῖτος. Eius generis sunt, triticum, siligo, hordeum, auena, spelta, milium.

13. Legumen est fruges grana in siliquis ferens.

Huius generis sunt faba, pisum, oryza, linum.

14. Medicamentaria est, cuius vsus potissimus in medicina consistit.

Huc referuntur, Abrotanum mas, Abrotanum fœmina; Absynthium; Acanthus seu branca vrsina; Adianthon; Alcea seu herba Simeonis Sigmarskraut; Althea Ibisch; Alsine Hünnerdarmb; Anagallis Gauchheil; Anethum Dillen; Amara-

cus Mayoran; Anchusa vulgo buglossum Ochsenzung; Apiastrum seu Melissophyllum Melissen; Anisum Aniß; Apium palustre Eppich; Ampeloprassum Hundsknoblauch; Anemone Kernrosen / Küchenschell; Argemone seu Anserina Grensing; Aristolochia longa Osterlucey; Aristolochia rotunda runde Helwurtz; artemisia Beyfuß; Arum seu serpentaria minor Teutscher Ingber; Asarum Haselwurtz; Asphodelus Affodillenwurtz; Asplenum vulgo in officinis ceterach, Steinfahren/Miltzkraut; Atriplex Milde/Scheißmilde; Atractylis hirsuta officinis carduus benedictus Cardebenedict; Auricula muris Wilde Mangold; Ballote seu Marubium nigrum, officinis prassium fœtidum Schwartz Andorn. Bellis vulgo consolida minor Maßlieben; Betonica Betonien; Blitum Meyer; Botris officinis quercula Krotenkraut. Caltha offic. Calendula Ringelblumen; Carduus altilis Artischock; Cassuta offic. Cuscuta Flachseiten; Centaurium maius; Centaurium minus Tausendgüldenkraut; Chamædrys Gamanderlein; Chamæpitys offic. iua Arthetica Feldcypreß; Chamæleo albus offic. Carlina Eberwurtz; Chamæmelum Camillen; Chrysanthemum Königsblumen/S. Johansblumen; Chelidonium maius seu hirundinaria Schelwurtz; Schwalbenkraut; Chelidonium minus offic. Scrofularia minor Pfaffenhödlein / Feigwartz; Clematis daphnoides seu Vincaperuinca Ingrün/Singrün; Colchicum offic. Hermodactylus Zeitloß; Cnicus seu hortensis crocus offic. Carthamus Wilder-Saffran; Citago Raden/

Korn-

Kornrose / Coronopus Krahensuß / Hanensuß: Cuminum satiuum Römischer Kümmel: Cuminum syluestre, seu Consolida regalis Rittersporn: Cyanus Kornblumē: Cyclaminus Schweinbrod: Cynanthemis offic. cotyla, vel cotula fœtida, Krottendill/Hundtsdill: Cynoglossa Hundszung: Cyperus Babylonius, vulgaris galanga, Galgantwurtzel. Dictamnum, Diptam: Dipascus offic. carduus fullonum Kartendistel: Dracunculus offic. serpentaria maior, Schlangenkraut/Drachenwurtzel. Echium, wilde Ochsenzung: Equisetū, Schaffthew: Erigeron, Grindwurtz/Grindtkraut/Creutzwurtz: Eupatorium offic. agrimonia, Odermennig: Eryngion offic. iringis, Brachdistel/Mannstrew: Erysimum, Hederich: Euphrasia, Augentrost. Filix, Waldfahrn: Galium, vnser Frawen Bettstroh: Gentiana, Entian: Geranium Storchenschnabel: Geum vulgo benedicta, Benedictenkraut: Gladiolus, klein blaw Schwertel. Halicacabus offic. alkekengi, Jndenkirschen: Hedera terrestris, Gundelräben: Helenium offic. enula campana, Alantwurtz: Heliotropium, Sonnenwirbel: Helxine cissampelos, Winnen / Zaunglocken: Helxine, seu muralis herba, seu parietaria, Mawerkraut/Tag vnd Nacht: Hemerocallis, Goldwurtz: Hiacynthus, Mertzblumen: Hypericon. offic. perforata, S. Johanskraut: Hyssopus, Ysop. Iberis seu lepidium, wilder Kreß: Intybus, scariora offic. Scariol: Intubum, vel cichoreum syluestre, Wegwart: Inturis, Latine capparis Cappern: Iris, blaw Schwertel: Isatis, Weyd/ Iuncus, Bintz. Lagopus, Katzenklee: Lappa, Spitzkletten/

Bettlersleuse: Lapathum, Heidnisch Lendenkraut: Lapathum acutum, seu rumex acutus, Mengelwurtz/Grindwurtz: Laser Gallicum vulgo ostrutium, Meisterwurtz: Lathiris offic. cataputia minor, Springkraut: Lenticula palustris, Wasserlinsen: Libanotis offic. fœniculus porcinus, Beerwurtz: Libanotis coronaria, seu rosmarinus, Roßmarin: Lichen offic. hepatica, Brunnēleberkraut: Lilium, Lilien Limonium, seu beta syluestris offic. pirola Holtzmangolt/Wintergrün: Lithospermō offic. milium solis, Meerhirsch: Lupus salictarius offic. lupulus, Hopffen. Malua maior, Herbstrosen: Malua syluestris, Pappeln: Marrubium, Andorn: Melanthium, schwartz Kümmel: Melilotus, Steinklee: Menta, Müntz: Meum seu anethum syluestre, Beerwurtz/Hertzwurtz. Nardus, Spicknard: Nasturtium, Kreß: Nymphæa offic. nenuphar, Seeblumen. Ophioglossum, Natterzungen: Orchis offic. satyrion, Knabenkraut: Origanum Heracleoticum, Wolgemuht/Dosten: Oxalis offic. acetosa, Sawerampffer: Oxalis minuta vulgo acetosella, klein Sawerampffer: Oxys offic. panis cuculi & alleluia, Guckauchklee/Sawerklee. Pæonia, Peonien: Papauer, Mon: Parthenium, solis oculus Latinis, offic. matricaria, Mutterkraut Mägdblumen: Pentaphyllum, Fünfffingerkraut: Pepius offic. esula rotunda, Teuffelsmilch: Personacea, lappa maior, groß Kletten: Petasites, Pestilentzkraut: Phu, vulgo valeriana groß Baldrian: Phylitis, lingua ceruina vulgo, offic. scolopendria Hirschzung: Plantago maior, groß Wegrich: Polypodium, Engelsüß: Polygonum, Weggraß:

Portu-

Portulaca, Grensel/Burtzelkraut: Pulegium, Poley: Pyrethrum, Bertram. Ranunculus, Hanenfuß/Geißblumen: Recomo, seu Rhabarbarum, Rhabarber: Ricinus, seu palma Christi, Creutzbaum/Wunderbaum: Rubia offic. rubia tinctorum, Ferberroht. Saluia, Salbey: Scilla, Meerzwibel: Sedum maius, groß Haußwurtz/groß Donnerbeer: Sedum minus, klein Donnerbeer: Sedum tertium, seu telephium, Mawerpfeffer/Katzenträublein: Sẽperuiuũ, Haußlamb: Serpillũ, Quendel: Sinapis, Senff: Sisymbrium offic. balsamita, aliis mentha crispa, krauser Balsam: Sisymbrium aquaticum, seu Nasturtium aquaticum, Brunnkreß: Solanum, Nachtschatt: Sonchus aspera, Gänßdistel: Sphondylium, seu Angelica, Angelick: Spina alba offic. carduus B. Mariæ, Frawendistel: Staphysagria, seu pedicularia, Läußkraut/Bißmüntz: Stratiotes, seu millefolium vulgare, Garb/Schaffgarb: Symphytum offic. consolida maior, Walwurtz. Teutlomalache, seu Spinachium, Binetsch: Thymu, Römischer/ oder Welscher Quendel: Tithymalus, lactuca marina Celso, Wolffsmilch: Tragopogon, Hirci barbula, Bocksbart/Gauchbrod: Trichomanes offic. Politrichon, rodter Steinbrech/Widertodt: Trifolium patrense, Wilder Klee: Tussilago, Brandtlattich. Verbascum, Wüllkraut/Königskertz: Verbenaca, Eysenkraut: Viola, Viol: Vmbilicus Veneris, Nabelkraut: Vrtica, Nessel.

15. *Sic fuit herba salutaris: Venenata herba est, quæ ab hominis natura adeo dissentit, vt intra cor-*

tra corpus assumpta statim hominis natiuo balsamo in ipsius perniciem bellum moueat, & interitui viuum corpus destinet, nisi homo singularibus medijs contra venenum se præmunierit.

Huius generis herbæ sunt aconitum, bryonia, cicuta, esula, napellus, veratrum, seu helleborus, &c.

Annotatio.

Distinctio herbæ in salutarem & venenatam non adeo accurata est, vt omne examen subire & sustinere possit: nam & herbæ venenatæ aliquando venenum deponunt, & in salutares herbas transplantantur, vt videre est in helleboro, qui multoties repetita transplantatione in meliorem tellurem de vehementia virtutis vomitiuæ non raro aliquid remittit. Aronis radix hic venenata est, in Lydia vero prope Cyrenen vrbem nascitur salutaris. Addo quod omnis herba in se habeat aliquid veneni naturæ humanæ aduersi: & sic herbæ venenatæ à salutaribus non recte distinguantur. A me tamen docēdi ergo talis distinctio herbæ affertur, quia herbæ inueniuntur, quæ venenū insitum potentius in hominis corpus infundunt; quædam quæ minus notabiliter. Illæ κατ' ἐξοχὴν à me venenatæ appellantur: hæ salutares, quia plus nutrimenti & medicamenti ex iis ad hominem redundat, quam veneni: & venenum quia alienū est, sine vlla naturæ perturbatione à balsamo expellitur. Si hæc responsio tibi, mi lector, non sufficere videtur, per me licebit tibi imaginari, quod data distinctio sit superuacanea: quia etiam vene-

natæ

natæ herbæ in ſalutarem vſum medicinæ & alimenti cedere poſſunt. Imo artificio Philoſophico venena herbarum reprimi & tolli queunt, vt ſalutaris vis ſub iis contenta in lucem prodeat. Quod ſi ergo datam diſtinctionem omitti malueris, herbam in alimentariam & medicamentariam diuides.

CAPVT V.

De Arboribus, & Fruticibus.

1. *PLantam primi generis in herba explicauimus: Secundi generis planta eſt arbor.*

2. *Arbor eſt planta, à cuius radice caudex cum ramis aſſurgit vt plurimum longior & denſior.*

Multa genera ſunt arborum: aliæ enim videntur ſteriles & nullum ferre fructum, vt ſalix, platanus, fraxinus, tilia, populus, betula, vlmus, buxus, cedrus, & ſimiles. Aliæ manifeſto ferunt fructum, vt pomiferæ & nuciferæ.

3. *Tertij generis planta eſt frutex, à cuius radice caudex cum variis ramuſculis infra iuſtam arboris proceritatem plerumq; aſſurgit.*

Huius generis ſunt (*a*) cinnamomum, (*b*) cardomomum, (*c*) agrifolium, caryophyllum, chamęcipariſus, vitex, (*d*) vitis, iuniperus, ribes, oxyacantha, ſambucus, rubus, cynosbatos, ſpinus, myrica, &c.

CAPVT VI.

De Viribus Plantarum.

1. HActenus partes, propagationem, destru-ctionem & species plantarum exposuimus: ad virium ergo earundem explicationem iure descendimus.

2. Vires plantarum sunt radij astrorum in plantis contentorum, quibus ipsæ in alia corpora agere & efficaciter aliquid operari possunt.

Axiomata.

I.

Vires resident in subtiliori plantarum essentia.

Astra enim quorum radii sunt vires, subtiliatum & summe attenuatum seu exaltatum subiectum requirunt, in quo consistant, si per radios suos aliquid in aliena corpora agere debent: multo magis vires seu radii astrorum in plantis subtile vehiculum poscunt, quo in alia corpora ferantur, atque in iis alterationem quandam causentur. Quamdiu corpus plantæ crassum est & manet, tamdiu subtilem essentiam sibi inclusam retinet, per quam vires eius dispensari soleant. Quoties vero per alias substantias subtiliores apprehenditur crassities corporis, toties natura eo allaborat, vt separatis impuritatibus terrestribus

subtilem

ſubtilem naturam è craſſo corpore proliciat, craſſitiem tollat, & aſtrum compedibus corporeis colligatum eximat, & ſpiritualitate immediatum ipſius domicilium donet, vt efficaciter id, quod poteſt, præſtet, & alia corpora, in quæ inuehitur, ſuo modo vel iuuet, vel iiſdem damnum inferat. Nulla autem planta per ſe apta eſt, vt virtutes ſuas intime concluſas ſponte prodat (excipio odores, qui ſponte è corpore in aerem effluunt, & ad nares animalium deferuntur) & ſine caloris aquæue vt alio artificio hominis luci proſtituat. Vnde ſi in hominem planta vires ſuas exercere debet, neceſſarium eſt, vt vel extrinſecus Chymico artificio planta ſoluatur, vel ab hominis ſtomacho, in quem iniicienda erat, digeratur, aperiatur & extractioni virium in ipſa comprehenſarum deſtinetur. Medici non fruſtra ordinant & iubent ſæpe plantarum coctionem in aquis, quia per eiuſmodi coctionem vires aquæ inſinuantur & communicantur, vt poſtea ab homine aſſumente facilius concoqui & ipſi applicari poſſint.

II.

Ex eo, ſecundum quod hominis corpori planta conuenit, vel diſconuenit, vires ſuas in corpus exercet.

Si plantæ natura conuenientiam habet cum corpore humano, inſeruit cõſeruationi & propagationi eius: Sin vero natura plãtę homini aduerſatur, vitia adducit & interitum minatur. Quamuis autem in qualibet planta omnes vires vitales

tales contineantur, & exinde alicui eas indiſcretim humano corpori competere videri poſſit, tamen diuerſitas diſpoſitionis in vtroque corpore contrarietatem quādam introducit, & diſtinctas maximeque inter ſe diſtantes naturas arguit, ita tamen vt vnius plantæ natura remotior ſit ab hominis eſſentia, quam alterius plantæ diſpoſitio. Quo aliquid naturæ humanæ eſt propius & vicinius, eo citius & facilius ab Archæo hominis in humanam naturam transformari poteſt. Quo vero aliquid longius ab hominis eſſentia diſtat, eo tardius & difficilius in eius naturam tranſmutatur, & ſic operationes contrarias & deſtruentes producit.

III.

Vires in centro plantæ tardius in lucem veniunt quam quæ intra centrum & circumferentiam abſtruſæ latent.

Maiori enim alteratione opus erit, priuſquam ad circumferentiam vires proueniant. *Circumferentia* plantę eſt cum diſpoſitione facili ad virium manifeſtarum editionem. *Centrum* plantæ eſt cū diſpoſitione difficilima ad virium abſconditarum editionem & demonſtrationem. Imaginare tibi circulum, in cuius medio ſit punctum aliquod indiuiſibile plenum virtutum & efficaciæ: effinge etiam in ſpacio, quod intra circulum & punctum illud medium exiſtit, eſſe multa & infinita obſtacula, quæ virium & virtutum è centro abitum ad circulum externum impediunt. Cogita præterea, alias infinitas poteſtates intra circulum & punctū medium

mediū consistere, quæ similiter ad actum perduci non possent, nisi etiā in circuli circumferētiam sistantur. Potestates intermediæ quia minori alteratione opus habēt, circuli extremitatē attingūt, quam virtutes centro inclusæ; ac proinde hæ maiorem alterationem requirent, quando luci prostitui debent: intermedię enim vires sunt circumferentiæ propiores.

IV.

Vires plantarum explorare cupiens intuetor 1. plantæ speciem, & (a) signaturam eius, 2. (b) matricem in qua radices egit, 3. (c) cæli sidus & constellationem, sub qua viret, & 4. (d) id in quod suas exercet vires.

(*a*) Quemadmodum princeps ad aliquem locum iam venire cupiens præmittit aliquem è suis ministris, vt aduentum ipsius principis denūciet: ita etiam plātæ protrudunt prius certum aliquod signum, ex quo virtutes quasi circumferentiæ inhærētes & editioni instanti destinatæ homini innotescant. Natura non vult temere plantam tentari eiusq; virium experimentum fieri sine præcognitione, ne in vsu aliquod detrimentum interueniat, & planta pro auxilio destructionem afferat. Eo fine in prodromo meo Physico certas proposui regulas, secūdum quas ex signaturis de potestatibus plantarum statuere debeamus. (*b*) Matrix seu locus in quo planta cōsistit, variat pro varietate mineralium per terræ viscera vbiq; permixtorum, quę quando ab aqua plantarum alimento assumuntur, & in subtilem naturam exaltan-

Ff tur, vna

tur, vna cum aqua in radices influunt, coctionem vegetatiuam sustinent, & potestates suas spiritualiter imprimunt, vt hinc plantæ vires augeantur & confortentur, si mineralia ista magis conuenientia fuerint; vel minuãtur, & reprimãtur si mineralia à natura illius plantę dissenserint. Nõ vbiq; vitis eiusdem virtutis profert vuas & vinũ: non vbique aronis radix amara existit: non vbique helleborus prodit venenatus & vomitiuus. Quemadmodum omnis corrosiua natura Saturnino spiritu dulcescit, & omnem corrosionem deponit: ita accidit etiam in vegetabilibus, vt corrosiuæ facultates natura iis implantatæ Saturnini alicuius spiritus accessu plane in contrariam commutentur naturam, quia sic nouam & meliorem matricem nanciscuntur, & nouis spiritibus renouantur. (c) Per constellationẽ intelligo hic non tantum ordinationem astrorum in firmamento, quæ quia supra certa vegetabilia directe existũt, in ea exinde suas influentias vniuersales demittũt; sed etiam dispositionem aeris calidam & siccam, humidam & frigidam: Nam ex inordinata aeris disspositione vires vegetabilium infringũtur & immutantur. Sic videmus ex tritico & siligine facile fieri lolium, quando autumnus & ver nimis pluuiosa extiterunt: Sic obseruamus vinum non maturescere, quando calor debitus è supernis denegatur. Flores & tenelli fructus frigore inordinato facile pereunt: calore immoderato nutrimentum plantis non raro detrahitur, vt multæ vires delitescere & in lucem transferri haud queant. Præterea astra in hæmisphærio, cui vegetabilia subiacẽt, influ-

influentias suas communicant hisce inferioribus non determinate, sed vniuersaliter, ita tamen vt iis maxime corporibus imprimantur, quæ sunt maxime habilia ad earum susceptionem. Ea autē vegetabilia aptissima sunt in se firmiter recipere impressionem superiorum, quæ astrum conueniens non in centro, sed veluti in superficie gerunt, vt vel hinc cognoscere liceat, vires vel mutari, vel minui, vel augeri pro influentiarum conuenientia, vel disconuenientia, aliis etiam certas sideris alicuius superioris, vt Saturni, Solis, &c. potestates nihil mutationis inferre posse, quando astrum circa circumferentiam gerunt potentius, quod resistat. (d) Hic tibi potissimum considerandum est, quod omnia propter hominem creata sint, ac proinde vegetabilia humano vsui potissima ex parte destinentur. Vires ergo herbarum si recte indagare tibi animus fuerit, hominis natura, cui applicari debent, ante omnia bene tibi perscrutanda est. Iam vero scias 1. hominem in hunc mundum diuinitus constitutum esse, & ex mundo propter imperfecti corporis complexionem alimentum petere, vt sic suam vitam vsque ad fatalem terminum diuinitus ipsi destinatum prolonget & conseruet. Alimentum autem, quod ab homine assumitur duo in sese continet, homogeneam naturam & heterogeneam: Homogeneam, quæ post conuenientem coctionem & digestionem in identitatē corporis humani insinuatur, & plane eidem assimilatur: Heterogeneam, quæ à balsamo hominis excernitur, ne sibi intra corpus matricē seligat, atq;

ad fontem vitæ œconomiam singularē aduersus naturalis vitæ dispensationem instituat, morbos procreet, & tandem mortem immaturam afferat. Quod si vero forsan accidit, vt excrementa intra corporis cancellos relinquantur, meatusque per quos separari & extrudi debebant, obstruantur, innatus Archęus debilitatur, & sine subsidio eiusmodi excrementa (siue sint crassa & corporea, siue spiritualia) expellere nescit. Quod medici vidētes deliberato cōsilio statuerunt subsidiū, quo alienæ istæ superfluitates è corporis angustiis exturbari possint & debeant, esse similiter ex fructibus terræ, quales sunt plantæ, promendum & adhibendum. Hinc alia atq; alia experimenta sub initium facta generales tandem regulas pepererunt, quarum ductu posteros docuerunt, quomodo ex vegetabilibus salutaria medicamina, quibus impuritates heterogeneas è corpore extruderent, sibi conficerent & præpararent. Verum vel ex incuria medicorum antiquorum vel ex detestanda negligentia assectarum in huiusmodi methodum magna ἀταξία irrepsit, vbi in præscriptione remedorū locus, tempus, cōstellationes & ætates vegetabiliū plane omissę, & hominū quibus experimenta & medicamēta applicata fuere, conditio & cōplexio, sedes & regio, alimenta & aeris cōstitutiones, vt & frequenter ætates neglectæ fuerūt. Quæ omnia cordatiori medico probe cōsiderāda propono, & suadeo vt ne ita temere aliorum medicorum experimenta sibi propria faciat, aliisq; ex indebito ipsorū vsu & applicatione creet periculū. Philosophum oportet esse, Cabalistā & Magum

vere

vere naturalẽ, qui cum fructu astra vegetabilium cũ astris humanis cõnectere, & exinde sanitatem hominis, vel conseruare, vel restituere serio intendit. 2. Scias hominis corpori inesse calorẽ, quo astrales radii plantarũ, postquã vinculis corporeis exẽpti fuerint, ad operandum animentur: Sine calore n. nullum astrũ alicuius corporis ad agẽdum disponi & promoueri potest. 3. Noueris in homine esse etiã naturam balsamicam & salinam, qua primum vegetabilium corpora, si cruda assumpta fuerint, aperiantur & resoluantur, vt exinde astrales radii exire, corporiq; humano conuenienter vniri possint. 4. Scias ab hominib. diuersis propter matricum summam diuersitatẽ astrales radios, in quibus vires & potestates vegetabiliũ consistunt, non æque recipi, sed in hoc homine fortiter, in alio debiliter, in alio pene nihil operari, vt vel hoc vnicũ te mouere debeat, quod ab hac planta certæ speciei morbũ è quolibet homine absq; omni errore & incertitudine pelli vix credẽdum sit. Ne tamen ex dictis conclude, me velle omnium Doctorum Medicorum certissima experimenta incertitudinis pallio induere, atq; felicissimã ipsorũ curationem suo digno encomio spoliare: Nã sine Doctorum Medicorũ institutione vix eo pertinges, vt feliciter ægros curare discas. Hoc velim, vt primum omnes circumstãtias ex dictorum meorũ ratione probe examines, & ea quæ Medici posteriores literis consignarunt, duobus oculis aspicias, vno quo intueri possis eorum inuẽta: altero, quo ea, quæ aliunde mutuo sumpserũt & in vsum suum traxerunt, cognoscas. Inuẽta ipsorum iudi-

cabis & probabis ex dictis regulis: Ea vero quæ ex aliis descripserunt, ita inquirito, vt 1. regionem & locum medicorum, à quibus primum ea profecta fuere, 2. terrā in qua vegetabilia, à primis inuentoribus vsurpata, nata fuerunt, & 3. consideratis omnibus circumstantiis vires eorum vegetabilium probe pensites. Quod si feceris, & secundum naturæ lumen ea ratione praxin tuam institueris, nō tantum solida eruditione animus tuus imbuetur, sed etiam ægri felicissime sanitati pristinæ tua opera restituentur.

V.

Pro diuersitate liquoris, quo vires ex plantis extrahuntur, vires diuersa apparent.

Quemadmodum aliter per acetum, aliter per spiritum vini vires & virtutes, quæ beneficio dictorum mediorum ex antimonio proliciuntur, afficiuntur, & sic variant. Ita etiam ex plantis pro dispositione liquoris, quo ex iis vires educuntur, vires earum in aliam atq; aliam abeunt naturam.

V I.

Plantæ earumue partes suas vires exerunt, tum intus assumptæ, tum foris admotæ.

VII.

1. Intus assumptarum plantarum aliæ vomitum mouent, aliæ per aluum purgant, aliæ vrinas cient, aliæ sudores pellunt, aliæ flatus discutiunt.

Vomitionem mouent.

Vomitiua. Raphani domestici succus ac semen, peponis radix, vrticæ semen, asarum, iuglandis arboris cortex

cortex medius, helleborus albus & hydragoga pleraque.

Per aluum expurgant

Myrobolani, tamarindi, cassia, rosæ pallidæ, folia senæ, helleborus, cnici semen, agaricus, hermodactylus, turpethũ, colocinthis, ebulus, sambucus, palma Christi, iris purpurea, cucumer agrestis, lathyris, esula minor, daphnoides, euphorbium. *Cathartica.*

Vrinas ciunt

Semen peponis, anisi, apii, fœniculi, seselios, chærefolii, milii Solis, saxifragiæ, maluæ, althææ, hordeum, plantago vtraque, adianthum omne, fructus halicacabi, fraga, parietaria, absynthium, ruscus, chamæmelum, radix asparagi, graminis, petroselini, fœniculi, glycyrrhizæ, valerianę, pimpinellæ, spicæ nardi, & eryngii, cicer omne, terebinthina, fœniculum, daucus, iuniperi fructus, lauri baccæ, calamus odoratus, cyperus, caprifolium, vrtica, cinnamomum, cubebæ, cardomomum, putamina malorum aureorum. *Diuretica.*

Sudores pellunt

Carduus benedictus, scordium, hederæ, lauri & iuniperi baccæ, radices fœniculi, apii, petroselini, bardanæ, pimpinellæ, angelicæ, tormentillæ, Zedoariæ, flores chamæmeli, lignum Guaiacum, sarsaparilla, radix chinæ, sassafras, absynthii, scabiosæ, fraxini, nec non superiorum salia. *Diaphoretica.*

Flatus discutiunt

Origanũ, calaminthe, ruta, anethũ, chamemę-

um,centaurium minus,pulegium,folia & baccæ lauri,semen anisi,carui,ameos dauci,cumini,fœniculi,agni casti.

VIII.

2.Intus assumpta plantæ earumue partes, eaq; quæ ab ijs promanant, vel capiti, vel pectori, vel cordi, vel ventriculo, vel hepati, vel spleni, vel renibus & vesicæ, vel vtero, vel articulis, vel oculis destinantur.

Destinantur capiti vegetabilia.

1. Quæ in errhina aptantur, vt sunt

Vtraque beta,brassica satiua,sampsuchum,betonica,anemone, nicotiana, elaterium & cyclamini succus.

2. Sternutatoria, vt

Saponaria,castoreum,ranunculi radix,radix iridis nostratis,sinapi,helleborus albus.

3. Ea ex quibus fit apophlegmatismus, vt sunt,

Ficus,vua passa,mastiche, nasturtiũ, piper, pyrethrum,staphysagria & nicotiana mas.

4. Ea quæ capitis ardores & deliria mitigant ac somnum præstant, vt

Rosa sicca, viola,nymphæa, lactuca, solanum hortense, semper viuum maius, hyoscyamus albus,papauer omne,opium.

5. Illa quæ frigidorum affectuum residua dissipant ac cerebrum calefaciunt, vt

Beto-

Betonica, amaracus, ros marinus, lauendula, ſtœchas, laurus, myrthus, galanga, viſcum quercinum, ruta, ſerpillum, centaureum minus.

6. Hæc quæ catarrhos ſiſtunt & cerebrum roborant, vt

Maſtiche, agallochum, ſpica nardi, nigella, caryophyllum, nux moſchata, macis.

Deſtinantur pectori

1. Quæ pectus & arteriam peculiariter leniunt ac refrigerant, vt

Pruna dulcia, vua paſſa, ſemen maluæ, glyzyrrhiza, amygdalæ dulces, nuclei pinei, auellanæ.

2. Ea quæ impactos humores tenuant, tergent ac educunt, vt

Nux pinea, betonica, polygonum, pimpinella, plantago, roſa rubra, ſanicula, ſcabioſa, tuſſilago, pulmonaria, ſymphytum.

Cordi deſtinantur

1. Ea, quæ è corde maligna depellunt, vt

Bugloſſum vtrumque, viola, nymphæa, ſemen oxalidis, tormentilla, mali odorati atque cotonei ſuccus, ſuccus mali citrij.

2. Quæ confortant cor, vt

Lignum aloes, cortex citri, nux moſchata, cinnamonum, caryophyllum, crocus, moſchus & ambra.

Ventriculo deſtinantur

1. Quæ algenti peculiariter conferunt, vt

tales contineantur, & exinde alicui eas indiſcretim humano corpori competere videri poſſit, tamen diuerſitas diſpoſitionis in vtroque corpore contrarietatem quãdam introducit, & diſtinctas maximeque inter ſe diſtantes naturas arguit, ita tamen vt vnius plantæ natura remotior ſit ab hominis eſſentia, quam alterius plantæ diſpoſitio. Quo aliquid naturæ humanæ eſt propius & vicinius, eo citius & facilius ab Archæo hominis in humanam naturam transformari poteſt. Quo vero aliquid longius ab hominis eſſentia diſtat, eo tardius & difficilius in eius naturam tranſmutatur, & ſic operationes contrarias & deſtruentes producit.

III.

Vires in centro plantæ tardius in lucem veniunt quam quæ intra centrum & circumferentiam abſtruſæ latent.

Maiori enim alteratione opus erit, priuſquam ad circumferentiam vires proueniant. *Circumferentia* plantę eſt cum diſpoſitione facili ad virium manifeſtarum editionem. *Centrum* plantæ eſt cũ diſpoſitione difficilima ad virium abſconditarum editionem & demonſtrationem. Imaginare tibi circulum, in cuius medio ſit punctum aliquod indiuiſibile plenum virtutum & efficaciæ: effinge etiam in ſpacio, quod intra circulum & punctum illud medium exiſtit, eſſe multa & infinita obſtacula, quæ virium & virtutum è centro abitum ad circulum externum impediunt. Cogita præterea, alias infinitas poteſtates intra circulum & punctũ medium

mediũ consistere, quæ similiter ad actum perduci non possent, nisi etiã in circuli circumferẽtiam sistantur. Potestates intermediæ quia minori alteratione opus habẽt, circuli extremitatẽ attingũt, quam virtutes centro inclusæ; ac proinde hæ maiorem alterationem requirent, quando luci prostitui debent: intermediȩ enim vires sunt circumferentiæ propiores.

IV.

Vires plantarum explorare cupiens intuetor 1. plantæ speciem, & (a) *signaturam eius, 2.* (b) *matricem in qua radices egit, 3.* (c) *cæli sidus & constellationem, sub qua viret, & 4.* (d) *id in quod suas exercet vires.*

(*a*) Quemadmodum princeps ad aliquem locum iam venire cupiens præmittit aliquem è suis ministris, vt aduentum ipsius principis denũciet: ita etiam plãtæ protrudunt prius certum aliquod signum, ex quo virtutes quasi circumferentiæ inhærẽtes & editioni instanti destinatæ homini innotescant. Natura non vult temere plantam tentari eiusq; virium experimentum fieri sine præcognitione, ne in vsu aliquod detrimentum interueniat, & planta pro auxilio destructionem afferat. Eo fine in prodromo meo Physico certas proposui regulas, secũdum quas ex signaturis de potestatibus plantarum statuere debeamus. (*b*) Matrix seu locus in quo planta cõsistit, variat pro varietate mineralium per terræ viscera vbiq; permixtorum, quȩ quando ab aqua plantarum alimento assumuntur, & in subtilem naturam exaltantur, vna

tur,vna cum aqua in radices influunt, coctionem vegetatiuam sustinent,& potestates suas spiritualiter imprimunt, vt hinc plantæ vires augeantur &confortentur,si mineralia ista magis conuenientia fuerint; vel minuātur,& reprimātur si mineralia à natura istius plantę dissenserint. Nō vbiq; vitis eiusdem virtutis profert vuas & vinū: non vbique aronis radix amara existit: non vbique helleborus prodit venenatus & vomitiuus. Quemadmodum omnis corrosiua natura Saturnino spiritu dulcescit, & omnem corrosionem deponit: ita accidit etiam in vegetabilibus,vt corrosiuæ facultates natura iis implantatæ Saturnini alicuius spiritus accessu plane in contrariam commutentur naturam, quia sic nouam & meliorem matricem nanciscuntur, & nouis spiritibus renouantur. (c) Per constellationē intelligo hic non tantum ordinationem astrorum in firmamento, quæ quia supra certa vegetabilia directe existūt, in ea exinde suas influentias vniuersales demittūt; sed etiam dispositionem aeris calidam & siccam, humidam & frigidam: Nam ex inordinata aeris disspositione vires vegetabilium infringūtur & immutantur. Sic videmus ex tritico & siligine facile fieri lolium, quando autumnus & ver nimis pluuiosa extiterunt: Sic obseruamus vinum non maturescere, quando calor debitus è supernis denegatur. Flores & tenelli fructus frigore inordinato facile pereunt: calore immoderato nutrimentum plantis non raro detrahitur, vt multæ vires delitescere & in lucem transferri haud queant. Præterea astra in hæmisphærio, cui vegetabilia subiacēt, influ-

influentias suas communicant hisce inferioribus non determinate, sed vniuersaliter, ita tamen vt iis maxime corporibus imprimantur, quæ sunt maxime habilia ad earum susceptionem. Ea autē vegetabilia aptissima sunt in se firmiter recipere impressionem superiorum, quæ astrum conueniens non in centro, sed veluti in superficie gerunt, vt vel hinc cognoscere liceat, vires vel mutari, vel minui, vel augeri pro influentiarum conuenientia, vel disconuenientia, aliis etiam certas sideris alicuius superioris, vt Saturni, Solis, &c. potestates nihil mutationis inferre posse, quando astrum circa circumferentiam gerunt potentius, quod resistat. (d) Hic tibi potissimum considerandum est, quod omnia propter hominem creata sint, ac proinde vegetabilia humano vsui potissima ex parte destinentur. Vires ergo herbarum si recte indagare tibi animus fuerit, hominis natura, cui applicari debent, ante omnia bene tibi perscrutanda est. Iam vero scias 1. hominem in hunc mundum diuinitus constitutum esse, & ex mundo propter imperfecti corporis complexionem alimentum petere, vt sic suam vitam vsque ad fatalem terminum diuinitus ipsi destinatum prolonget & conseruet. Alimentum autem, quod ab homine assumitur duo in sese continet, homogeneam naturam & heterogeneam: Homogeneam, quæ post conuenientem coctionem & digestionem in identitatē corporis humani insinuatur, & plane eidem assimilatur: Heterogeneam, quæ à balsamo hominis excernitur, ne sibi intra corpus matricē seligat, atq;

ad fontem vitæ œconomiam singularē aduersus naturalis vitæ dispensationem instituat, morbos procreet, & tandem mortem immaturam afferat. Quod si vero forsan accidit, vt excrementa intra corporis cancellos relinquantur, meatusque per quos separari & extrudi debebant, obstruantur, innatus Archęus debilitatur, & sine subsidio eiusmodi excrementa (siue sint crassa & corporea, siue spiritualia) expellere nescit. Quod medici vidētes deliberato cōsilio statuerunt subsidiū, quo alienæ istæ superfluitates è corporis angustiis exturbari possint & debeant, esse similiter ex fructibus terræ, quales sunt plantæ, promendum & adhibendum. Hinc alia atq; alia experimenta sub initium facta generales tandem regulas pepērerunt, quarum ductu posteros docuerunt, quomodo ex vegetabilibus salutaria medicamina, quibus impuritates heterogeneas è corpore extruderent, sibi conficerent & præpararent. Verum vel ex incuria medicorum antiquorum vel ex detestanda negligentia asseclarum in huiusmodi methodum magna ἀταξία irrepsit, vbi in præscriptione remedorū locus, tempus, cōstellationes & ætates vegetabiliū plane omissę, & hominū quibus experimenta & medicamēta applicata fuere, conditio & cōplexio, sedes & regio, alimenta & aeris cōstitutiones, vt & frequenter ætates neglectæ fuerūt. Quæ omnia cordatiori medico probe cōsiderāda propono, & suadeo vt ne ita temere aliorum medicorum experimenta sibi propria faciat, aliisq; ex indebito ipsorū vsu & applicatione creet periculū. Philosophum oportet esse, Cabalistā & Magum vere

vere naturalē, qui cum fructu astra vegetabilium cū astris humanis cōnectere, & exinde sanitatem hominis, vel conseruare, vel restituere serio intendit. 2. Scias hominis corpori inesse calorē, quo astrales radii plantarū, postquā vinculis corporeis exēpti fuerint, ad operandum animentur: Sine calore n. nullum astrū alicuius corporis ad agēdum disponi & promoueri potest. 3. Noueris in homine esse etiā naturam balsamicam & salinam, qua primum vegetabilium corpora, si cruda assumpta fuerint, aperiantur & resoluantur, vt exinde astrales radii exire, corporiq; humano conuenienter vniri possint. 4. Scias ab hominib. diuersis propter matricum summam diuersitatē astrales radios, in quibus vires & potestates vegetabiliū consistunt, non æque recipi, sed in hoc homine fortiter, in alio debiliter, in alio pene nihil operari, vt vel hoc vnicū te mouere debeat, quod ab hac planta certæ speciei morbū è quolibet homine absq; omni errore & incertitudine pelli vix credēdum sit. Ne tamen ex dictis conclude, me velle omnium Doctorum Medicorum certissima experimenta incertitudinis pallio inducere, atq; felicissimā ipsorū curationem suo digno encomio spoliare: Nā sine Doctorum Medicorū institutione vix eo pertinges, vt feliciter ægros curare discas. Hoc velim, vt primum omnes circumstātias ex dictorum meorū ratione probe examines, & ea quæ Medici posteriores literis consignarunt, duobus oculis aspicias, vno quo intueri possis eorum inuēta: altero, quo ea, quæ aliunde mutuo sumpserūt & in vsum suum traxerunt, cognoscas. Inuēta ipsorum iudi-

çabis & probabis ex dictis regulis: Ea vero quæ ex aliis descripserunt, ita inquirito, vt 1. regionem & locum medicorum, à quibus primum ea profecta fuere, 2. terrã in qua vegetabilia, à primis inuentoribus vsurpata, nata fuerunt, & 3. consideratis omnibus circumstantiis vires eorum vegetabilium probe pensites. Quod si feceris, & secundum naturæ lumen ea ratione praxin tuam institueris, nõ tantum solida eruditione animus tuus imbuetur, sed etiam ægri felicissime sanitati pristinæ tua opera restituentur.

V.

Pro diuersitate liquoris, quo vires ex plantis extrahuntur, vires diuersa apparent.

Quemadmodum aliter per acetum, aliter per spiritum vini vires & virtutes, quæ beneficio dictorum mediorum ex antimonio proliciuntur, afficiuntur, & sic variant. Ita etiam ex plantis pro dispositione liquoris, quo ex iis vires educuntur, vires earum in aliam atq; aliam abeunt naturam.

V I.

Planta earumue partes suas vires exerunt, tum intus assumpta, tum foris admota.

V I I.

1. Intus assumptarum plantarum aliæ vomitum mouent, aliæ per aluum purgant, aliæ vrinas cient, aliæ sudores pellunt, aliæ flatus discutiunt.

Vomitionem mouent.

Vomitiua. Raphani domestici succus ac semen, peponis radix, vrticæ semen, asarum, iuglandis arboris cortex

cortex medius, helleborus albus & hydragoga pleraque.

Per aluum expurgant

Myrobolani, tamarindi, cassia, rosæ pallidæ, folia senæ, helleborus, cnici semen, agaricus, hermodactylus, turpethũ, colocinthis, ebulus, sambucus, palma Christi, iris purpurea, cucumer agrestis, lathyris, esula minor, daphnoides, euphorbium. *Cathartica.*

Vrinas ciunt

Semen peponis, anisi, apii, fœniculi, seselios, chærefolii, milii Solis, saxifragiæ, maluæ, althææ, hordeum, plantago vtraque, adianthum omne, fructus halicacabi, fraga, parietaria, absynthium, ruscus, chamæmelum, radix asparagi, graminis, petroselini, fœniculi, glycyrrhizæ, valerianę, pimpinellæ, spicæ nardi, & eryngii, cicer omne, terebinthina, fœniculum, daucus, iuniperi fructus, lauri baccæ, calamus odoratus, cyperus, caprifolium, vrtica, cinnamomum, cubebæ, cardomomum, putamina malorum aureorum. *Diuretica.*

Sudores pellunt

Carduus benedictus, scordium, hederæ, lauri & iuniperi baccæ, radices fœniculi, apii, petroselini, bardanæ, pimpinellæ, angelicæ, tormentillæ, Zedoariæ, flores chamæmeli, lignum Guaiacum, sarsaparilla, radix chinæ, sassafras, absynthii, scabiosæ, fraxini, nec non superiorum salia. *Diaphoretica.*

Flatus discutiunt

Origanũ, calaminthe, ruta, anethũ, chamemę-

Betonica, amaracus, ros marinus, lauendula, ſtœchas, laurus, myrthus, galanga, viſcum quercinum, ruta, ſerpillum, centaureum minus.

6. Hæc quæ catarrhos ſiſtunt & cerebrum roborant, vt

Maſtiche, agallochum, ſpica nardi, nigella, caryophyllum, nux moſchata, macis.

Deſtinantur pectori

1. Quæ pectus & arteriam peculiariter leniunt ac refrigerant, vt

Pruna dulcia, vua paſſa, ſemen maluæ, glyzyrrhiza, amygdalæ dulces, nuclei pinei, auellanæ.

2. Ea quæ impactos humores tenuant, tergent ac educunt, vt

Nux pinea, betonica, polygonum, pimpinella, plantago, roſa rubra, ſanicula, ſcabioſa, tuſſilago, pulmonaria, ſymphytum.

Cordi deſtinantur

1. Ea, quæ è corde maligna depellunt, vt

Bugloſſum vtrumque, viola, nymphæa, ſemen oxalidis, tormentilla, mali odorati atque cotonei ſuccus, ſuccus mali citrij.

2. Quæ confortant cor, vt

Lignum aloes, cortex citri, nux moſchata, cinnamonum, caryophyllum, crocus, moſchus & ambra.

Ventriculo deſtinantur

1. Quæ algenti peculiariter conferunt, vt

Menta vtraque, ſiſymbrium ſiue balſamita, tanacetum, betonica & abſynthium.

2. *Quæ roborant, vt*

Roſa rubra, myrthus, oliua recens, coriandri ſemen, rhus ſiue ſumach, acacia, lyceum, hypociſtis, & ciſtus: maſtiche, crocus, myrobalani, galanga, ſpica nardi, agallachum, macer, nux moſchata, zinziber, caryophyllum & ambra.

Hepati conueniunt

1. *aperientia, vt*

Gramen, intybum omne, hieracium, chondrilla, lichen ſiue hepatica, quatuor ſemina frigida, (*a*) maiora & (*b*) minora, plantago & acetoſa.

(a) *Semina melonum, cucurbitæ cucumeris citrulli.*
(b) *Semina lactucæ, endiuiæ, ſcariolæ, portulacæ.*

2. *roborantia.*

Santala omnia, roſa, hepatica, iuncus odoratus, calamus aromaticus, cubebæ, vua paſſa & piſtacea.

Spleni proſunt

Radix apii, capparis, chamedrys, lupulus, caſſutha, ſcolopendrium, raphanus, cortex tamaricis, agnus caſtus, galanga, ſcylla, lapathum, rubiæ ſemen iris & ariſtolochia.

Renibus ac veſicæ commoda ſunt

Petroſelinum vulgare, raphanus vterque, pæoniæ radix, tribulus vterque, pimpinella, ſaxifragium, milium Solis, ſiſymbrium aquaticum, vrtica, ononis, geniſta.

Nota.

Quæ renibus applicantur medicamenta, nephritica dicuntur.

Vtero

Vtero destinantur

1. *Quæ sistunt menses, vt*

Cytinus, rhus, rubus, equisetum, virga pastoris, portulaca, myrthus, plantago, nymphæa, semperuiuum vtrumque.

Annotatio.

Quæ sistunt menses, frigida sunt pleraque, genitale semen extinguunt, Veneris impetum & insomnia frangunt, inhibentq; vteri strangulatum.

2. *Quæ menses mouent, vt*

Capillus Veneris, chamæmelum, betonica, laurus, parthenium, lilium, trifolium odoratum, pæoniæ radix, sampsuchum, ocymum, origanum & melissa.

Annotatio.

Hæc vegetabilia iam recensita vteri durities, strangulatum, flatus ac dolores tollunt, vnaque sordes eius alias excludunt, etiam in prægnantibus tuto.

3. *Ea quæ non tantum menstrua mouent, sed etiam partum secundinasque pellunt, vt*

Prassium, scordium, artemisia vtraque, pulegium, teucrium, valeriana, radix cyperi & rubiæ maioris, seseli, daucus, ruta, calaminthe, sauena, diptamnus, aristolochia, radix gentianæ, iridis, asari, myrrha, styrax.

Annotatio.

Inter hæc etiam sunt quæ fœtum enecent: Cautio ergo vires harum rerum experiri volenti necessaria erit.

4. Illa

4. Illa quæ matricem roborant, firmant & fœtum retinent, vt

Bistorta, costus, betonica, caryophyllum, nux moschata & macer.

Articulis destinantur

Iua arthetica, nasturtii & vrticæ semen, helenium, centaurium minus, hermodactylus & genista.

Oculis destinantur

Chelidonia, ruta, pulpa mali cydonei, euphrasia.

VIII.

Foris admotarum plantarum aliæ emolliunt, aliæ dolorem mitigant, aliæ sensus stupefaciunt, aliæ detergunt, aliæ sanguinem sistunt, aliæ glutinant.

Emolliunt

Chamæmelum, melilotus, lilium, ficus aridæ, semen lini, fœnugræci, ficus aridæ coctæ, radix iridis, bryoniæ, cucumeris agrestis, elaterion, ebulus, terebinthina, styrax.

Dolorem mitigant

Althea, malua, lilium, chamæmelum, melilotus, ficus, semen lini & fœnugræci, crocus.

Sensus stupefaciunt, & sic dolorem eximunt, soporemque inducunt

Hyoscyamus vterque, cicuta, mandragora, papauer, opium.

Detergunt, pusque eluunt & educunt.

Succus cyhorij, endiuiæ, intyborumque omnium,

mnium, rosarum & semperuiui maioris, plantago, agrimonia, betonica, succus apij, farina fabarum, hordei, cicerum, lupinorum, fœnugræci, seminis lini, terebinthina, aloe, myrrha, marrhubium eiusque succus melissophylli, absynthij & anagallidis, scordium, hypericon, vrticæ semen, & aristolochiæ vtriusque radix, centaurei & chelidonii succus, iridis radix & succus, helleborus, sauena, gentianæ, asphodeli, aronis, dracontij & cucumeris agrestis radix.

Sanguinem sistunt

Thelephium, polygonum, pimpinella, vrticæ & pentaphylli radix, androsenum, equisetum, salicis folia, cortex, lanugo & flores, isatis, symphytum maius.

Glutinant

Plantago, cynoglossum, millefolium, scabiosa, sanicula, alchymilla, caryophyllata, serpẽtina, limonium, symphytum omne, ophioglossum, hypericum, carduus benedictus, myrrha, terebinthina.

Conclusio huius Sexti capitis.

HÆc sunt quæ de viribus vegetabilium philosophari volui: Vbi etsi singularum specierum virtutes coniunctim recensere potuissem, tamen commodius esse mihi fuit visum, quod secundum hominis constitutionem plantarum vires tractauerim & explicauerim, nullus dubitans quin beneuolus lector tamdiu in hoc meo labore acquiescat, vsq; dum Deus animam meam maiori & vberiori rerum naturalium cognitione beauerit,

auerit, & intellectum meum ad rerum naturalium fastigium, quo vires plantarum secundum distinctas ætates pro omnium circumstantiarum exigentia significare, explicare & dilucide proponere possim, deduxerit. De die in diem conabor, vt συνθῶ in naturæ lumine proficiam, & defectus meos resarciam. Vnam quidem atque alteram macrocosmi literam diuina assistente gratia cognosco. Deus cui omnia, quæ noui, refero accepta, faxit vt & reliquas literas profundissimis creaturarum visceribus verboq; diuino occultissime inclusas in Schola macrocosmi, microcosmi, & Dei addiscere possim. Videbo omneque mouebo saxum, vt ad doctrinæ filios meorum studiorum fructus largiter redundet, indigni vero Philosophastri sapientiam in verborum tortuosis lenociniis sitam esse arbitrantes à Philosophico paradiso procul arceantur, ne margaritæ porcis temere obiiciantur. Si quis vero animum suum in vestigandis vegetabilium potestatibus acuere, & pleniorem instructionem reportare ita velit, vt interea temporis, per quod pleniori & euidentiori virium vegetabilium mea tractatione carere cogitur, se exerceat, ei hoc do consilij, vt Carrichteri librum de herbis, earum virtutibus & collectione diligenter noctes atque dies manu verset, meditetur, cum natura conferat, & ex eo ad naturæ maiora mysteria aditum sibi præparet. Pluribus istum autorem laudibus extollere nolim: res ipsa veritasque patebit ei, qui modo vel mediocriter tantum ipsum libeaurit.

PHYSICÆ

PHYSICÆ HERMETICÆ

LIBER X.

DE ANIMALIBVS.

CAPVT I.

De animali in genere.

1 *MINERALIBVS & vegeetabilibus hactenus explicatis animalium doctrina sequitur.*

2. *Animal est corpus sentiens & loco se mouens.*

Quia sentiens corpus est, ideo & vegetabile est: nihil enim sentire potest, nisi id, in quo anima vegetatiua cum facultatibus & conuenientibus operationibus vegetabilibus existat.

Axiomata.

I.

Animal ex mineralibus & vegetabilibus suum petit nutrimentum.

Vt mineralia ex Elementis terra & aqua, & vegetabilia

getabilia ex mineralibus & Elementis: Sic animalia ex mineralibus, vegetabilibus Elementisque ſimul nutriuntur vel mediate vel immediate. Mediate ex mineralibus nutrimentum ſuum hauriunt animalia per vegetabilia, & aliquando etiam per animalia alia, vt lupus in oue aſſumit ſibi nutrimentum ex vegetabilibus, quibus ouis paſta fuit: ex mineralibus, quia vegetabilia, quibus ouis enutrita fuit, è mineralibus alimentum ſibi appropriauerunt. Conſtat ex hiſce, animalia ſine vegetabilibus & mineralibus, & vegetabilia ſine mineralib. conſiſtere non poſſe. Ex quo enim aliquid cauſam ſuæ conſeruationis ſibi attrahit, ſine illo eſſe non poteſt. Noli vero arbitrari à mineralibus crudis animalia ſuſtentari, ſed ſcias mineralia prius in naturam vegetabilium transmutari, vt ex vegetabilibus poſtea in conuenientius nutrimentum conuerti & concoqui poſſint. Natura non patitur violentos motus, nec ſubitos ſaltus admittit. Ea qua inter ſe ſumme diſtant, non niſi per certa media coire, & in vnius eſſentiæ conſtitutionem abire queunt. Et mineralium Spiritus quia potentiſſimi ſunt, ſummaque cum vehementia corpus in quod agunt, aggrediuntur, prius per varias alterationes & digeſtiones in vegetabilibus compeſcendi ſunt, ne animalium naturam in mediocri temperie conſtitutam ſuo furore & violentia ſuaque immaturitate peruertant & deſtruant. Intuemini vitriolatos, antimoniales, ſulphureos, arſenicales & alios ſalinos Spiritus in mineralium corporibus concluſos: Qui ſi indomiti ad

miti ad nutritionem animalis erumperent, animalis innatum Spiritum suffocarent, vel vi è corpore euocarent. Cuius assertionis veritatem ob oculos nobis ponunt fossores metallici, qui non raro periculum vitæ ex impetu malignorum mineralium spirituum subeunt. Testatur id etiam tempore pestis aer arsenicalibus & antimonianis venenis vbique infectus; quo veluti subito innumeri homines perire videntur. Quod cùm Philosophi sinceriores probe norint, non patiuntur vt cruda illa mineralia sine legitima præparatione vsui medicinali destinentur, sed omnes vires intendunt, vt potentissimi eiusmodi Spiritus mediantibus variis digestionibus coerceantur, & in temperiem cum hominis constitutione conuenientem adducantur, & sic in medicamenta salutaria conuertantur. Obiicis hic forsan, quod ex mineralibus vegetabilia nutriri nequeant, quia dantur metalla natura irresolubilia, vt aurum & argentum. Verum lubenter concesserim aurum & argentum ad suum perfectionis statum deducta Spiritus suos excellentissimos & efficacissimos emittere non posse, nisi duo illa corpora artificio Philosophico absque omni corrosiuo conuenienter resoluta fuerint: Sed tamen ignorandum non est, duo ista metalla, priusquam ad perfectionis naturalis summum gradum prouecta fuerint, ex spiritibus volatilibus & potentibus coaluisse, eosque semper in matricibus mineralibus hærere, nec quiescere, vsque dum vel portiunculam vegetabilibus in-

ſinuauerint, vel portiunculam metallicæ confe-ctioni dicauerint. Ne vero quis negare poſſit ex adeo præſtantiſſimis ſpiritibus præſtantiſſima illa metalla concreta & producta eſſe, Philoſophi ſinceriores ex Dei inſpiratione medium illud aſſecuti ſunt, quo aurum & argentum in ſuam primam materiam reducere, & in argentum viuum commutare, & potentiſſimos ſaluberrimoſque eorum Spiritus excitare vſuique humano applicare non ſine immenſis laboribus & meditationibus didicerunt, naturæ veſtigia inſiſtentes.

II.

Omne ſentiens dignius eſt vegetabili.

Nam ad ſentientium organa multo ſubtilior & purior materia requiritur. Sendiuog. de Sulph. p. 7. Quare natura facit & producit ex prima putrefactione res puras, ſed ex ſecunda putrefactione multo puriores ac multo digniores & nobiliores, vt habes exemplum in ligno vegetabili, in cuius prima compoſitione natura facit lignum: quando autem illud poſt maturitatem corrumpitur & putrefit, generantur ex illo vermes & aliæ beſtiolæ vitam & viſum habentes.

3. Circa animal explicantur 1. Partes eius eſſentiales 2. Species eiuſdem.

CAPVT

CAPVT II.

De corporis ſentientis partibus ſimilaribus.

1 *ANIMALIS partes eſſentiales ſunt corpus ſentiens & anima ſentiens.*

2. Corpus ſentiens eſt, quod animæ ſentientis habitaculum eſt, & optime cognoſcitur ex integralibus ſuis partibus.

Axiomata.

I.

Quot partes corpus ſentiens habet diſtinctas, tot etiam diſtinctas virtutes, poteſtates & vſus poſſidet.

II.

Quodque corpus ſentiens perſpirabile eſt.

Et vt aeri ingreſſum continuum permittat, & vaporibus ſumme tenuibus excrementis exitum concedat.

3. Corporis ſentientis partes ſunt vel continentes, vel contentæ.

4. Continentes partes corporis ſentientis ſunt, quæ firmam & ſolidam habent ſubſtantiam, atque humores & ſpiritus in ſe ſuſtentant.

5. Partes continentes ſunt vel ſimilares, vel diſſimilares.

6. Similares partes ſunt, quæ vndique in ſimi-

les secundum sensus eiusdem speciei particulas diuidi possunt.

7. Similarium partium sunt 4. Classes: Sub prima classe ossa & cartilagines continentur.

8. Ossa sunt corporis sentientis partes duræ, siccissimæ, maximeque terrestres, ad totius stabilitatem & fulcrum producta.

Dura sunt ossa, non concretione vt glacies (igne enim dissoluerentur) non tensione vt tympanum, sed siccitate vt lignum. Sicca sunt à calore humidum crudum exhauriente. Generantur ossa ex seminis crassamento: Crassior quippe & terrea eius pars, non sicca omnino, sed aliquantulum humida, eaque non glutinosa, quia ex ea nerui, membranæ, & ligamenta efformantur, sed pinguis est. Hoc indicauit diuinus senex libello περὶ ἀρχῶν inquiens: Vbi pinguedinis plus quam glutinis extitit, ossa formata sunt. Calor autem quia pingue exurit, siccatque durities & soliditas ossium inde exoritur. Hanc ossium ab exustione generationem primus agnouit Hippocrates libro citato, & libro de natura puelli, vbi inquit: Ossa à calore densata indurescunt & resiccantur: Constructa autem sunt ossa, vt sint veluti propugnacula aduersus omnes impetus, & stabilimentum atque robur corpori sustinendo præstent, haud secus atque basis & columna ædibus subiecta. Hinc ergo communis ossium omnium est vsus. Sunt & alij peculiares vsus: motuum quippe varietas, vt in ossibus digitorum, motuum robur, vt in sesamoideis: partium principum tutela, vt

cranium,

cranium, vertebræ, coſtæ; diſcrimen partium: perſpiratio tranſituſque vaſorum, vt in caluaria. Vide c. 1. lib. 6. oper. anatom. Andreæ Laurentij.

Axiomata.

I.

Corpus ſentiens pluribus conſtat oſſibus.

Eo fine vt variè moueri, extendi, flecti, circumagi & progredi poſſit, quod eſſet impoſſibile, ſi vnico eoque continuo oſſe conſtaret.

II.

Oſſa aut per (a) ἄρθρον *id eſt articulationem, aut per* (b) σύμφυσιν *connectuntur.*

(*a*) Articulatio eſt naturalis oſſium ſtructura, in qua duorum oſſium extrema ſeſe tangunt. Articulatio hæc duplex ſtatuitur: alia enim laxa eſt, quam διάρθρωσιν vocant, alia ſtricta, & ita compacta, vt nullum ſubſit ad motum ſpacium, quam συνάρθρωσιν dicunt. Illa cum motu eſt manifeſto, hæc motum nullum habet, aut ſaltem δυσόρατον id eſt vix aſpectabilem. Diarthroſεως tres ſunt ſpecies: Enarthroſis, arthrodia, ginglymos. Enarthroſis eſt, cum excipiens cauitas admodum profunda eſt, caputque quod in eam inſeritur, oblongum: talis eſt femoris cum iſchio articulatio. Arthrodia cum cauitas eſt ſuperficiaria, & caput depreſſum: vt inferioris maxillæ cum oſſe temporum: occipitis cum primo ſpondylo articulatio. Ginglymos eſt, quando os idem & excipit & excipitur, vt in feneſtris & oſtiis viſitur, in quibus ferramentum vtrumque, & quod vehit, & quod circumagit, mutuum habent ingreſſum. Synar-

throſεως quoque tres ſunt ſpecies, ῥαφὴ id eſt ſutura, ἁρμονία & γόμφωσις. Sutura compoſitio eſt conſutis rebus ſimilis: Ea duplex, ſerrata & ad vnguem. Prior ſerrarum inuicem ſuis ſpiculis iunctarum formam refert, qualis in capite cernitur: Poſterior duorum vnguium ſeſe ſubeuntium figuram exprimit. Harmonia articulatio eſt per ſimplicem lineam rectam, obliquam aut circularem: Sic maxillæ ſuperioris omnia fere oſſa iunguntur. Gomphoſis eſt, cum os oſſi claui modo infigitur, vt dentes. Hæ ſunt articulationis ſpecies duæ, diarthroſis & ſynarthroſis: quibus tertiam ex Galeno addunt, & neutram appellant, quia nec omnino diarthroſis, nec omnino ſynarthroſis, ſed vtriuſque particeps: ratione quidem obſcuri motus ad ſynarthroſin: ratione autem inſertionis, id eſt, cauitatum & capitum ad diarthroſin refertur. Talis eſt coſtarum cum ſterno & vertebris, oſſium octo carpi & oſſium tarſi articulatio. (*b*) Symphyſis eſt naturalis oſſium vnio, per quam oſſa quæ duo erant, continuantur & vnum fiunt, adeo vt ſymphyſεως natura in continuitate conſiſtat, vt articulationis in contiguitate & ſolo extremorum contactu. Symphyſis autem duplex eſt: alia ſine medio, alia cum medio. Quæ oſſa mollia ſunt & fungoſa, ſine medio coaleſcunt. Sic epiphyſes fere omnes, quia molles & cartilagineæ, cum oſſib. per ſymphyſin vniuntur. Quæ vero ſicciora ſunt & duriora, nonniſi alicuius corporis interuentu vniri queunt. Medium illud corpus triplex eſt, neruus, cartilago & caro. Ex Andrea Laurentio.

III.

Ossibus accidunt (a)ἀπόφυσις *&* (b)ἐπίφυσις.

(a) ἀπόφυσις est eminentia, productio, extuberantia, & processus ossis. ἀποφύσεων duplex est vsus: alter ad partium exortum & insertionem (nisi enim extuberarent ossa, colliumque ritu producerentur, nec musculi, nec ligamenta ex his enascerentur:) Alter processuum vsus est, vt quibusdam partibus propugnaculi vicem gerant, vt in vertebris & scapulis cernere licet. ἐπίφυσις Latinis appendix, applantatio, annexus, additamentum, nihil aliud est quam os ossi adnatum: quasi enim natura sui oblita os breuius fecerit ἐπιφύσει perficit & auget. ἐπιφύσεων vsus est quintuplex. 1. in medullosis ossibus vicem gerere operculi, ne effluat medulla. 2. ad firmiorem articulationem: latiore enim basi melius firmantur ossa. 3. Tertius vsus ἐπιφύσεων in hoc consistit, vt ex iis ligamenta oriantur, quæ vel ossa connectunt, vel musculorum tendines efformant. 4. ἐπίφυσις osse mollior & ligamento durior ad ossium symphysin quasi medium quoddam sese interponit: Sic solet natura mediis extrema copulare. ἐπιφύσεων interiectu sistitur ossis fractura, nec vlterius progreditur, vt in cranij suturis.

IV.

Ossa sunt capitis, trunci, & artuum.

Capitis ossa sunt os frontis, occipitis, syncipitis duo, temporum item duo, sphenoides & ethmoides, maxilla vtraque, superior & inferior. Superior vndecim constat ossibus: inferior duobus tantum.

tum. Vtrique tantum dentes ſedecim per gomphoſin articulantur, ex quibus quatuor ſunt τομεῖς ſeu inciſores, duo canini, & tres molares. *Trunci* oſſa ſunt ſpina, coſta, & os innominatum. Spina quatuor habet partes, ceruicem, dorſum, lumbos, os ſacrum. Ceruicis ſeptem ſunt vertebræ, dorſi duodecim: lumborum quinque: oſſis ſacri quatuor, cuius extremum coccyx dicitur. Coſtæ duodecim ſunt: vtrinque ſeptem veræ, & quinque nothæ, quibus os ſterni anteriore parte, clauiculæ ſuperiore, ſcapulæ poſteriore annectũtur. Oſſis innominati partes ſunt, ilium iſchium, & os pubis. *Artuum* oſſa ſunt oſſa manus & pedis. Manus oſſa ſunt oſſa brachij, cubiti, & extremæ manus. Os brachij vnicũ eſt, ſuperne ſcapulæ per enarthroſin, inferne cubito per ginglymon articulatum. Cubitus radio cõſtat, & cubito. Oſſa manus extremæ ſunt oſſa carpi, metacarpij & digitorum: carpi oſſa octo ſunt: metacarpij quatuor: digitorum quindecim, quibus ſeſamoidæ addere licet. Pedis oſſa ſunt oſſa femoris, tibiæ & extremi pedis: Femoris os vnicum eſt; tibiæ duo: extremi pedis oſſa ſunt oſſa pedij, metapedii & digitorum. Pedii oſſa ſeptem ſunt: metapedij quinque, digitorum quatuordecim. His omnibus oſ ypſiloides & oſſiculum cordis addamus, quæ cum cæteris articulationem nullam habent. Hæc eſt oſſium omnium humani corporis breuis delineatio.

Anno-

Annotatio.

Homo cum ſit omnium animalium perfectiſſimum, & ex ipſius frequentiori anatomia natura ſitus & figura oſſium homini innotuerint, merito tanquam norma & regula proponitur, qua corporis ſentientis oſſa contemplemur & intelligamus, ſeruata vbique analogia: id quod hoc loco ſemel monuiſſe ſufficiat.

9. Cartilagines ſunt ſubſtantiæ oſſibus paulo molliores, & aliis omnibus membris duriores, flexiles quodammodo, facta à natura partim propter cohærentiam & ſuſtentationem membrorum, partim propter faciliorem eorundem motum.

10. Secundæ claſſis ſunt ligamentum, tendo & membrana.

11. Ligamentum eſt ſubſtantia ſimilaris neruoſa & alba poſt cartilaginem & os maxime dura, cedens tactui, oſſa inter ſe connectens & reliquas partes oſſibus.

Vſus ergo ligamenti eſt, 1. vel oſſa inter ſe, vel cartilagines cum oſſibus, vel cartilagines inter ſe, vel viſcera cum oſſibus connectere. 2. Chordas muſculorum continere in ſuis locis & ſinibus per quos ducuntur, ne ex iis eleuentur aut excidant. 3. Tegere & munire chordas, 4. interſtitium efficere inter muſculos, eoſque à ſe inuicem diſtinguere.

12. Tendo ſeu chorda eſt ἔκφυσις *quædam fibra-*

rum, ligamenti & nerui, quæ per carnes sparsa in venam veluti chordam coeunt, qua omnes ducuntur articuli, vt voluntati visum est.

13. Membrana est substantia similaris, tenera, alba, intus singulas alias partes tegens.

14. Tertiæ classis partes similares sunt nerui, arteriæ, venæ & fibræ.

15. Nerui sunt substantiæ à cerebro aut spinali medulla exortæ, interiore parte medullares, exteriore membraneæ, spiritum animalem deferentes ad sensum & motum.

Axiomata.

I.

Nerui caui non sunt.

Interior quidem nerui substantia mollior est, quia medullaris est, sed tamen sensilem & conspicuam cauitatem nullam nerui habent, quamuis poris insensibilibus nō destituantur. Ne ergo dixeris, opticos neruos cauos esse: molliores quidē sunt, amplioresque reliquis, sed cauitate sensili destituuntur. Per cauitatem venæ à neruis distinguuntur.

II.

Nerui venæ continuatæ non sunt.

1. Quia venæ cauæ sunt, nerui solidi. 2. Venarum exterior tunica mollis est, neruorum durissima. 3. Nerui interior pars medullosa est: venæ vero nulla medulla hactenus obseruata fuit.

16. Nerui sunt vel molliores, vel duriores.

17. Mol-

17. *Molliores sunt, qui ex priori cerebri parte orti sensum exquisitiorem producunt, atq; in sensuum organa propagantur.*

Horum septem paria numerãtur: quorum primum & secundum par ad oculũ; illud ad sensum, hoc ad motum: tertium & quartum par ad linguã gustus gratia: quintum ad sensum auditus mittitur: sextum membranis viscerum medii & infimi ventris sensum & laryngi motum ad vocem tribuit: septimum linguæ musculis inseritur ad eius motum promouendum.

18. *Duriores nerui sunt, qui à cerebello & spinali medulla prodeunt, & deferunt partibus internis sensum & virtutem motricem.*

Horum triginta sunt paria: septem paria quæ ex medulla in vertebris colli oriuntur in capitis partem exteriorem eiusque musculos, vt & faciei disperguntur: paria duodecim, quæ ex medulla vertebrarum dorsi promanant, ad dorsi & toracis musculos feruntur: paria quinque, quæ ex medulla vertebrarum lumborum proueniunt, musculis lumborum inseruntur: & tandem oriuntur quinque paria ex medulla ossis sacri, quæ in musculos vicinos distribuuntur.

19. *Arteriæ sunt vasa concaua, oblonga, duplici tunica, eaque crassissima, constantia, deducendo vitali spiritui, nec non temperando & expurgando cordis & singularum partium calori dicata.*

Axio-

Axiomata.

I.

Arteriæ ex corde oriuntur.

Ex cordis ſinu ſiniſtro duæ principales proſiliunt arteriæ, à quibus ſeu tunicis reliquæ omnes ortũ ſumunt: arteria aorta, & arteria venoſa. Aorta eſt arteria magna, omnium arteriarum ſtipes, quæ vitalem ſpiritum omnibus corporis partibus deferunt. Arteria venoſa in pulmonem porrigitur, ex quo affert aerem refrigerandi cordis cauſa.

II.

Eodem, quo cor, motu mouentur arteriæ.

Igitur quando implentur arteriæ aere, cor etiam aere impletur & dilatatur: quando contrahũtur arteriç, contrahitur & cor, ad expellendas fuligines caloris ſuperuacui.

20. *Vena eſt pars ſimilaris rotunda, fiſtulæ modo excauata, ab hepate orta, ſimplici tunica conſtans, fibris triplicibus inſtructa, continendo, deducendo nec non coquendo ſanguini à natura dicata.*

Sciendum eſt, nomen apud Hippocratem & Veteres cum arteriis commune eſſe venis; ſed vt diſtincta ſunt vaſa, ita quoque diſcreta erunt nomina. Diſtinguuntur ſtructura, motu & vſu. Structura quidem, quod vena prætenuem habeat tunicam, arteria craſſiſſimam & vt voluit Herophilus, ſextuplo vena craſſiorem, Motu, quia mouetur arteria ſyſtoles & diaſtoles motu, vena plane eſt im-

eſt immobilis. Vſus arteriarum & venarum ex ſingularum definitionibus pateſcunt.

Axioma.

Venarum aliæ principales ſunt, aliæ minus principales.

Principales, à quibus ceu truncis oriuntur reliquæ, ſunt vena porta & vena caua. Vena porta eſt vena inſignis, ex concaua hepatis parte prodiens, & omnes meſaręi venas excipiens, quibus ex ventriculo & inteſtinis chylum accipit, & ad iecoris concauum defert. Vena caua, quæ & magna dicitur, ex gibba hepatis parte enaſcens, & per totam animalis longitudinem excurrens ſanguinem omnibus partibus pro nutrimento defert. Venæ minus principales ſunt rami priorum, & vel peculiaria ſortiuntur nomina, vel non habent appellationes proprias. Rami venę portæ ſunt meſaraicæ & hæmorrhoides. Rami venę cauæ ſunt vel interiores, vel exteriores. Interiores ſunt venæ emulgentes & ſeminales. Exteriores, in capite ſunt iugulares & ſoporales: in trunco intercoſtales: in brachiis axillares, humeraria & mediana: in pedibus ſciatica, ſaphena. Harum rami omnes ſparſi in partes corporis, tam exteriores, quam interiores peculiaribus appellationibus deſtituuntur.

21. Fibræ ſunt partes ſimilares, albæ & ſubtiles, per membrorum ſubſtantiam ſparſæ ad promouendum operationes eorum vitales.

Eæque ſunt rectæ, vel tranſuerſæ, vel obliquæ.

Rectæ

Rectæ sunt, quæ secundum membri longitudinem feruntur, & arcana vi attractioni alimenti seruiunt. Transuersę sunt fibræ secundum corporis latitudinem transuersim positæ, & alimentum attractum retinent. Obliquæ secundum obliquũ organo obducuntur, & priores duas decussatim secant, expellendique vim habent.

22. Quartæ classis partes similares sunt adeps, cutis & caro.

23. Adeps est pars corporis similaris, ex aerea & pinguiore sanguinis parte, quæ per tenues vasorum tunicas roris instar exsudat, & ad membranas allabitur, atque innato sale crassescit, constans.

Vsus hic adipis est 1. vt calidis & siccis corporibus affusus ea obliniat humectetque, 2. vt vicinarum partium calorē foueat, 3. vt vasorum, quæ ad cutem feruntur, stratum sit, alioqui nuda periclitarentur, 4. vt per inedias cedat in alimentum. Natura præcognoscens sui habitaculi interitum sibi mature de alimento prospicit, quo diutius conseruetur. Mures hyeme cibos non nasci scientes sibi in autumno nuces, & frumentum colligunt, vt inde per hyemem viuant & sustententur. Similiter & membra ex vberiori nutrimento, si quando eo potiuntur, adipem per suos archæos conficiunt, vt per inedias eo; nutrimenti loco; frui possint.

24. Cutis est pars similaris amplissima, omniumq; partium corporis tegumentum.

Cutis

Cuti alia obducitur membranula, quæ dicitur cuticula, estque nihil aliud, quam tenuissima cutis efflorescentia, ceparum pelliculis tenuioribus similis, è cutis excremento crassiore pronata.

25. *Caro est pars similaris, mollis & rubicunda.*

Sunt qui carnem ex sanguine & non ex semine originem traxisse aiunt, carnemque esse veluti sanguinem concretum statuunt: Sed quemadmodum omnia vegetabilia in terra nascentia è propriis seminibus proueniunt: ita singulæ partes corporis animalis ex propriis tincturis in semine animali latentibus; subministrato ex alimentis superaduenientibus corpore, oriuntur. Non ergo sanguis concretus caro est, sed est substantia, cui nerui, arteriæ, venæ & fibræ mirabiliter permixtæ, ossaque cum membranis annexa sunt, vt harmonico concentu in vnius corporis constitutionem & conseruationem ferantur.

CAPVT III.

De Corporis sentientis dissimilaribus Partibus externis.

1. *Similaribus partibus tractatis, dissimilares partes iure docentur: quæ ex similaribus partibus compositæ diuersi sunt nominis & essentia.*

Anno-

throſεως quoque tres ſunt ſpecies, ῥαφὴ id eſt ſutura, ἁρμονία & γόμφωσις. Sutura compoſitio eſt conſutis rebus ſimilis: Ea duplex, ſerrata & ad vnguem. Prior ſerrarum inuicem ſuis ſpiculis iunctarum formam refert, qualis in capite cernitur: Poſterior duorum vnguium ſeſe ſubeuntium figuram exprimit. Harmonia articulatio eſt per ſimplicem lineam rectam, obliquam aut circularem: Sic maxillæ ſuperioris omnia fere oſſa iunguntur. Gomphoſis eſt, cum os oſſi claui modo infigitur, vt dentes. Hæ ſunt articulationis ſpecies duæ, diarthroſis & ſynarthroſis: quibus tertiam ex Galeno addunt, & neutram appellant, quia nec omnino diarthroſis, nec omnino ſynarthroſis, ſed vtriuſque particeps: ratione quidem obſcuri motus ad ſynarthroſin: ratione autem inſertionis, id eſt, cauitatum & capitum ad diarthroſin refertur. Talis eſt coſtarum cum ſterno & vertebris, oſſium octo carpi & oſſium tarſi articulatio. (*b*) Symphyſis eſt naturalis oſſium vnio, per quam oſſa quæ duo erant, continuantur & vnum fiunt, adeo vt ſymphyſεως natura in continuitate conſiſtat, vt articulationis in contiguitate & ſolo extremorum contactu. Symphyſis autem duplex eſt: alia ſine medio, alia cum medio. Quæ oſſa mollia ſunt & fungoſa, ſine medio coaleſcunt. Sic epiphyſes fere omnes, quia molles & cartilagineæ, cum oſſib. per ſymphyſin vniuntur. Quæ vero ſicciora ſunt & duriora, nonniſi alicuius corporis interuentu vniri queunt. Medium illud corpus triplex eſt, neruus, cartilago & caro. Ex Andrea Laurentio.

III.

Ossibus accidunt (a)ἀπόφυσις & (b)ἐπίφυσις.

(a) ἀπόφυσις est eminentia productio, extuberantia, & processus ossis. ἀποφύσεων duplex est vsus: alter ad partium exortum & insertionem (nisi enim extuberarent ossa, colliumque ritu producerentur, nec musculi, nec ligamenta ex his enascerentur:) Alter processuum vsus est, vt quibusdam partibus propugnaculi vicem gerant, vt in vertebris & scapulis cernere licet. ἐπίφυσις Latinis appendix, applantatio, annexus, additamentum, nihil aliud est quam os ossi adnatum: quasi enim natura sui oblita os breuius fecerit ἐπιφύσει perficit & auget. ἐπιφύσεων vsus est quintuplex. 1. in medullosis ossibus vicem gerere operculi, ne effluat medulla. 2. ad firmiorem articulationem: latiore enim basi melius firmantur ossa. 3. Tertius vsus ἐπιφύσεων in hoc consistit, vt ex iis ligamenta oriantur, quæ vel ossa connectunt, vel musculorum tendines efformant. 4. ἐπίφυσις osse mollior & ligamento durior ad ossium symphysin quasi medium quoddam sese interponit: Sic solet natura mediis extrema copulare. ἐπιφύσεων interiectu sistitur ossis fractura, nec vlterius progreditur, vt in cranij suturis.

IV.

Ossa sunt capitis, trunci, & artuum.

Capitis ossa sunt os frontis, occipitis, syncipitis duo, temporum item duo, sphenoides & ethmoides, maxilla vtraque, superior & inferior. Superior vndecim constat ossibus: inferior duobus tantum.

tum. Vtrique tantum dentes sedecim per gomphosin articulantur, ex quibus quatuor sunt τομεῖς seu incisores, duo canini, & tres molares. *Trunci* ossa sunt spina, costa, & os innominatum. Spina quatuor habet partes, ceruicem, dorsum, lumbos, os sacrum. Ceruicis septem sunt vertebræ, dorsi duodecim: lumborum quinque: ossis sacri quatuor, cuius extremum coccyx dicitur. Costæ duodecim sunt: vtrinque septem veræ, & quinque nothæ, quibus os sterni anteriore parte, clauiculæ superiore, scapulæ posteriore annectũtur. Ossis innominati partes sunt, ilium ischium, & os pubis. *Artuum* ossa sunt ossa manus & pedis. Manus ossa sunt ossa brachij, cubiti, & extremæ manus. Os brachij vnicũ est, superne scapulæ per enarthrosin, inferne cubito per ginglymon articulatum. Cubitus radio cõstat, & cubito. Ossa manus extremæ sunt ossa carpi, metacarpij & digitorum: carpi ossa octo sunt: metacarpii quatuor: digitorum quindecim, quibus sesamoidea addere licet. Pedis ossa sunt ossa femoris, tibiæ & extremi pedis: Femoris os vnicum est; tibiæ duo: extremi pedis ossa sunt ossa pedij, metapedii & digitorum. Pedii ossa septem sunt: metapedij quinque, digitorum quatuordecim. His omnibus os ypsiloides & ossiculum cordis addamus, quæ cum cæteris articulationem nullam habent. Hæc est ossium omnium humani corporis breuis delineatio.

Anno-

Annotatio.

Homo cum sit omnium animalium perfectissimum, & ex ipsius frequentiori anatomia natura situs & figura ossium homini innotuerint, merito tanquam norma & regula proponitur, qua corporis sentientis ossa contemplemur & intelligamus, seruata vbique analogia: id quod hoc loco semel monuisse sufficiat.

9. Cartilagines sunt substantiæ oßibus paulo molliores, & aliis omnibus membris duriores, flexiles quodammodo, factæ à natura partim propter cohærentiam & sustentationem membrorum, partim propter faciliorem eorundem motum.

10. Secundæ claßis sunt ligamentum, tendo & membrana.

11. Ligamentum est substantia similaris neruosa & alba post cartilaginem & os maxime dura, cedens tactui, oßa inter se connectens & reliquas partes oßibus.

Vsus ergo ligamenti est, 1. vel ossa inter se, vel cartilagines cum ossibus, vel cartilagines inter se, vel viscera cum ossibus connectere. 2. Chordas musculorum continere in suis locis & sinibus per quos ducuntur, ne ex iis eleuentur aut excidant. 3. Tegere & munire chordas, 4. interstitium efficere inter musculos, eosque à se inuicem distinguere.

12. Tendo seu chorda est ἔκφυσις *quædam fibra-*

rum, ligamenti & nerui, quæ per carnes sparsæ in venam veluti chordam coeunt, qua omnes ducuntur articuli, vt voluntati visum est.

13. Membrana est substantia similaris, tenera, alba, intus singulas alias partes tegens.

14. Tertiæ classis partes similares sunt nerui, arteriæ, venæ & fibræ.

15. Nerui sunt substantiæ à cerebro aut spinali medulla exortæ, interiore parte medullares, exteriore membraneæ, spiritum animalem deferentes ad sensum & motum.

Axiomata.

I.

Nerui caui non sunt.

Interior quidem nerui substantia mollior est, quia medullaris est, sed tamen sensilem & conspicuam cauitatem nullam nerui habent, quamuis poris insensibilibus nõ destituantur. Ne ergo dixeris, opticos neruos cauos esse: molliores quidẽ sunt, amplioresque reliquis, sed cauitate sensili destituuntur. Per cauitatem venæ à neruis distinguuntur.

II.

Nerui venæ continuatæ non sunt.

1. Quia venæ cauæ sunt, nerui solidi. 2. Venarum exterior tunica mollis est, neruorum durissima. 3. Nerui interior pars medullosa est: venæ vero nulla medulla hactenus obseruata fuit.

16. Nerui sunt vel molliores, vel duriores.

17. Mol-

17. Molliores sunt, qui ex priori cerebri parte orti sensum exquisitiorem producunt, atq; in sensuum organa propagantur.

Horum septem paria numerātur: quorum primum & secundum par ad oculū; illud ad sensum, hoc ad motum: tertium & quartum par ad linguā gustus gratia: quintum ad sensum auditus mittitur: sextum membranis viscerum medii & infimi ventris sensum & laryngi motum ad vocem tribuit: septimum linguæ musculis inseritur ad eius motum promouendum.

18. Duriores nerui sunt, qui à cerebello & spinali medulla prodeunt, & deferunt partibus internis sensum & virtutem motricem.

Horum triginta sunt paria: septem paria quæ ex medulla in vertebris colli oriuntur in capitis partem exteriorem eiusque musculos, vt & faciei disperguntur: paria duodecim, quæ ex medulla vertebrarum dorsi promanant, ad dorsi & toracis musculos feruntur: paria quinque, quæ ex medulla vertebrarum lumborum proueniunt, musculis lumborum inseruntur: & tandem oriuntur quinque paria ex medulla ossis sacri, quæ in musculos vicinos distribuuntur.

19. Arteriæ sunt vasa concaua, oblonga, duplici tunica, eaque crassissima, constantia, deducendo vitali spiritui, nec non temperando & expurgando cordis & singularum partium calori dicata.

Axio-

Axiomata.

I.

Arteriæ ex corde oriuntur.

Ex cordis ſinu ſiniſtro duæ principales proſiliunt arteriæ, à quibus ſeu tunicis reliquæ omnes ortũ ſumunt: arteria aorta, & arteria venoſa. Aorta eſt arteria magna, omnium arteriarum ſtipes, quæ vitalem ſpiritum omnibus corporis partibus deferunt. Arteria venoſa in pulmonem porrigitur, ex quo affert aerem refrigerandi cordis cauſa.

II.

Eodem, quo cor, motu mouentur arteriæ.

Igitur quando implentur arteriæ aere, cor etiam aere impletur & dilatatur: quando contrahũtur arteriȩ, contrahitur & cor, ad expellendas fuligines caloris ſuperuacui.

20. *Vena eſt pars ſimilaris rotunda, fiſtulæ modo excauata, ab hepate orta, ſimplici tunica conſtans, fibris triplicibus inſtructa, continendo, deducendo nec non coquendo ſanguini à natura dicata.*

Sciendum eſt, nomen apud Hippocratem & Veteres cum arteriis commune eſſe venis: ſed vt diſtincta ſunt vaſa, ita quoque diſcreta erunt nomina. Diſtinguuntur ſtructura, motu & vſu. Structura quidem, quod vena prætenuem habeat tunicam, arteria craſſiſſimam: & vt voluit Herophilus, ſextuplo vena craſſiorem. Motu, quia mouetur arteria ſyſtoles & diaſtoles motu, vena plane eſt im-

eſt immobilis. Vſus arteriarum & venarum ex ſingularum definitionibus pateſcunt.

Axioma.

Venarum aliæ principales ſunt, aliæ minus principales.

Principales, à quibus ceu truncis oriuntur reliquæ, ſunt vena porta & vena caua. Vena porta eſt vena inſignis, ex concaua hepatis parte prodiens, & omnes meſaræi venas excipiens, quibus ex ventriculo & inteſtinis chylum accipit, & ad iecoris concauum defert. Vena caua, quæ & magna dicitur, ex gibba hepatis parte enaſcens, & per totam animalis longitudinem excurrens ſanguinem omnibus partibus pro nutrimento defert. Venæ minus principales ſunt rami priorum, & vel peculiaria ſortiuntur nomina, vel non habent appellationes proprias. Rami venę portæ ſunt meſaraicæ & hæmorrhoides. Rami venę cauæ ſunt vel interiores, vel exteriores. Interiores ſunt venæ emulgentes & ſeminales. Exteriores, in capite ſunt iugulares & ſoporales: in trunco intercoſtales: in brachiis axillares, humeraria & mediana: in pedibus ſciatica, ſaphena. Harum rami omnes ſparſi in partes corporis, tam exteriores, quam interiores peculiaribus appellationibus deſtituuntur.

21. *Fibræ ſunt partes ſimilares, albæ & ſubtiles, per membrorum ſubſtantiam ſparſæ ad promouendum operationes eorum vitales.*

Eæque ſunt rectæ, vel tranſuerſæ, vel obliquæ.

Rectæ

Cuti alia obducitur membranula, quæ dicitur cuticula, estque nihil aliud, quam tenuissima cutis efflorescentia, ceparum pelliculis tenuioribus similis, è cutis excremento crassiore pronata.

25. *Caro est pars similaris, mollis & rubicunda.*

Sunt qui carnem ex sanguine & non ex semine originem traxisse aiunt, carnemque esse veluti sanguinem concretum statuunt: Sed quemadmodum omnia vegetabilia in terra nascentia è propriis seminibus proueniunt: ita singulæ partes corporis animalis ex propriis tincturis in semine animali latentibus; subministrato ex alimentis superaduenientibus corpore, oriuntur. Non ergo sanguis concretus caro est, sed est substantia, cui nerui, arteriæ, venæ & fibræ mirabiliter permixtæ, ossaque cum membranis annexa sunt, vt harmonico concentu in vnius corporis constitutionem & conseruationem ferantur.

CAPVT III.

De Corporis sentientis dissimilaribus Partibus externis.

1. *Similaribus partibus tractatis, dissimilares partes iure docentur: quæ ex similaribus partibus compositæ diuersi sunt nominis & essentia.*

Anno-

Annotatio.

Cum in diſſimilarium partium explicatione aliquoties muſculorum fiat mentio, iique conuenienter ad partes ſimilares referri nequeant, nec alibi eorum definitionem generalem exprimere commode liceat, iam ſub definitione diſſimilarium partium in hoc ſcholio præmittam. Dico ergo, muſculum eſſe partem diſſimilarem neruis, tendinibus, venis, arteriis, carne & tunica propria contextam.

2. *Diſſimilares partes ſunt, vel externæ, vel internæ.*

3. *Externæ partes ſunt caput, truncus & artus.*

4. *Caput eſt ſumma corporis pars, globoſa, collo ſuperimpoſita, facultatis animalis ſedes.*

Eſt capitis apud Medicos acceptio duplex: preſſior & anguſtior altera, altera fuſior amplior-que. Preſſiore ſignificato deſcribitur eleganter caput à Celſo domicilium & propugnaculum cerebri, cuius caluaria duplici oſſe cõtexta, diploe intertexta, caruncculis venuliſque obſita, deſuper circumfuſa eſt pericranio, cute capillata velato, ſubter vero adiacet duræ meningi. Ampliore autẽ & vulgari ſignificato capitis nomine totũ id deſignatur, quod prima colli vertebra & vertice circumſcribitur.

Axiomata.

I.

Orbiculari figura tornatum eſt caput.

1. Ad

1. Ad capacitatem, vt cerebri vastissimam molem contineat: omnium namque figurarum ἰσοπεριμέτρων circularis est capacissima, 2. ad δυσπάθειαν, vt nocumentis occurset, neque tam facile ictus excipiat, 3. ad faciliorem motum, vt in omnem partem celerius circumagi possit.

II.

Magnum caput, si æqualis omnium sit proportio, semper laudatur.

Paruum enim caput semper in vitio est, quia & formatricis imbecillitatem, & spermaticæ materię inopiam arguit. Vnde Physiognomi paruum caput præceps & temerarium ingenium arguere affirmant, ob spirituum paucitatem, qui angusto coerciti conclaui incalescunt sine modo, nec libere exspaciantur.

III.

Moueri in omnem partem decuit caput, ad rei noxiæ fugam, & vtilis prosecutionem.

Motus capitis, qui omnes super prima & secunda vertebra perficiuntur, alii sunt recti, alii obliqui, alii semicirculares. Recti motus duo sunt: flexio, quæ fit annuendo, extensio, quæ renuendo. Flexioni dicati sunt duo tantum musculi anteriore parte siti, mastoidei dicti; grauia enim facile deprimuntur. Oriuntur hi à superiore sterni parte & à clauiculis carnosis admodum, deinde oblique in occipitis processus mamillares dictos inseruntur. Extensioni octo inseruiunt musculi, quatuor magni & parui totidẽ; ex magnis primi duo sple-

nii,alii complexi dicuntur. Splenii à spinis superioribus toracis & quatuor inferiorib ceruicis orti,in occiput inseruntur. Complexi seu implicati ex transuersis superiorũ vertebrarum toracis apophysibus & inferiorib. ceruicis processibus enati in medium fere occiput desinunt. Parui quatuor graciles admodum à situ recti dicuntur, quorum duo à spina secundæ ceruicis vertebræ prodeunt: alii minores sub his, à posteriore parte primi spõdyli orti,in occiput feruntur. Hi duo sunt capitis recti motus,flexio & extensio. Obliqui duo sunt, alter in dextrum,alter in sinistrum. Ad hos motus peculiares musculi destinati nõ sunt, sed dum alterius partis flexor cum extensore opposito simul agunt,obliquum eum motum edunt. Semicircularis motus est, quem parui quatuor musculi obliquum occupantes situm præstant. Primi duo è medio occipite prodeuntes, in transuersas primi spondyli apophyses inseruntur. Reliqui duo ab acuto secundæ ceruicis vertebræ processu exorti in transuersam primi spondyli apophysin desinunt.

5. *Caput in duas partes externas diuidi solet,in capillatam scilicet & capillis priuatam.*

Capillata Latinis caluaria dicitur: huius anterior pars syncipur, posterior occiput, media vertex,laterales tempora vocantur. Quæ pars pilis orbata est, faciem & vultum vocant: huius superior pars frons,inferior, quæ à superciliis ad collũ extenditur, proprie facies appellatur. Caluariæ partes quædam sunt communes,quædã propriæ: Commu-

Communes sunt pili, cutis, panniculus carnosus: propriæ, pericraniũ, ossa cranii & meninges duæ, dura & tenuis. Faciei partes etiam aliæ sunt communes, aliæ propriæ. Communes eædẽ sunt, quæ in reliquo corpore, nisi quod cutis varie perforata est, & panniculus carnosus totus est musculosus. Propriæ partes sunt oculi, aures, nasus, gena, os, dentes, lingua, palatum, gurgulio. Confer Andr. Laurentium c. 3. lib. 4. oper. anatom. Oculus est visiuæ virtutis organũ tunicis & humoribus constans pellucidis. Tunicæ (præter albam quæ à peritonæo orta capiti coniungit oculum, vnde coniunctiua & adnata dicitur) sunt quatuor: 1. Cornea, quę perspicua est, & instar cornu lucens: 2. Vuea, quod vuæ folliculo, è quo pedũculus auulsus est, simillima sit: & hæc corneæ adhæret, & pupillã complectitur. 3. retina, quæ ex ipsamet visorii nerui substantia elicitur, afferens oculo spiritum animalem & rursus cerebro imagines. 4. aranea, aranei telam præ se ferens, & hæc crystallinũ humorem sua sede cõtinet, & vitreum ab albugineo separat. Humores oculi sunt tres, primus aqueus, inseruiens colligendis imaginibus: secundus crystallinus, qui præcipuum visus est instrumentum: tertius vitreus, faciens ne imagines penetrent, sed refringantur. Aures sunt instrumenta auditus. Eas natura ex diuersis partibus, neruis, membranis, ossibus, cartilagine artificiose composuit atque anfractibus informauit, qui sonos colligunt & alterant. Nasus est pars organica in media facie posita, respirationis & odoratus instrumentum. Huius pars est, vel superior, vel

Oculus. Auris. Nasus.

inferior. Superior est ossea & immobilis, & dicitur colatorium, cribriforme: & hæc pars est interior: Exterior vero est dorsum nasi. Inferior pars nasi est mobilis, in qua sunt globulus nasi, alæ, quæ constant suis musculis, cauitates vtrinque ad alarum latera, foramina, septum cartilagineum.

Gena. Gena est maxilla superior & inferior. Superior gena est pars faciei fronti proxime subiecta, auribus vtrinque ab imo à gingiuis terminata, pluribus solidis & duris ossibus constans. Inferior est pars faciei infima & mobilis, dentes inferiores continens.

Os. Os totum id dicitur spatium, quod diductis labiis ad imas vsque fauces interiacet, in quo dentes, lingua, palatum & gurgulio continentur.

Dentes. Dentes sunt ossa omnium durissima intus caua, venulis, arteriis & neruis prædita, molliendis & præparandis ventriculo cibis destinata.

Lingua. Lingua est pars carnea, rara, & laxa, spongiæ instar, medio in ore posita, gustus & sermocinationis organum.

Palatum. Palatum est pars oris superior, modice concaua, foraminibus pertusa, quibus è cerebro pituita in os descendit.

Gurgulio. Gurgulio est caro fungosa, oblonga, à palato in os iuxta nariũ meatus propendens, ad vocis articulatæ in homine modulationem, & ad aeris frigidioris inspirati impetum frangendum, ne in pulmones tam subito irruat, conferens. Vide c. 10. lib. 5. physiologiæ Ioan. Magiri. Gurgulio dũ integra est, γαργαρεών, i.e. gurgulio & plectrum vocatur: dum male affecta est, si superna sede tenuior, inferna crassior instar vuæ pẽdentis, vuula dicitur: Si vero teretẽ habeat formam, κιών, i.e. columella nuncupatur.

6. Trun-

6. Truncus est corpus sine capite & artubus, h. e. sine brachiis & pedibus.

Huius pars alia est anterior, alia posterior. Anterior est, vel thorax, vel vēter. Thorax seu pectus est trunci pars anterior, quæ collo subiecta à costis vtrinque circumscribitur, estque sedes membrorum vitalium. Huius partes propriæ aliæ sunt molles & carneæ, aliæ osseæ & cartilagineæ. Carnosæ partes sunt musculi complures in thorace siti, cuiusmodi sunt respirationis omnes musculi, & scapularum fere omnes, & brachium mouentes quidam. Ad hoc carnosum genus refero etiam mammas, quæ sunt partes in media thoracis regione, ad latus eius sitæ, glandulosæ, venis & arteriis intertextæ, lactis generationi in fœminis inseruientes: Hæ enim partes ob raram & cauernosam, quam habent, substantiam, sanguinem menstruum, qui materia est lactis, in se facile recipiunt, qui postea tum à specifica virtute carnis mammarum, tum à vicino tepore & calore cordis leuigatur, coquitur, & in album liquorem cōuertitur. Partes osseæ sunt triplices: Primum os sternum & στῆθος nuncupatur, & est pars anterior, in quam costæ conueniunt, & sub qua os ventriculi delitescit. Huius extremitas cartilaginea os ensiforme, scutale & malum granatum dicitur. Secundo duæ clauiculæ, quæ sunt gemina ossa, collo proxime subiecta, & à summis humeris vergētia. Tertio constat thorax costis viginti quatuor. Venter à pectore, vbi veræ costæ desinunt, deorsum ad coxas vsque & pubem protenditur. Huius

Thorax. *Mamma.* *Sternum.* *Venter.*

exterior pars supra vmbilicum, quę ad descensum costarum spuriarum protenditur, dicitur ἐπιγάστριον: inferior, quæ ab vmbilico ad pilosas vsque genitalium partes pertingit, ὑπογάστριον appellatur. Posterior trunci pars dicitur dorsum, estq; totus ille descensus ab occipite ad infimas vsq; nates. Dorsi substantiam constituunt scapulæ, spina dorsi, & coxæ. Scapulæ duo sunt ossa post thoracem in dorso sita, clauibus & brachio inarticulata, ad costarum robur & musculorum implantationem. Spina dorsi est ipsa spōdylorum series & structura à prima ceruicis vertebra ad coccygem vsque extensa, erigendo curuandoque corpori conueniens. Coxæ siue coxendices sunt duo ossa robustissima sacro ossi vtrinque insita, ac desinentia in nates, quæ sunt musculosæ.

Dorsum. *Scapulæ.* *Spina dorsi.* *Coxæ.*

Collum.

Trunco infra caput annectitur collum, cuius partes aliæ sunt anticæ, aliæ posticæ. Anticæ variæ sunt, aspera arteria, larynx & eius musculi, os hyoides & eius musculi, iugulares venæ, carotides arteriæ, neruus sextæ coniugationis cum recurrente, œsophagus, & musculi quidam capitis & colli. Posterior pars ceruix dicitur. Eius partes sunt septem vertebræ, medulla spinalis, musculi caput & collum extendentes, & scapularum quidam musculi, vt trapexius & leuatores. Aspera arteria præcipua est colli pars: eius enim gratia collum constructum videtur. Arteriam hanc duæ inuestiunt tunicæ, quarum altera interior est œsophago, linguæ, palato, & ori communis: altera exterior: hæc mollior tenuiorque est, illa crassior, ne ab humoris à ce-

Aspera arteria.

rebro

rebro defluentis acrimonia læderetur. Arteriæ asperæ caput larynx dicitur: corpus est cartilagineum, variis musculis agitatum ad efformandam vocem. Tribus constat cartilaginibus: 1. θυροειδὴς, scutiformis. 2. κρικοειδὴς, seu annularis. 3. ἀρυταινοειδὴς dicitur, quòd vasculi figuram referat, & à situ postica. Laryngem vocis organum dilatari & constringi decuit necessario: ad eum modum musculi destinati sunt, qui Andreæ Laurentio numero sunt quatuordecim: vide illum cap. 14. lib. 3. Ad latera autem laryngis glandulæ adsunt, quæ humore suo subditas illas partes irrigant. Supremam laryngis partem occludit corpus cartilagineum, oblongum, linguæ simile, vnde ei nomen ἐπιγλωττὶς, vulgus laryngis operculum vocat. *Larynx.* *ἐπιγλωττίς.*

Hoc inspirantib. nobis & expirantibus semper hiat, nec vnquam sponte deprimitur, vt voluerunt quidam, sed solo alimenti pondere, non tamen ita exquisite obseratur, quin portiuncula quædam potus in arteriam asperã influere queat. Neruus sextæ coniugationis arteriæ carotidi cõtiguus dum ad iugulum accessit, in tres maxime conspicuos finditur surculos. Eorum vnus dexter quidem axillarem arteriam amplectitur, & per eam reflexus instar ductarii funis, qui per trochlearum orbiculos traiicitur, sursum ascendit in laryngis musculos, exiles sed numerosos spargens ramos: Sinister ob axillaris arteriæ rectitudinem ibi non reflectitur, sed ma- *Nerui sextæ coniugationis diuisio.*

ximæ arteriæ truncum, qua parte in dorsum detorquetur, circumplicat. Hos neruos recurrentes vulgus appellat & vocales, quod vocis præcipua sint organa: illis namque aut interseptis aut sectis ἄφωνον statim redditur animal. Secundus sextæ coniugationis ramus per latera costarum excurrit; costalem vocant. Tertius insignior ad ventriculum fertur, stomachicus dictus: huius beneficio tam exquisito sensu pollet stomachus, vt veteres καρδίαν appellarint, & medici fere omnes appetentiæ animalis sedem in eo locarint. Scutiformi laryngis cartilagini proximum est os ὑοειδὲς.

Os ὑοειδὲς. Huius basis, cui lingua inhæret & alligatur, latior est, foris gibba, intus caua: bini autem vtrinque emicant processus, quos cornua vocãt. Os huiusmodi suspendunt vndiquaq; octo musculi, quos Laurentius cap. 16. libr. 3. sufficienter explicat.

Oesophagus. Oesophagus Latinis gula, Lactantio cibaria fistula, est veluti syringa & ductus à faucibus ad ventriculum pertingens, quo cibi & potus primum agitatione & motibus linguæ depulsi & quasi detrusi in ventriculum illabuntur. Fertur œsophagus recta deorsum arteriæ asperæ subtensus ad quintam vsque thoracis vertebram, vbi paululum ad dextram inclinat, vt aortæ cedat, mox arteriæ superstratus oblique ad læuam vergit ratione hepatis: ibi diaphragma permeans ad ventriculi os desinit. Huius figura rotunda est, oblonga & satis capax, instar intestini cuiusdam prærubri. Tota eius compositio ex membranis duabus, propriis venis, arteriis & neruis constituitur. Membranarum altera externa est,

tera

tera interna. Externa tota fere carnosa villisque constat circularibus & transuersis, quorum ope & alimenta trudit in ventriculum, & è ventriculo noxia pellit per vomitum. Has autem contrarias actiones edit eadem membrana eorundem villorum ministerio, diuersa ratione: Nam si villorum circularium contractionem ab ore ordiatur, membrana deglutitioni seruiet: si à ventriculi orificio, vomitui. Interna membrana crassior & neruosior linguæ, ori & palato communis rectas habet fibras, per quas alimentum trahit. Has duas extrinsecus obducit tertia membrana, à ligamentis vertebrarum pronata. Venas œsophagus habet complures, à caua & à porta, nec non arterias ab aortæ descendentis riuis. Neruos accipit à sexta coniugatione insignes, stomachicos dictos. Glandulæ etiam in medio ipsius ductu puluinaris instar appositæ sunt, tum ne facile in alterutrum latus voluatur, tum vt stomachum ad siccioris esculenti veluti per lubrica, transitum expeditiorem perenni rore perfundant. Connectitur œsophagus ori & ventriculo per corporis continuitatem, arteriæ asperæ dorso & vicinis partibus fibrarum & vasorum interiectu. Atque hæ sunt omnes colli anteriores particulæ. Posteriores sunt septem vertebræ & musculi caput collumque extendentes.

7. Artus sunt duo: manus & pedes.

Artus trunco corporis adnascuntur, quemadmodum rami arborum caudici.

8. Manus est totum illud, quod à scapula ad summos vsque digitos protenditur.

Diuiditur ab Hippocrate in tres partes, in brachium, cubitum, & manum extremam. Brachium id nuncupatur, quod ab humero ad cubitum permeat, & constat vno osse magno, vt supra dictum, & musculis octo: & venis etiam constat duabus insignibus ab axillari ramo scaturientibus, quarum altera per interiorem, altera per exteriorem brachii partem fertur: illam vulgus basilicam vocat, hanc cephalicam. Basilicam Hippocrates de victus ratione in acutis, τὴν εἴσω φλέβα id est, venam internam nuncupat, quam in pleuritide secari iubet, alii hepaticam & iecorariam dicunt. Hæc in profundam & subcutaneam diuidi solet. Profunda axillari arteriæ & tertio neruorum pari attensa ad medium cubiti flexum effertur, & ramo altero secundum radium altero secundum cubiti os per annulum, quod musculorum colligat tendines, delabitur. Priore ramo in surculos complures, pollici duos, indici totidem, medio vnum dirimitur: posteriore in riuos totidem, medio vnum, medico duos, auriculari duos absumitur. Subcutanea per cutim excurrit, & dum ad cubiti articulationem peruenit, in duos finditur ramos, quorum alter ad internum cubitum delatus cum humerario ramo vtitur, &

Brachium.

Basilica vena.

ex eo

ex eo coitu communis vena enascitur, quam medianam vulgus vocat. Mediana ergo riuulus est ex cephalicæ & basilicæ in cubiti articulatione coitu emergens. Alter basilicæ subcutaneæ ramus per infernum brachii latus descendit, ramulis in vicinam cutem & partes subiectas dimissis. Hæc omnis basilicæ est discriptio. Cephalica sic dicta est, quod in affectibus capitis tundatur, Hippocrati externa, quod brachii exteriora perreptet, ab aliis humeraria, quod per humerum feratur: Non ab externo iugulari, vt in canibus, sed ab axillari ramo emergit. Hæc inter deltoidem musculum & pectoralis tendinem superficietenus delapsa, dum ad cubiti flexum peruenit, in duos dirimitur ramos, quorum alter in interiorem cubitum oblique latus cum basilicæ ramo coit, & communem venam parit; alter insignior per radium ad eius fere medium descendit: hinc oblique ad carpum excurrens manum externam fere totam irrigat, & conspicuo ramo inter paruum digitum & annularem desinit. Venam hanc Arabes Saluatellam vocant, quam in melancholicis affectibus, lienis obstructionibus & quartanis febribus felicissime secant. Obseruarunt recentiores quidam in brachiorum & crurum venis maioribus ostiola quædam, valuularum & membranarũ instar, quæ sanguinis ad inferiores partes ἀθρόως confluentis impetum sistant: truncus autem venæ cauæ ob ἀνάδοσιν semper patens peruiusque est.

Mediana. *Cephalica.* *Saluatella.*

Præterea brachium constituitur arteria vnica,

quæ

Basilica arteria. quæ ab axillari ramo prodit, & Basilica dicitur, eius duo sunt rami, profundus & subcutaneus: vterque varios ex se diffundit riuos: Est tamen subcutanei surculus quidam in carpo conspicuus, vbi pulsuum differentias admota manu explorare solemus. Cæterum per manum sex paria neruorum disseminantur. *Nerui manus.* Primum par à quinto ceruicis spondylo prodiens in deltoidem musculum & cutim illi incumbentem absumitur. Secundum à sexta vertebra scaturiens in bicipitem musculum primum fertur, mox musculo cubiti longissimo ramulum largitur: tandem vbi flexum cubiti attigit, in duos secatur ramos, quorum minor per radium, maior per cubitum membrana carnosa suffultus in totam cubiti cutim & manum absumitur. Tertium secundo permistum in brachii musculum bicipiti substratum riuos diffundit: deinde vbi ad cubiti articulationem peruenit, cum quinto pari confunditur. Quartum omnium crassissimum sub eodem musculo cum basilica profunda & arteria interna delapsum, postquam in musculos cubitum extendentes & cutim internam brachii, externamque cubiti surculos aliquot diffudit: tandem iuxta cubiti articulum in duos scinditur ramos, quorum alter secundum radii, alter secundum cubiti longitudinem excurrit. Ille surculis quinque pollici duobus, indici totidem, medio vnico fruticatur: hic in carpo cessat. Quintum par inter musculos cubitum extendentes & flectentes delatum pone internam brachii apophysin prætervectum tertioque per-

mistum

mistum pari in digitos absumitur, minimo neruulos duos, medico duos, medio vnum distribuens. Sextum par inter cutem & membranam carnosam per internã brachii apophysin delapsum in cubiti cutim desinit. Brachium iussu & sponte nostra mouetur sursum, deorsum, ante, retro & in orbem octo musculorum opera. Sursum mouent duo musculi, deltoides & supraspinatus. Deorsum mouent duo, primo altissimus ani scalptor dictus, aut dorsalis maximus, à spinis ossis sacri, lumborum & nouem thoracis lato principio oritur, dein sursum ascendens in omoplatæ angulum inferiorem primum fertur, mox robusto & quasi reflexo tendine sub humeri caput inseritur. Secundo rotundus maior ex ima omoplatæ costa in brachii ceruicem fertur. Antrorsum mouetur brachium vnius tantum musculi eiusque validissimi opera: pectoralem vocant. Retrorsum mouent brachium musculi tres, infraspinatus, rotundus minor & subscapularis. Infraspinatus à cauitate infra spinam oritur: rotundus minor à costa inferiore omoplatæ: Subscapularis seu immersus à scapulæ sima parte tota. Hi tres in brachii ceruicem & interiorem humerum inserũtur. Circularis brachii motus quia compositus est, à peculiari nullo perficitur musculo, sed ab omnibus successiue agentibus. *Musculi brachij.*

Secunda pars manus cubitus est, eiusque ossium cubiti & radii diuersi sunt motus. Cubiti enim motus proprius est flexio extensioque, radius vero suo motu manum pronam & supinam facit. Cu- *Cubitus.*

Musculi cubiti. cit. Cubiti quatuor sunt musculi, flexores duo & extensores totidem: flectunt biceps & brachiæus. Extendunt musculus longus & breuis: Longus à costa inferiore scapulæ oritur: Breuis à ceruice postica humeri innatus priori ita connascitur, vt secerni nulla arte queant. Radium mouent quatuor musculi, pronatores duo, & supinatores totidem. Vide de his, quæ sub hoc theoremate diximus, Andreæ Laurentii librum quintum anatom. ex quo plurima decerpsi, cum inter anatomicos mihi videatur planior & valde perspicuus: & ob eandem causam etiam ipsum in aliis, quę ex anatomia in physicis diiudicari debent, consulere, ipsiusque informationem in eorum, qui Physica limina salutare iam modo cœperunt, gratiam apponere volui. Id quod iam semel monuisse satis esto, vt in iis, quæ hic forsan deficiunt, ad ipsum autorem fiat recursus in anatomicorum exploratione.

Manus extrema. *Manus extrema*, cuius officium est apprehendere, tres sunt partes præcipuæ, carpus, metacarpium, & digiti. Καρπὸς Latinis brachiale, rascetta ab Arabibus vocatur, octoque constat ossibus. Metacarpium partem habet externam & internam. Externa, quæ est auersa manus ὑποθέναρ & προκάρπιον appellatur. Interna palma dicitur aut vola manus. In palma multa obseruant chiromantici, monticulos scilicet & lineas. Monticuli prominentiores sunt & carnosiores partes. Monticulus pollici substratus mons Veneris: qui indici adhæret, mons Iouis: qui medio, Saturni: qui annulari, Solis dicitur: qui

minimo

minimo subiicitur, Mercurio dicatus est: qui mensali lineæ proxime sub monte Mercurii subiicitur, mons manus & Lunæ vocatur. Lineæ multæ numerantur, sed principales lineæ sunt vitalis, naturalis, mensalis, Saturniana & hepatica. Vitalis inter indicem & tuberculum pollicis sumit initium, & ad rascettam vsque excurrens montem pollicis circumdat, vitæque breuis aut longæ indicium est. Oritur seu imprimitur potius à corde, in quo omnis vitæ nostræ vis actiua consistit. Vnde præ omnibus longior extensiorque videtur, ob virtutem actiuam & formatiuam corporis nostri, videlicet caliditatem cum humiditate temperatam, quæ materiam protendit & dilatat. Linea naturalis debet cum vitali sub medio montis indicis coniungi, eiusque angulus supremus ibidem terminari: & tum significat fidelem, ingeniosum, & bona operantem hominem. Fertur vt plurimum ab initio inter montem Iouis & montem Veneris versus montem Lunæ. Mensalis incipit infra montem auricularis, & transuersaliter per latitudinem manus versus montem indicis ducitur. Saturnina palmæ & digitis per mediam volam occurrens prosperitatis linea dicitur: nam cæteris lineis propria virtute carentibus plurimum suffragatur. Linea hepatica quibusdam incipit à carpo, quibusdam ex linea vitæ suboritur, & per medium palmæ versus ὑποθέναρ porrigitur, quibusdam in linea cerebri desinit, quibusdam ad montes digitorum excurrit: quam-

uis

exterior pars supra vmbilicum, quę ad descensum costarum spuriarum protenditur, dicitur ἐπιγάστριον: inferior, quæ ab vmbilico ad pilosas vsque genitalium partes pertingit, ὑπογάστριον appellatur. Posterior trunci pars dicitur dorsum, estq; totus ille descensus ab occipite ad infimas vsq; nates. Dorsi substantiam constituunt scapulæ, spina dorsi, & coxæ. Scapulæ duo sunt ossa post thoracem in dorso sita, clauibus & brachio inarticulata, ad costarum robur & musculorum implantationem. Spina dorsi est ipsa spōdylorum series & structura à prima ceruicis vertebra ad coccygem vsque extensa, erigendo curuandoque corpori conueniens. Coxæ siue coxendices sunt duo ossa robustissima sacro ossi vtrinque insita, ac desinentia in nates, quæ sunt musculosæ.

Dorsum. *Scapulæ.* *Spina dorsi.* *Coxæ.*

Collum. Trunco infra caput annectitur collum, cuius partes aliæ sunt anticæ, aliæ posticæ. Anticæ variæ sunt, aspera arteria, larynx & eius musculi, os hyoides & eius musculi, iugulares venæ, carotides arteriæ, neruus sextæ coniugationis cum recurrente, œsophagus, & musculi quidam capitis & colli. Posterior pars ceruix dicitur. Eius partes sunt septem: vertebræ, medulla spinalis, musculi caput & collum extendentes, & scapularum quidam musculi, vt trapexius & leuatores. *Aspera arteria.* Aspera arteria præcipua est colli pars: eius enim gratia collum constructum videtur. Arteriam hanc duæ inuestiunt tunicæ, quarum altera interior est œsophago, linguæ, palato, & ori communis: altera exterior: hæc mollior tenuiorque est, illa crassior, ne ab humoris à cerebro

rebro defluentis acrimonia læderetur. Arteriæ asperæ caput larynx dicitur: corpus est cartilagineum, variis musculis agitatum ad efformandam vocem. Tribus constat cartilaginibus: 1. θυρεοειδὴς, scutiformis. 2. κρικοειδὴς, seu annularis. 3. ἀρυταινοειδὴς dicitur, quòd vasculi figuram referat, & à situ postica. Laryngem vocis organum dilatari & constringi decuit necessario: ad eum modum musculi destinati sunt, qui Andreæ Laurentio numero sunt quatuordecim: vide illum cap. 14. lib. 3. Ad latera autem laryngis glandulæ adsunt, quæ humore suo subditas illas partes irrigant. Supremam laryngis partem occludit corpus cartilagineum, oblongum, linguæ simile, vnde ei nomen ἐπιγλῶττις, vulgus laryngis operculum vocat. *Larynx.* *ἐπιγλῶττις.*

Hoc inspirantib. nobis & expirantibus semper hiat, nec vnquam sponte deprimitur, vt voluerunt quidam, sed solo alimenti pondere, non tamen ita exquisite obseratur, quin portiuncula quædam potus in arteriam asperã influere queat. Neruus sextæ coniugationis arteriæ carotidi cõtiguus dum ad iugulum accessit, in tres maxime conspicuos finditur surculos. Eorum vnus dexter quidem axillarem arteriam amplectitur, & per eam reflexus instar ductarii funis, qui per trochlearum orbiculos traiicitur, sursum ascendit in laryngis musculos, exiles sed numerosos spargens ramos: Sinister ob axillaris arteriæ rectitudinem ibi non reflectitur, sed ma- *Nerui sextæ coniugationis diuisio.*

ximæ atteriæ truncum, qua parte in dorſum detorquetur, circumplicat. Hos neruos recurrentes vulgus appellat & vocales, quod vocis præcipua ſint organa: illis namque aut interſeptis aut ſectis ἄφωνον ſtatim redditur animal. Secundus ſextæ coniugationis ramus per latera coſtarum excurrit; coſtalem vocant. Tertius inſignior ad ventriculum fertur, ſtomachicus dictus: huius beneficio tam exquiſito ſenſu pollet ſtomachus, vt veteres καρδίαν appellarint, & medici fere omnes appetentiæ animalis ſedem in eo locarint. Scutiformi laryngis cartilagini proximum eſt os ὑοειδὲς.

Os ὑοειδὲς.

Huius baſis, cui lingua inhæret & alligatur, latior eſt, foris gibba, intus caua: bini autem vtrinque emicant proceſſus, quos cornua vocãt. Os huiuſmodi ſuſpendunt vndiquaq; octo muſculi, quos Laurentius cap. 16. libr. 3. ſufficienter explicat.

Oeſophagus.

Oeſophagus Latinis gula, Lactantio cibaria fiſtula, eſt veluti ſyringa & ductus à faucibus ad ventriculum pertingens, quo cibi & potus primum agitatione & motibus linguæ depulſi & quaſi detruſi in ventriculum illabuntur. Fertur œſophagus recta deorſum arteriæ aſperæ ſubtenſus ad quintam vſque thoracis vertebram, vbi paululum ad dextram inclinat, vt aortæ cedat, mox arteriæ ſuperſtratus oblique ad læuam vergit ratione hepatis: ibi diaphragma permeans ad ventriculi os deſinit. Huius figura rotunda eſt, oblonga & ſatis capax, inſtar inteſtini cuiuſdam prærubri. Tota eius compoſitio ex membranis duabus, propriis venis, arteriis & neruis conſtituitur. Membranarum altera externa eſt,

tera

tera interna. Externa tota fere carnoſa villiſque conſtat circularibus & tranſuerſis, quorum ope & alimenta trudit in ventriculum, & è ventriculo noxia pellit per vomitum. Has autem contrarias actiones edit eadem membrana eorundem villorum miniſterio, diuerſa ratione: Nam ſi villorum circularium contractionem ab ore ordiatur, membrana deglutitioni ſeruiet: ſi à ventriculi orificio, vomitui. Interna membrana craſſior & neruoſior linguæ, ori & palato communis rectas habet fibras, per quas alimentum trahit. Has duas extrinſecus obducit tertia membrana, à ligamentis vertebrarum pronata. Venas œſophagus habet complures, à caua & à porta, nec non arterias ab aortæ deſcendentis riuis. Neruos accipit à ſexta coniugatione inſignes, ſtomachicos dictos. Glandulæ etiam in medio ipſius ductu puluinaris inſtar appoſitæ ſunt, tum ne facile in alterutrum latus voluatur, tum vt ſtomachum ad ſiccioris eſculenti veluti per lubrica, tranſitum expeditiorem perenni rore perfundant. Connectitur œſophagus ori & ventriculo per corporis continuitatem, arteriæ aſperæ dorſo & vicinis partibus fibrarum & vaſorum interiectu. Atque hæ ſunt omnes colli anteriores particulæ. Poſteriores ſunt ſeptem vertebræ & muſculi caput collumque extendentes.

7. Artus sunt duo: manus & pedes.

Artus trunco corporis adnascuntur, quemadmodum rami arborum caudici.

8. Manus est totum illud, quod à scapula ad summos vsque digitos protenditur.

Diuiditur ab Hippocrate in tres partes, in brachium, cubitum, & manum extremam. Brachium id nuncupatur, quod ab humero ad cubitum permeat, & constat vno osse magno, vt supra dictum, & musculis octo: & venis etiam constat duabus insignibus ab axillari ramo scaturientibus, quarum altera per interiorem, altera per exteriorem brachii partem fertur: illam vulgus basilicam vocat, hanc cephalicam. Basilicam Hippocrates de victus ratione in acutis, τὴν ἔσω φλέβα id est, venam internam nuncupat, quam in pleuritide secari iubet, alii hepaticam & iecorariam dicunt. Hæc in profundam & subcutaneam diuidi solet. Profunda axillari arteriæ & tertio neruorum pari attensa ad medium cubiti flexum effertur, & ramo altero secundum radium altero secundum cubiti os per annulum, quod musculorum colligat tendines, delabitur. Priore ramo in surculos complures, pollici duos, indici totidem, medio vnum dirimitur: posteriore in riuos totidem, medio vnum, medico duos, auriculari duos absumitur. Subcutanea per cutim excurrit, & dum ad cubiti articulationem peruenit, in duos finditur ramos, quorum alter ad internum cubitum delatus cum humerario ramo vtitur, & ex eo

Brachium.

Basilica vena.

ex eo coitu communis vena enaſcitur, quam medianam vulgus vocat. Mediana ergo riuulus eſt ex cephalicæ & baſilicæ in cubiti articulatione coitu emergens. Alter baſilicæ ſubcutaneæ ramus per infernum brachii latus deſcendit, ramulis in vicinam cutem & partes ſubiectas dimiſſis. Hæc omnis baſilicæ eſt diſcriptio. Cephalica ſic dicta eſt, quod in affectibus capitis tundatur, Hippocrati externa, quod brachii exteriora perreptet, ab aliis humeraria, quod per humerum feratur: Non ab externo iugulari, vt in canibus, ſed ab axillari ramo emergit. Hæc inter deltoidem muſculum & pectoralis tendinem ſuperficietenus delapſa, dum ad cubiti flexum peruenit, in duos dirimitur ramos, quorum alter in interiorem cubitum oblique latus cum baſilicæ ramo coit, & communem venam parit; alter inſignior per radium ad eius fere medium deſcendit: hinc oblique ad carpum excurrens manum externam fere totam irrigat, & conſpicuo ramo inter paruum digitum & annularem deſinit. Venam hanc Arabes Saluatellam vocant, quam in melancholicis affectibus, lienis obſtructionibus & quartanis febribus feliciſſime ſecant. Obſeruarunt recentiores quidam in brachiorum & crurum venis maioribus oſtiola quædam, valuularum & membranarũ inſtar, quæ ſanguinis ad inferiores partes ἀθρόως confluentis impetum ſiſtant: truncus autem venæ cauæ ob ἀνάδοσιν ſemper patens peruiuſque eſt.

Mediana.

Cephalica.

Saluatella.

Præterea brachium conſtituitur arteria vnica,

quæ

Basilica arteria.

quæ ab axillari ramo prodit, & Basilica dicitur, eius duo sunt rami, profundus & subcutaneus: vterque varios ex se diffundit riuos: Est tamen subcutanei surculus quidam in carpo conspicuus, vbi pulsuum differentias admota manu explorare solemus. Cæterum per manum sex paria neruorum disseminantur. Primum par à quinto ceruicis spondylo prodiens in deltoidem musculum & cutim illi incumbentem absumitur. Secundum à sexta vertebra scaturiens in bicipitem musculum primum fertur, mox musculo cubiti longissimo ramulum largitur: tandem vbi flexum cubiti attigit, in duos secatur ramos, quorum minor per radium, maior per cubitum membrana carnosa suffultus in totam cubiti cutim & manum absumitur. Tertium secundo permistum in brachii musculum bicipiti substratum riuos diffundit: deinde vbi ad cubiti articulationem peruenit, cum quinto pari confunditur. Quartum omnium crassissimum sub eodem musculo cum basilica profunda & arteria interna delapsum, postquam in musculos cubitum extendentes & cutim internam brachii, externamque cubiti surculos aliquot diffudit: tandem iuxta cubiti articulum in duos scinditur ramos, quorum alter secundum radii, alter secundum cubiti longitudinem excurrit. Ille surculis quinque pollici duobus, indici totidem, medio vnico fruticatur: hic in carpo cessat. Quintum par inter musculos cubitum extendentes & flectentes delatum pone internam brachii apophysin præteruectum tertioque per-

Nerui manus.

mistum pari in digitos absumitur, minimo neruulos duos, medico duos, medio vnum distribuens. Sextum par inter cutem & membranam carnosam per internã brachii apophysin delapsum in cubiti cutim desinit. Brachium iussu & sponte nostra mouetur sursum, deorsum, ante, retro & in orbem octo musculorum opera. Sursum mouent duo musculi, deltoides & supraspinatus. Deorsum mouent duo, primo altissimus ani scalptor dictus, aut dorsalis maximus, à spinis ossis sacri, lumborum & nouem thoracis lato principio oritur, dein sursum ascendens in omoplatæ angulum inferiorem primum fertur, mox robusto & quasi reflexo tendine sub humeri caput inseritur. Secundo rotundus maior ex ima omoplatæ costa in brachii ceruicem fertur. Antrorsum mouetur brachium vnius tantum musculi eiusque validissimi opera: pectoralem vocant. Retrorsum mouent brachium musculi tres, infraspinatus, rotundus minor & subscapularis. Infraspinatus à cauitate infra spinam oritur: rotundus minor à costa inferiore omoplatæ: Subscapularis seu immersus à scapulæ sima parte tota. Hi tres in brachii ceruicem & interiorem humerum inserũtur. Circularis brachii motus quia compositus est, à peculiari nullo perficitur musculo, sed ab omnibus successiue agentibus.

Musculi brachij.

Secunda pars manus cubitus est, eiusque ossium cubiti & radii diuersi sunt motus. Cubiti enim motus proprius est flexio extensioque, radius vero suo motu manum pronam & supinam facit. Cu-

Cubitus.

minimo subiicitur, Mercurio dicatus est: qui mensali lineæ proxime sub monte Mercurii subiicitur, mons manus & Lunæ vocatur. Lineæ multæ numerantur, sed principales lineæ sunt vitalis, naturalis, mensalis, Saturniana & hepatica. Vitalis inter indicem & tuberculum pollicis sumit initium, & ad rascettam vsque excurrens montem pollicis circumdat, vitæque breuis aut longæ indicium est. Oritur seu imprimitur potius à corde, in quo omnis vitæ nostræ vis actiua consistit. Vnde præ omnibus longior extensiorque videtur, ob virtutem actiuam & formatiuam corporis nostri, videlicet caliditatem cum humiditate temperatam, quæ materiam protendit & dilatat. Linea naturalis debet cum vitali sub medio montis indicis coniungi, eiusque angulus supremus ibidem terminari: & tum significat fidelem, ingeniosum, & bona operantem hominem. Fertur vt plurimum ab initio inter montem Iouis & montem Veneris versus montem Lunæ. Mensalis incipit infra montem auricularis, & transuersaliter per latitudinem manus versus montem indicis ducitur. Saturnina palmæ & digitis per mediam volam occurrens prosperitatis linea dicitur: nam cæteris lineis propria virtute carentibus plurimum suffragatur. Linea hepatica quibusdam incipit à carpo, quibusdam ex linea vitæ suboritur, & per medium palmæ versus ὑποθέναρ porrigitur, quibusdam in linea cerebri desinit, quibusdam ad montes digitorum excurrit: quam-

uis

uis interdum inueniuntur manus hac linea carentes.

Digiti. Digiti quinque sunt singulis manibus: Primus quod robore & magnitudine polleat, pollex dicitur: Secundus index & demonstrator: Tertius medius & ob muneris infamiam verpus: Quartus medicus, quo prisci solebant pharmaca olim miscere, & annularis, quia annulos gestabant illo digito: Quintus minimus & auricularis dicitur.

Musculi carpi. Carpus flectitur, extenditur, & oblique ad latera mouetur. Flexores duo sunt, interni ambo: quorum alter à brachii interna apophysi ortus, cubito ossi attensus, in quartum os carpi crasso suo tendine partim carneo, partim neruoso inseritur. Alter supernus ab eodem tuberculo pronatus in os metacarpii primum indici subiectum desinit. Extendunt carpum totidem musculi, externi ambo: supernus alter à brachii externa apophysi ortus, radio instratus, in bifidum desinit tendinem, quorum altero in metacarpii os primum, altero in secundum inseritur. Alter musculus inferior eodem enatus principio, tendine vnico in metacarpii os quartum, quod minimo digito subiicitur, desinit. Mouent carpum oblique & ad latera iidem musculi, aut seorsim operantes, aut flectentium vnus cum extensore simul agens.

Musculus palmaris. Ad carpi musculos palmarem referre lubet, qui ab apophysi interna brachii ortus omnibus fere manus musculis interioribus superiectus, principio carnoso in angustum primum & longum

longum tendinem protensus, in volam & palmam manus expanditur, cutique adhæret firmiter, atque mirum in modum apprehensioni auxiliatur.

Musculi digitorum.

Digiti quatuor præter pollicẽ flectuntur, extendũtur, adducũntur & abducũntur peculiariter: flectunt duo musculi, sublimis & profundus. Sublimis ab interna brachii apophysi enatus, priusquã ad carpum perueniat, in quatuor finditur tendines: hi validissimo & transuerso ligamento, annuli instar, coeuntes & arctati in secundam digitorum quatuor articulationem inseruntur: dum vero primam articulationem pertreptant, ei membranorum & villorum interiectu ita firmiter alligantur, vt ea moueant. Profundus priori substratus, ad eodem exortus tuberculo, in totidem neruosos tendines scinditur, qui primæ & secundæ digitorum quatuor articulationi membranosis ligamentis affixi tandem in tertiam articulationem inseruntur, eamque soli flectunt. Vt autem profundo huic musculo ad tertiam articulationem pateret aditus, natura mirabili artificio sublimes tendines quatuor perforauit. Extendunt digitos musculi quamplures: oriuntur ab apophysi fere omnes, & annulari vinculo prius colligati in secundam & tertiam articulationem inseruntur. Adducunt digitos perexigui musculi quatuor à lumbricorum figura lumbrici & vermiculares dicti. Oriuntur hi à tendinibus profundi musculi, initio carnosi & teretes, dein exili neruéoque tendine, secundum latera digitorum protensi oblique ad

tertium internodium feruntur. Abducunt digiti interoſſei ſex in metacarpii ſpatiis latitantes, tres interni & totidem externi, qui ad poſtremam articulationem eamque externam delati, & cum vermicularibus coeuntes extenſioni aliquantulum inſeruiunt. Pollex quia toti manui ſolus æquipollet, peculiares habet muſculos, flectentes, extendentes, adducentes, & abducentes. Flectunt duo, alter à ſuperiore radij parte enatus in vltimum articulum inſeritur: alter ab oſſe carpi pollici ſubiecto exortus in medium pollicem fertur. Extendunt duo, ambo à cubito exorti, prior in tertium articulum vnico tendine inſeritur, poſterior bifido tendine in varias pollicis partes deſinit. Adducunt muſculi tres, quorum duo à metacarpio exorti monticulum Veneris conſtituunt: tertius ab oſſe metacarpij indicem ſpectante enaſcitur. Abducunt pollicem totidem muſculi propriis carentes nominibus.

Muſculi pollicis.

9. *Pes eſt totum illud, quod ab iſchii & coxendicis articulo ad extremos vſque digitos protenditur.*

10. *Eius tres ſunt partes. Prima & ſuperior dicitur* (a) *femur, & à coxendicis articulo vſque ad genu fertur. Secunda à genu ad calcem, diciturque* (b) *tibia. Poſtrema pedis pars vere & proprie pes dicitur, & in tres diuiditur partes, in* (c) πεδίον, (d) μετωπεδίον *&* (e) *digitos.*

(a) Femo-

(*a*) Femoris carnosæ & pulposæ partes πλιγάδες & πλικάδες ab Hippocrate vocantur; anteriores & externæ παραμήρια; posterior inferiorque, in quam genu inflectimus, ἰγνὺς seu poples, anterior γόνυ genu. (*b*) Tibiæ anterior pars carne denudata ἀντικνήμιον vocatur, posterior pulposa, Hippocrati γαστροκνήμιον, Latinis sura. Bini vero processus excarnes malleoli, τὰ σφυρὰ καὶ πέζαι dicuntur. (*c*) Pedij postrema pars πτέρνα & calx, infima vero πέζα & σφυρὸν calcaneum appellatur. (*d*) Metapedij pars inferior planta & vestigium dicitur, Græcis πέλμα & τύλωμα, pulposa pars στῆθος. (*e*) Digiti suos habent ordines, qui ternas, κονδυλίδας efficiunt, excepto pollice. Hæ pedis in vniuersum partes sunt externæ, præter quas aliæ obseruandæ sunt, vasa scilicet & musculi. Quemadmodum ascendentis cauæ ramus subclauius è thoracis cauitate exiliens axillaris dicitur, ab eoque brachij & manus venæ omnes deriuantur: ita descendentis cauæ ramus iliacus simul atque è peritonæo elabitur, & ad inguina cruraque descendit, cruralis appellationem sortitur. Ramus hic cruralis plures ex se promit surculos, per femur, tibiam & extremum pedem numerosa ramorum serie sparsus: sex tamen maxime conspicuis ramis fruticatur. Sunt autem hæ omnes propagines saphæna, ischias minor, muscula, poplitea, suralis & ischias maior. Saphæna seu malleoli vena ad inguinis glandulas nata per internam cruris partem inter cutem & membranam carnosam delata, ad malleolum externum descendit,

& in pedis superni cutim varie absumitur. Ischias minor è regione saphænæ in anteriorem ischij cutim & eius loci musculos distribuitur. Muscula in duos finditur ramos, minor in tibiæ musculos extensores riuos diffundit, maior profundior in omnes fere femoris musculos diuaricatur. Poplitea ex ramis duobus cruralis coeuntibus conflata surculis aliquot in cruris cutim posticam sparsis per medium poplitem delapsa nunc in suræ cutim absumitur, nunc ad calcem vsque descendit, nunc per externum malleolum fertur. Suralis in suræ musculos & cutim tibiæ internæ disseminata circa malleolum internum reflexa latus pedis infernum & cutim pollicis, raro alios digitos adit. Ischias maior portione maiore per suræ musculos delata absumitur in surculos decem, singulis scilicet digitos binos, minore autem inter peronem & calcem cessante; interdum perforato medio ligamento in musculum digitum pedis abducentem & cutim spargitur. Cruralis arteria iisdem fere riuulis fruticatur, adeo vt vena comitem fere semper habeat arteriam.

Neruı pedis. Per totum pedem nerui quattuor insignes disseminantur, qui ex tribus infernis paribus lumborum & quatuor superioribus ossis sacri nascuntur. Primus & summus sub peritonæo ad paruum trochanterem delapsus in cruris musculos eiusque internam & externam cutim, priusquam genu attingat, absumitur. Secundus & inferior cum vena & arteria crurali per inguen in crus descendit, ramumque insignem

gnem cum vena malleoli per internum femur ad pedem vſque demittit, cuti vicinæ interea ramulos largitus: Maior autem pars cum vena & arteria in internos cruris muſculos diſpergitur. Tertius his inferior ſurculos muſculis penis & quibusdam cruris, nec non cuti inguinali largitur, dein in propinquos muſculos ſupra cruris medium deſinit. Quartus neruorum omnium craſſiſſimus, ſicciſſimus, validiſſimus ex quatuor ſupernis partibus oſſis ſacri ortus, inter os ſacrum & ilium elapſus ramulos vicinis partibus, vt cuti natium & cruris, nec non ſubſtratis muſculis largitur: Deinde in duos abit ramos, eorum minore ſecundum peronem delapſo in pedem ſuperiorem digitis ſingulis binos dat ſurculos: maiore autem per tibiam & pedem protenſo digitis ſingulis binos quoque dat ramos. Sed ambo hi rami muſculorum capita & cutim tibiæ & pedis obiter adeunt & texunt.

Femur flectitur, extenditur, adducitur, abducitur & circumagitur. Flectunt duo muſculi: alter in abdomine ſitus à lumborum vertebris ſuperioribus exortus valido tendine in trochantera paruum anticæ inſeritur: alter iliacus dictus à tota cauitate interna oſſis ilium enatus in eundem trochantera paruum inſeritur. Extendunt crus muſculi tres natium autores, maior, medius, minimus. Maior quaſi ſemicircularis, omnium extimus & ampliſſimus, à coccyge oſſe ſacro, ſuperna ilium coſta obli- *Muſculi femoris.*

que descendens, in femoris os, palmum sub trochantere magno desinit. Medius & situ & magnitudine ab anteriore parte costæ ilium in trochantera magnum & superficiem eius externam inseritur: Minimus ab eadem ossis ilium facie externa, sed interna magis, in trochanteris magni supercilium internum fertur. Adducunt crus & circumagunt intro tres, quos pro vnico numerant Anatomici, eumque tricipitem vocant. Primus à commissura summa ossium pubis & eorum spina in ossis femoris lineam sub ipsius ossis medio inseritur. Secundus ab ima pubis commissura sub trochantere paruo inseritur. Tertius ab eodem enatus principio in parui trochanteris radicem fertur. Abducunt crus & simul circumagunt foras sex musculi quadrigemini, & obturatores duo. Quadrigemini sibi omnino similes & parui situ quasi transuerso locati, à tubere ischij enati in trochantera magnum inseruntur. Obturatores, sic dicti, quod foramen inter os pubis & ischij patens obturent, duo sunt, externus alter, alter internus. Externus à toto foraminis externi ambitu natus in cauum trochanteris magni fertur. Internus ab interno foraminis ambitu exortus, suprà coxendicem extrorsum trochleæ instar reflectitur, & variis tendonibus auctus tandem vnico in trochantera magnum & eius radicem inseritur.

Musculi tibiæ.

Tibiæ iidem sunt qui & fœmoris motus: Flectitur namq;, extenditur adducitur, abducitur. Flectũt quatuor postici appellati: quorũ tres à tubere ischij

iſchij naſcuntur, interni duo & vnus exterior. Internorum prior ſemiuernoſus, alter gracilis dicitur. Quartus duo habet capita, alterum à cõmiſſura oſſis pubis, alterum ab exteriore femoris parte enaſcitur, & vtrinque vnico tendine in poſteriorem tibiæ partem inſeritur, quam flectit & adducit intro. Extendunt tibiam totidem, rectus, vaſti duo, & crureus. Rectus à ſpina externa & inferna ilium oritur: Vaſti duo à mole nomen ſortiti, externus quidem à radice tota trochanteris magni & cruris oſſe ſubiecto; internus vero à trochantere paruo & cruris oſſe ſubiecto naſcuntur. Crureus oſſi cruris afflixus eſt, vt brachicus brachio. Quatuor hi muſculi in vnicum tendinem ceſſant, qui molam amplexatus in tibiæ principium anticum late inſeritur, & genu hac parte pro ligamento eſt. Adducunt tibiam intro muſculi duo, longus & popliteus: longus muſculorum omnium longiſſimus, ab ilij ſpina exortus, oblique in tibiam internam & anticam deſcendit; popliteus ab inferiore & exteriore femoris tuberculo ortus in interiorem tibiæ partem inſeritur, eſtque quadratus. Abducitur tibia muſculi vnius miniſterio, quem membranoſum & faſciam latam vocant. Oritur hi carnoſo principio à ſpina oſſis ilium, & oblique in tibiam externam fertur, ſuoque tendine latiſſimo omnes fere femoris muſculos infeſtit, & ad extremum vſque pedem excurrit.

Pes flectitur & extenditur: Flectunt duo tibieus anticus & peroneus. Tibieus anticus *Muſculi pedis extremi.*

tibiæ affixus à superno tibiæ processu ortus, tendine vnico, sed ad finem bifido in os pedij pollici præpositum inseritur. Peroneus biceps capite altero à fibulæ superna epiphysi, altero à medio peronis enatus tendinem geminum mittit: maior sub plãta obliq; delatus in os pedii è regione pollicis inseritur: minor in os minimi digiti fertur. Extendunt quatuor, gemelli duo, soleus & plantaris. Gemelli (internus quidem ab interno femoris capite, externus autem ab externo) oriuntur. Soleus his subditus & latior à tibiæ & peronis commissura enascitur. Hi tres in vnicum tendinem eumque crassissimum & validissimum pternæ calcisque principio inserendum desinunt. Postremus plantaris dicitur, palmari respondens: gracilis est, & in tendinem prælongum degenerat, qui ad astragali tergum latescit, perque latera pternæ in plantæ totius cutim absumitur.

Digitorum pedis musculi. Digiti pedis, vt & manus, flectuntur, extenduntur, adducuntur & abducuntur. Flectunt duo, magnus & minor: magnus profundo respondet. Oritur à superna tibiæ epiphysi, & sub planta in quatuor finditur tendines, qui minorem perforantes in tertiam quatuor digitorum articulationem inseruntur. Minor sublimi respondens in planta pedis media situs, à pterna interna ortus quatuor perforatæ tendinibus in secundum digitorum quatuor articulum fertur. Extenduntur digiti quatuor vnico musculo, à summa & externa tibia exorto, & in tendines quatuor dissecto. Adducunt digitos lumbrici qua-

ci quatuor, à profundi flexoris magni tendinibus enati. Abducunt vero interossei à pedii ossibus orti & spatia metapedii opplentes flexioni quoque non parum inseruiunt. Pollex peculiares habet musculos flectentes, extendentes, adducentes & abducentes. Flectitur pollex vnico à fibula prodeunte. Extenditur altero à media fibula enato, qui sæpe in duos tendines diuiditur. Adducitur vnius opera, ossei pedii maximo intus attensi. Abducitur ab alio, qui à calcis interna parte carnoso enatus principio in primum pollicis os inseritur.

Est & peculiaris musculus minimi digiti abductor à calce exortus, adeo vt hi abductores thenari & hypothenari respondeant.

Caput IV.

DE CORPORIS SENtientis partibus dissimilaribus internis.

1 *POSTQVAM externas partes corporis sentientis recensuimus, internarum partium explicationem iure aggredimur, easque in tres classes disponimus.*

2. *Primæ classis fuit cor, cerebrum, pulmo, hepar, splen, fel & renes.*

Sciendum hic est, has partes à Chymicis comparari planetis macrocosmici cœli, & cor Solem, cerebrum Lunam, pulmonem Mercurium, hepar Iouem, splenem Saturnum, fel Martem, & renes Venerem appellari: idque non sine ratione fieri: quis enim nescit, Solem macrocosmicum esse omnis caloris fontem, quo omnia reficiantur & foueantur? idem ipsum simili plane modo cor animalis singulis ipsius membris & visceribus præstare solet, dum vitales Spiritus in omnia membra tam superiora quam inferiora diffundit, eaque nectare suo viuifico caloreque temperato refocillat. Luna crescit & decrescit singulis mensibus, humoribusque valde delectatur: Sic & cerebrum in animalibus pro lunaris lucis vicissitudine iam minuitur, iam augetur. Mercurius dicitur esse Ethnicis Deorum nuncius, & influentiis maxime spiritualibus pollere, vt vel hinc singularem conuenientiam cum pulmone ipsi intercedere facile intelligere possis: pulmo enim respirationis officina spirituali aeris natura gaudet, instrumentumque est, quo occulto cibo in aere contento omnes partes animalium frui queant.

3. Cor est officina & radix viuifici nectaris, ex qua per arterias Spiritus vitalis omnibus aliis partibus in conseruationem vitæ communicatur.

Cor à currendo Archangelo dicitur: siquidem propter perpetuos motus assidue currere videtur: Græcis καρδία ἀπὸ τοῦ κραδαίνεσθαι quod

est vibra-

eſt vibrare : perenni enim motu cor cietur : at Archangelo ἀπὸ τῆ καρδόπε, id eſt, ab area panaria, in qua panis pinſitur, quod in corde ſanguis veluti alimentarius pinſatur, & aſſiduis motibus exagitetur, vt tenuior factus in ſpiritum vitalem commigret.

Axiomata.

I.

In (a) *medio thorace cor* (b) *ſituatur, duoſque ſinus habet* (c) *dextrum &* (d) *ſiniſtrum.*

(*a*) Ideo cor in medio ſitum eſt, vt vitalem Spiritum & viuificum nectar ſalutaris ſtellæ inſtar in omnia extrema peræque diffundat. Quia autem motus cordis à ſiniſtris magis perſentitur, propter ſiniſtrum ventriculum ſeu ſinum, qui Spiritus conceptaculum eſt, & arteriam magnam, idcirco vulgus & idiotæ in ſiniſtro latere cor ſituatum aſſerunt. Adde quod & in mortuis nonnihil grauitate ſua & propter arteriæ magnæ, quæ ei affigitur, pondus ad ſiniſtrum retractum videtur. (*b*) Sinus Galeno κοιλίαι, Iulio Polluci κόλποι Latinis ventres, ventriculi, ſpecus, thalami, diribitoria dicuntur. (*c*) Dexter ſinus nutritionis pulmonũ gratia creatus eſt, ac proinde ſanguinem naturalem ab hepate per venam cauam ſuſcipit, dum cor dilatatur & in eo alteratur: cuius ſanguinis maior pars, dum cor conſtringitur, non rurſus per venam cauam, quia valuulæ tres

læ tres intro spectantes orificium claudunt, sed per venam arteriosam in pulmones pro eorum nutritione expellitur, & ne in cor relabatur, de valuulis tribus semicircularibus extra spectantibus orificium claudentibus natura sibi prospexit. In hoc sinu vena caua & vena arteriosa, quemadmodum in sinistro arteria venosa & arteria magna, quæ flumina vitæ nostræ Hippocrates libro de corde vocauit, existunt. *(d)* Similiter ventriculus tantum mouetur, quo insitus à natura ignis cum Spiritu & sanguine vitali, ipsius motu ex eo feratur in arteriam magnam, aortam Aristoteli dictam: cuius orificio valuulæ tres sigmoides extrorsum spectantes, ne materiæ extra cor latæ relabantur, cæteræque partes vita frustrentur, apppositæ.

Inde in arteriæ ramis per tres ventres & artus dispersis in singulas corporis partes distribuuntur, sicque vita conseruatur, partiumque calor insitus fouetur.

II.

Cor pyramidalis figuræ est, & nuci pineæ non admodum dissimilis.

Ex basi enim ampliore in turbinatum mucronem sensim desinit. Basis κεφαλή dicitur, caput cordis, mucro autem πύθμη.

X.

Caro cordis dura est, densa, & solida.

Vnde Hippocrates cor musculum appellauit fortis-

uit fortissimum, abusiue, non neruo tendineue sed densitate carnis. Duritiem hanc & robur carnis exigebat vis illa feruens innati caloris, Spirituum in corde contentorum continuitas, & perpetua necessarii motus agitatio. Sed in mucrone quam in basi, solidior apparet, quod ibi vibratum omnes concursus desinant, & ne in violentis motibus pectoris, os contingens, à quo non longe abest, facile læderetur, atque ita sui motus concentum & perennitatem vitiare cogeretur, caro hæc triplici villorum genere intertexta est. Rectos primum habet à basi ad mucronis extremum productos, tum obliquos, qui secundum cordis longitudinem oblique procedunt, tandemque transuersos orbiculatim cor eiusque ventriculos ambientes. Hi omnes ita implicantur, vt vix arte vlla eos diuellas, & illaceros separes. Rectorum opera trahit cor in sua diastole sanguinem per venam cauam in dextrum, & aerem per arteriam venosam in sinistrum sinum. Obliquorum ministerio gaudet, fruiturque cor attractis. Transuersis vero cor vndiquaque arctantibus fit sanguinis per venam arteriosam in pulmones, vitalis Spiritus in aortam, & humidorum vaporum in arteriam venosam expulsio.

IV.

Vena qua cordi nutrimentum affertur, Anatomicis coronaria appellatur.

Totam enim cordis basin coronæ instar cingit: ra-

git: ramulos hinc inde ſpargit, ſed eos in ſiniſtrum latus inſigniores & numeroſiores, quod ea pars denſior & ſolidior copioſiore ſanguine indigeat: Vena hæc ſæpius eſt ſimplex, raro gemina. Sic & cor habet arterias coronarias ſæpius duas, per totam eius baſin excurrentes. Præterea neruos accipit à ſexta coniugatione exiles admodum, atque etiam adipe copioſo tota fere cordis ſuperficies oblinitur, ne ob perennes motus incendio conflagret & fatiſcat.

V.

Cor ex puriſſima ſanguinis portione ab hepate communicata ſpiritus vitales diſponente inſito Archæo præparat.

Cum Spiritus vitalis in alimentis aſſumptis profunde lateat, alimenta prius igne culinari coquenda, poſt dentibus atterenda, ventriculo digerenda & in chylum commutanda, duodeno & ieiuno inteſtinis excipienda, & per venas meſaraicas ad hepar deferenda, vt in ſanguinem commutentur, eiuſque puriſſima portio, quæ eſt Sulphur pinguedoque eius, ad cor in Spirituum vitalium refectionem abeat, cum intimus cordis Archæus hanc proprietatem habeat, vt ſuperfluis excrementis ſeparatis illud, quod Spiritui vitali maxime homogeneum eſt, ei aduniat, & ita vitam promoueat. Ne vero cogita omnes impuritates ſpiritibus vitalibus à cordis Archæo eſſe ademptas, ita vt in ſubtiliorem naturam & eſſentiam Spiritus eiuſmodi transformati ne-

ri nequeant, ſed certo tibi perſuade vitales iſtos Spiritus altius eleuari, atque in plexus profundoſque ſinus cerebri ferri, ibique ſubtiliori veſtimento indui ad ſenſuum promotionem, vt paulo poſt fuſius in explicatione cerebri percipies.

4. *Cerebrum eſt ſubſtantia medullaris capite conclusa, in qua ex ſpiritibus vitalibus ab ipſius Archæo ſpiritus animales generantur, & per neruos in vniuerſum corpus deferuntur.*

Pars hæc apud veteres Græcos proprium nomen non habuit, ſed à ſitu ἐγκέφαλον, quod, ἐν τῇ κεφαλῇ inueniatur, dictum eſt. Plato à ſubſtantia μυελὸν vocat. Eſt hoc viſcerum excelſiſſimum, proximumque cœlo: hanc habent ſenſus arcem, hic culmen altiſſimum, hic mentis eſt regimen. Eſt namque crebrum non modo ſenſuum ſedes & motuum προαιρετικῶν artifex, ſed & ſapientiæ, memoriæ, iudicii, cogitationum domicilium.

Axiomata.

I.

Præter caluariam membranis duabus, quarum vna mater, vel menynx, altera pia mater dicitur, natura cerebrum muniuit.

Dura menynx eſt membrana exterior, dura, cuticularis, ſupra piam cranio alligata, cerebrum cingens & vndique muniens. Hac detra-

cta

mero ſunt tres, dexter, ſiniſter. & medius: quorum priores duo ab aliis anteriores, rectius autem ſuperiores appellantur. Dexter ergo conſiſtit in dextra cerebri parte, per totam eius longitudinem protenſus ab anterioribus ad poſteriora, figuram ſecti circuli referens: Vſus eius eſt Spirituum animalium præparatio & generatio. Siniſter in ſiniſtra cerebri parte conſiſtens eandem cum dextro habet formam, ſitum & vſum. Vnde experientia teſtatur, & medicorum obſeruatio confirmat, cerebro violenter compreſſo, aut colliſis his ventriculis animal protinus ſenſu motuque priuari, aut prorſus interire. Collocant etiam in his ſuperioribus ventriculis ſenſum communem, qui diuerſorum ſenſuum obiecta diſcernit. Medius ſeu tertius ventriculus nihil aliud eſt quam duorum concurſus & communis cauitas, in quam ſuperiorum ventrium vterque humiliore ſui ſede dehiſcit. Ventrem hunc medium appellat Galenus, vel quod inter ſuperiores duos & inferiorem quartum, de quo paulo poſt aliquid dicam, ſit ſitus, vel quod centrum fere occupet cerebri: tantum enim ab occipite diſtat, quantum ab oſſe frontis: Medius hic ventriculus ex ſe duos meatus producit, quorum prior recta deorſum verſus glandem vergit, pituitam excipiens: poſterior priore amplior ad quartum ſinum dirigitur. Vulgo collocant in eo facultatem imaginatricem & cogitatricem. Hi ſunt tres ventriculi anterioris cerebri partis: quartus tandem occurrit ſinus, cerebello & ſpinali medullæ communis, o-

omnium minimus & solidissimus, qui Spiritus animales à prioribus excipit, & spinali medullæ transmittit. Locus est, in quo memoriam contineri aiunt.

IV.

In cerebri conseruationem sanguis tanquam nutrimentum eius admittitur: sed ad animatium Spirituum in cerebro generationem & fotum vitales Spiritus sursum è corde in eius intimos sinus deferuntur, digeruntur que, ita vt subtiliore natura assumpta anima ad apprehensionem rerum per species foras suos radios in istis animalibus spiritibus mittere & ablegare possit.

Dum operationes cerebri intueor, illudque sedem mentis nostræ esse intelligo, non possum non admirari admirandas actiones, quæ à cerebro & mente prouenjunt. In cerebro enim duo sunt maxime consideranda: 1. ipsa essentia eius constans ex pluribus partibus; 2. Spirituum vitalium transformatio in animales ad sensuum mentisque operationes promouendas: Substantia cerebri nutrimentum suum habet ex sanguine puriori per certas venas ex hepate in cerebrum ascendente, ibique perficitur & digeritur, vt humido radicali cerebri maxime assimiletur, & substantiam eius intime conseruet: quod vbi fit, beneficio digestionis eiusmodi impuritates sensibiles ab Archæo cerebri separantur, & per palatum, per oculos & per aures eiiciuntur.

ciuntur. Quæ impuritates quo promptius expelluntur, eo expeditius redditur cerebrum ad operationes suas perficiendas: Quando vero crassæ illæ impuritates in sinibus cerebri relinquuntur, iisque vasa obstruuntur, vel graues morbi inde oriuntur, vel potissimæ meditationis vires intercipiuntur, ita vt Spiritus vitales in cerebrum eleuati in vasis genuinis ab Archæo concoqui, magis magisque attenuari, & subtiliari non possint. Vnde affertur obstaculum, quo anima hominis in se ipsam conuerti, ad thesaurum sibi inclusum adire, portas arcæ sapientiæ diuinæ genuinis clauibus reserare, & in supercœlesti illa recondita luce omnium rerum tam superiorum quam inferiorum naturas & actiones intueri nequeat. Vt spiritus vitales sunt crassiores animalibus ac proinde opus habent per Archæum cerebri clarificatione, vt digni reddantur, quorum beneficio sensus vtantur ad externarum rerum apprehensionem: ita etiam animales Spiritus respectu spirituum supracœlestium ex anima nostra profluentium crassitiem quandam habent, quam necesse est vt deponant, si homo meditando diuiniora assequi sibi proponit. Deponunt vero eas infirmitates Spiritus animales, precibus ad Deum continuis, meditationibus frequentibus & occultatione operationum sensualium: tum enim anima hominis magis magisque luce supercœlesti inflammatur, splendore virtutis diuinæ illustratur, & innato Dei verbo omnes tenebras mentis nostræ discutit, eamque ita in Deo purificat, vt magnalia

Kk 2 Dei

Dei perſpicue intelligat, Deum de facie ad faciem videat, eum in ſe loquentem audiat, atque tam præſentia quam futura vno veluti intuitu abſque omni velamine cognoſcat. Beatus ille homo eſt, qui Dei ductu eo peruenit, vt ſe abnegare, ad vitalium & animalium ſpirituum operationes non attendere, ſed eas in ſe occultare, Deumque in animæ ſilentio habitantem intueri ſciuerit.

5. (a) *Pulmo eſt ſubſtantia ſpongioſa, vi magnetica aerem ad ſe attractum digerens, digeſtumque ad cor per arteriam venoſam transmittens, vt ex eo Spiritus vitalis contemperetur & foueatur.*

(*a*) Pulmo πνεύμων Græcis dicitur ἀπὸ τοῦ πνέειν quod eſt ſpirare. Philoſophi cordis flabellum & ventilabrum vocant: Auicenna culcitram cordis: Hippocrates libro de internis affectibus & tertio de morbis ψαφαρὸν id eſt, tenerum & molle, Plato ἅλμα μαλακὸν appellat. Mihi recte nuncupari etiam poteſt ventriculus vitalis. Vt enim ventriculus ſe habet ad hepar, eique cibum præparat, conuertitque in chylum: ita etiam pulmo aerem excipit, cõficit, præparatq; cordi, vt interior aeris ſubſtantia Spiritus vitalis in corde generati genuinum nutrimentum & fomentum fieri queat. Digeri aerem crudum in pulmone vel ex eo patet, quod per exſpirationem illud quod ad Spiritus vitalis conſeruationem nihil facere videtur, reiicitur, & tanquam alienum

alienum repellitur, non aliter ac à venis mesaraicis chyli puriorem partem deferentibus ad hepar impuritates tartareæ in intestinis relinquuntur, & postea fellis ope expelluntur. Quod autem non semper omnes impuritates cum aere coniunctas pulmo per asperam arteriam extrudere queat, ex eo non fit, quod pulmo facultate separandi per digestionem & expellendi per arteriam feces aeris destituatur, sed quod venenum aeri implicatum citius penetret pulmonis sinus, & cordis domicilium petat, quam debita digestio fiat: adeo enim penetrantis naturæ venenum aliquando est, vt summa celeritate cor attingat, eiusque Spiritum inficiat. Ad hoc autem malum amoliendum genuinis alexipharmacis opus est, & vt cor ac pulmo aduersus impetus veneni feroces præmuniantur, & si quando opus est, facile venena iterum exturbentur.

Axiomata.

I.

Situs est pulmo in vtraque thoracis amplitudine inter costas & alteram intersepientium membranarum.

Implet totam thoracis cauitatem, vt nihil in ea vacuum sit, dum distenditur thorax: dum vero coarctatur, non ita vt in demortuis flaccescit & collabitur. Liber omnino est à connexu vt liberius moueri possit: suspenditur tamen vasorum & arteriæ asperæ interiectu ne dilabatur.

II.

Pulmo variam & multiplicem pro ratione corporum, quibus accumbit, figuram habet.

Nam vbi cauitatum ſedes ſunt concauæ, ibi gibboſus: vbi vero extuberantes, ibi cauus apparet. Eius tamen dextra pars cum ſiniſtra juncta bubuli, ceruini aut alius biſulci animalis pedis figuram refert. Ad hanc pulmonis figuram ſpectant etiam illius lobi, quos ideo formauit Deus optimus, ne collaberetur atque fatiſceret eiuſdem caro, tum vt læuior eſſe pulmo, & vt cor vndiquaque amplexaretur. Quoniam vero hi lobi alarum more dilatantur, explicantur & colliguntur, per metaphoram alæ dicuntur: fibras vocant quidam, pinnas, ſummitates: plures in brutis quam in homine ſunt lobi, quia prona terram ſpectant, figuram autem ſolus homo celſam obtinuit.

III.

Pulmo adeo magnus eſt, vt plurimum aeris contineat, qui pluribus cordis pulſationibus ſufficere queat.

Cogimur enim ſæpe in longa oratione, quæ vnico aeris hauſtu perficitur, non interſpirare, vt & in cantu & vociferatione: Quin etiam vt fœtidos ac putres odores fugiamus, & dum natamus, aut aquis immergimur, Spiritum cohibemus. Niſi itaque ampliſſimus eſſet pul-

pulmo, non sufficeret cordis vitali Spiritui refrigerando, nutriendo, expurgando, & cogeretur animal nobiles illas ac necessarias actiones, locutionem, cantum, & mersionem sub aquis interrumpere breuissimis spatijs.

IV.

Pulmo carne constat sibi propria, & triplici vasorum genere: quæ omnia tunica prætenui obducuntur.

Caro propriam & maiorem pulmonum substantiam complet, vnde carnosium viscus & παρέγχυμα dicitur. Caro hæc leuis est, rara, spongiæ similis, & veluti ex spumoso sanguine concreta. Leuis quidem vt facile collabi attollique possit, atque ita thoracis motibus promptissime obsequatur: Mouetur enim à thorace, non vi propria, pulmo. Rara & spongiosa caro est, vt follis instar aere inspirato cito & affatim repleatur, tumidoque vapori pariter viam muniat ad efflandum & exspirandum. Color carnis in fœtu rubet, quia immobilis pulmo nec aere plenus: nobis vero in lucem editis subflauus ob perennem motum & Spiritus contenti copiam. Triplici vasorum genere caro hæc sustinetur & cohæret, vena arteriosa, arteria venosa, & aspera arteria. Vena arteriosa à dextro cordis sinu enata in vniuersam pulmonem substantiam riuos diffundit, sanguinemque tenuissimum ad eorum nutritionum defert. Arteria venosa in omnes pulmonis partes sparsa trunco vnico in sinistrum cordis sinum intruditur, aeremque in

pulmonibus præparatum excipit. Aſpera arteria à faucibus in pulmonem vniuerſum decurrit, aerique deducendo & vaporibus fumidis excludendis dicata eſt. Tria hæc vaſa vndecunque ad extremam pulmonum vſque ſuperficiem eo ordine digeruntur, vt aſpera arteria in medio ſit, vena arterioſa in poſteriori parte, arteria venoſa in anteriore. Tota hæc pulmonum ſubſtantia tunica obducitur prætenui, ne grauior reddatur pulmo, tum vt per eam pus permeare facile poſſit, & quaſi ſuctum peruadere. Hanc tunicam parui attingunt neruuli à ſexta coniugatione exorti, nulli autem in pulmonum ſubſtantiam diſſeminantur.

6. *Hepar eſt officina ſanguificationis, ex qua per venas ad omnia membra irriganda & alenda ſanguis, poſtquam in ea præparatus fuit, effluit.*

Latinis dicitur iecur; huic ventriculus cibum tanquam famulus ſubminiſtrat: veſicula fellis, lien & renes regiæ huius domus illuuiem expurgant, & velut à culina extrudunt. In huius viſceris ἐυπεργίᾳ fundamentum principatuum ac facultatum vitalium ac animalium ſitum eſt, vt in eiuſdem κακοπεργίᾳ deſtructio. Maxima ſane illius eſt dignitas, ſed neceſſitas multo maior, vnde parenchymatum exortu & natura primum ſtatuitur à Galeno.

Axioma-

Axiomata.

I.

Situm est hepar in dextro hypochondrio sub diaphragmate & costis nothis.

Vnde sæpe apud Hippocratem καθ' ὑπεροχὴν hypochondrium dicitur: distat tamen aliquantulum à septo, ne illi quasi flabello præcordia ventilanti obesset. Situm hunc obtinuit à natura tutissimum & dignissimum: costis quippe quasi sepimentis obuallatum: non, vt ventriculus & intestina, ossibus nudum, quia non extendi hepar, vt illa, oportuerat, sed in vasorum tantum conceptaculis sanguinem continere.

II.

Quadrupedum & hominis iecinora figura inter se discrepant.

Homini enim continuum est hepar, nec in lobos secatur, vt quadrupedibus: rimam tantum habet fere in medio (fissuram vocant) intra quam vmbilicalis vena embryi nutricula se penitus abdit, & posteriore parte hepatis portiuncula visitur, ventriculi simitatem implens. Hepatis continuum hoc corpus inferne & intrinsecus cauum, superne & extrinsecus gibbosum apparet. Rursum superior pars lenis, æqualis in acumen vergit, ne diaphragmatis motui obsit: inferior æqualis, multis veluti promontoriis exasperatur, & rupium præcipitiis non est absimilis: Sed & dextra parte rotundum est he-

par, sinistra vero sensim attenuatur, & in acutum quasi vertitur angulum.

III.

Hepar constat (a) *carne sibi propria, tum* (b) *venarum cauæ, portæ, & vmbilicalis radicibus, tertio* (c) *arteriolis, quarto surculis arteriarum, modo cauis bilem in vesiculam deferentibus, demum neruulis: postremo* (d) *tunicula prætenui totum corpus inuestiente.*

(*a*) Caro propriam visceris substantiam complet, & ea ratione carnosum viscus dicitur Hippocrati. Gerit autem caro hæc similitudinem sanguinis concreti, & veluti ardore tosti. Eius vsum hunc agnouerunt veteres, vt puluinaris instar & mollioris substerniculi vasa fulciret stabiliretque, vt & calore suo venarum hæmatosin promoueret, non secus ac epiploon, lien ac circumstantia membra ventriculi coctionem iuuant. Non diuiniorem carnis agnoscimus vsum, vt scilicet propria ac insita vi sanguini formam, temperiem, ruborem induat. Ita principem hepatis partem, eamque solam primo & per se αἱματοποιητικὴν astruimus. (*b*) Venarum hepatis aliæ chyli tenuiorem portionem ad hepatis cauitates transportant, πύλας vocant: hanc portionem excoquunt, attenuant, præparant: aliæ iam confectum & elaboratum sanguinem deducunt ad cauæ truncum. Hæ venarum cauæ & portæ radices per vniuersum hepatis corpus

pus ſparguntur, & miro artificio implicantur. (c) Exiles habet iecur arterias ad natiui caloris moderationem & contenti Spiritus conſeruationem: verum arteriæ caua hepatis tantum attingunt: nam conuexa diaphragmatis motu quaſi flabello perpetuo ventilantur. (d) Totum iecoris corpus membrana tegitur tenuiſſima à peritonæo exorta, in quam exiles duo ſparguntur nerui, vnus à ſextæ coniugationis ramis, ventriculi orificio & meſenterio implantatis: alter ab eo exortus, qui per coſtas excurrit.

IV.

Hepar omnibus partibus connectitur.

Cerebro per neruos, cordi per arterias & venam cauam, ventriculo inteſtinis, leni per ſplenicum & meſentericum ramum: denique vix vlla corporis pars habetur, cum qua iecori per venas non intercedat communio. Sed & connectitur hepar diaphragmati, peritoneo, coſtis nothis, Xiphoidi, vmbilico per ligamenta propria. Eorum vno tereti & validiſſimo phrenibus adalligatur ac deuincitur, ſuſpenſorium vulgus vocat: altero hepatis latera coſtis annectuntur.

7. *Splen eſt membrum rarum, fungoſum, carne obſcura conſtans, atque per venas ipſi ſparſim inſitas & à ramo ſplenico ortas craſſum & lutulentum ſanguinem ex hepate alliciens.*

Alio

Alio nomine hoc viſcus lien dicitur, Græcis σπλήν. Dum impurum ſanguinem ſibi attrahit, lien benigniorem ſuccum ex eo ſibi aſſimilat, reliquum vero partim ad ventriculi fundum per vas breue ſeu venoſum relegat: partim deorſum mittit per venas ſplenicas ad podicem abeuntes, & quicquid eſt ſanguinis de alimento lienis ſuperfluum, deferentes pro inferiorum partium alimento ne diſperdatur.

Axiomata.

I.

Situs eſt lien in hypochondrio ſiniſtro ex aduerſo iecoris.

Quibuſdam paulo elatiorem, aliis decliuiorem ſitum occupat. Horum meminit Hippocrates ſect. 2. lib. 2. ἐπιδεμιῶν: Quibus lien deorſum vergit, his pedes & genua calent, naſus & aures frigent.

II.

Lienis figura pro ratione partium, quibus accumbit, varia eſt & multiplex.

Nam qua diaphragmatis cauitatem attingit, leuiter gibbus cernitur, qua ventriculo gibbo & extuberanti innititur, modice cauus occurrit: Huic tamen figuram omnes oblongam & propemodum tetragonam linguæ bubulæ ſpeciem referentem aſſignant, vnde etiam linguoſum viſcus vulgo dicitur. Hippocrates libro de

bro de corporum resectione plantæ pedis assimilat.

III.

Lienis non vna omnibus magnitudo inest, vti neque color vnus.

Est tamen in vniuersum lienis magnitudo deterior paruitate: Et quibus corpus floret, lien minuitur: quibus contra lien augescit, corpus minuitur. Vnde non inepte Traianus Imperator fiscum lienem appellabat: Quemadmodum enim crescente liene reliquum extabescit corpus: ita ditescente fisco populus depauperatur.

IV.

Lienis totum corpus (a) *carne constat sibi propria, tum* (b) *venis &* (c) *arteriis quamplurimis, demum neruulis, postremo* (d) *tunicula totum corpus inuestiente.*

(*a*) Caro est viscus rarum, fungosum & solutum, instar solidioris spongiæ aut leuioris pumicis, hauriendis excipiendisque impurioris sanguinis portionibus opportunum. (*b*) Venæ adsunt insignes in lineam veluti rectam insertæ, & in totam eius substantiam sparsæ: oriuntur omnes à ramo splenico. (*c*) Arteriæ etiam numerosissimæ & insignes in lienis substantiam sparguntur, quarum multiplex vsus est. Primus vt pulsatione sua feculentum expurgent attenuentque sanguinem: vt enim pulmo vehementi refrigeratione, ita splen expurgatione insigni

ſigni indiguit. Secundus arteriarum vſus eſt, vt craſſum hunc ſanguinem ex venis in ſubſtantiam lienis excidere ſolicitent. Tertius vt lienis calorem feculento ſucco pene obrutum ventilent, ne langueſcat. Poſtremus, vt vitalem facultatem lieni impartiantur. (*d*) Subſtantia lienis circumdatur tenui membrana à peritoneo exorta, in quam neruulus à ſexta coniugatione inſeritur.

V.

Lien diaphragmati, reni ſiniſtro & ventriculo connectitur.

Diaphragmati parte gibba: reni ſiniſtro membranarum peritonei interuentu: ventriculo parte ſima, tum per venas, quas illi largitur, tum per epiploon.

8. Fel eſt pars membranea, vnicam & ſimplicem habens tunicam, ſed validam, triplici villorum genere textam, oblonga, rotundaque cauæ iecoris parti connexa, bilem ex illo attrahens, & in inteſtina propellens.

(*a*) Fellis vocabulum hic accipe pro veſica fellea: alias fel humorem iſta veſica contentum ſignificat. (*b*) Fel intus rectos habet villos, quibus bilem in ſe allicit, & obliquos, quibus retinet: foris autem tranſuerſos & orbiculares, quibus eandem expellit in ἔκφυσιν.

Axiomata.

Axiomata.

I.

Veſicula fellea venulas habet exiguas à portæ trunco cyſticas dictas, quibus alitur: arteriolas etiam à cæliaca, & neruulos à coſtali dextra.

II.

Veſicula fellea oblonga rotundaque eſt, ſenſim ad ipſius fundi vſque apicem longioris cuiuſdam pyri modo ſe dilatans.

III.

Ductus habet duos, vnus in hepar, alter in duodenum fertur.

Primus ductus inter venæ portæ & cauæ radices numeroſis ſurculis diſtribuitur, quibus bilem in ſe allicit, eamque ſinceram, neque alio quodam modo adulteratam. Alter in duodenum immittitur, vt inteſtina tarda ad excretionem ſtimulet, lentamque pituitam inteſtinorum parietibus adhæreſcentem deturbet. Tertius interdum reperitur ductus, qui ad ventriculi fundum protenditur. Veſalius hunc ſemel ſe obſeruaſſe affirmat. Sed vitioſa eſt conformatio, & ita affecti bilem euomunt continuo, vocanturque πικρόχολοι ἄνω.

9. *Renes ſunt partes ſerum per venas emulgentes ex hepate excipientes, & tranſcolantes.*

Renes νεφροὶ dicti, aut ἀπὸ τοῦ νείφειν quod eſt nin-

ningere & pluere aut, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν, id est, à defluxu humoris.

Axiomata.

I.

Renes sunt (a) *gemini &* (b) *paulo infra iecur positi:* (c) *musculis autem lumborum incubant.*

(*a*) Ne obturato vno serosi humoris cessaret profusio. (*b*) Vt celerius serosum humorem sanguini adimant. (*c*) ψόας Græci dicunt, qui cruri flectendo dicati sunt: vnde calculosorum crus è directo stupore torpet. Quinetiam vtrinque ad latera venæ cauæ positi sunt, ne sanguinis ad inferiora cursus interciperetur. Eorum vnus altero semper est elatior: neque è diametro sibi inuicem opponuntur, ne alter alterius tractui moram afferret, ne serum esset ἰσόῤῥοπον, & vt si seri quædam portio quasi effrænata prætersflueret, ea in alterius foueam incideret.

II.

Renes speciem semilunæ imitantur.

Qua enim venam cauam spectant, sinuati sunt & concaui, extrinsecus ad ilia gibbi & oblongi.

III.

Renes (a) *carne propria,* (b) *vasis amplissimis constant,* (c) *duosque sinus habent, &* (d) *duabus tunicis teguntur.*

(*a*) Renum

(*a*) Renum substantia carnea est, rubra, densa, solida admodum & dura, non multum à cordis substantia differens, nisi quod villis intertexitur nudis. Solida autem fuit, ne immodica laxitate exceptam vrinam sineret fusius elabi. (*b*) Renum vasa amplissima sunt vena scilicet & arteria emulgens. Vena à cauæ descendentis trunco orta in simam renum partem inseritur: per hanc serosum humorem è venis prolectant renes κατὰ φύσιν, non nutritionis gratia, sed mutua & communi, qua inter se conueniunt, familiaritate ad id incitati: Arteria etiam adest insignis, non tam vt vitalem Spiritum deferat, quam vt arteriosum expurget sanguinem, serumque in arteriis copiosissimum refundat in renes. Horum vasorum per renum carnem distributio pulcherrima est: Primum enim in duos finduntur ramos: horum rursus vterque in alios: omnes demum in quamplurimos disperguntur, donec in munitissimos & capillares abeant. (*c*) In renibus sinus duo obseruantur, vnus ab arteria & venarum extremis in multos canales diuisus sinuum cerebri instar, sanguinem serosum suscipit, serumque sanguini permistum secernit. Alter insignior, priori occurrens, serum iam deputatum & sensim instillans suscipit. Hic miro artificio fabrefactus est: plures enim habet fistulas, quarum extremis carunculæ apparent pupillarum more extuberantes, singulas fistulas obturantes: per has in sinum vnicum membranosum & insignem, tanquam ventrem aut cisternam ab vretere efformatam,

ſerum corriuatur, & ab eo per vreteres in veſicam. (d) Vnica tunica externa eſt, altera interna: illa inuolucri modo vndiquaq; obducitur, vnde etiam renis falſcia vulgo nucupatur. Ortum habet à peritonæo, multoque abundat adipi. Hæc proxime ſubſtantiam renum inuoluit, à vaſorum extremis orta: neruum accipit à ſtomachico, vnde renum & ventriculi mirus conſenſus.

IV

Renes connectuntur lumbis, veſicæ, cerebro, cordi, hepati.

Lumbis peritonæi interuentu: veſicæ per vreteres; cerebro, cordi, hepati per venas, arterias & neruos.

V.

Renibus inſeruiunt ad humiditatem ſeroſam euacuandam tum venæ emulgentes, tum vreteres.

Venæ emulgentes ſunt venæ à vena caua ortæ, & in renes inſertæ, aquoſam ſuperfluitatem ex ſanguine emulgentes, & ad renes tranſuehentes. Vreteres ſunt duo vrinarii canales, orti ex lacunis renum, albi, conſtantes vna ſimplici tunica, vrinam vi renum ſecretam in veſiam deducentes.

10. *Secundæ claſſis partes diſſimilares internæ ſunt ventriculus, inteſtina, meſenterium & veſica.*

11. (a) *Ve-*

11. (a) *Ventriculus est cibi potionisque commune receptaculum, alimentumq; ingestum conuertens in chylum.*

(a) Veteres Græci κοιλίαν & γαστέρα appellarunt. Est autem τῆς κοιλίας apud Hippocratem acceptio multiplex. Sæpe τῆς κοιλίας & γαστέρος nomine tota illa ventris capacitas & amplitudo designatur, quæ definitur à sterno ad pubem: Interdum κοιλίη conspicuam omnem, eamque internam cauitatem denotat, vt cerebri, cordis, thoracis: Sic vterum κοιλίην νευρώδη appellat 2. de morb. mulier. Aliquando κοιλίη cauitatem omnem, etiam vix sensilem designat. Sic musculorum interstitia & spatia eorundem vacua κοιλίαι dicuntur aphor. 20. sect. 6. libello περὶ τέχνης. Quæcunque partes carnem in orbem circumsitam habent, κοιλίαν habent. Sed proprie & κατ' ἐξοχὴν τῆς κοιλίης & γαστέρος nomine ventriculum intelligimus, cibi & potus receptaculum, & veluti promptuarium quoddam, cuius in œconomia naturali maxima est dignitas, sed necessitas multo maior.

Axiomata.

I.

Ventriculus rotundus est & oblongus instar cucurbitæ aut barbyti pastoricij.

Rotundus est, quia promptuarium omnium ciborum esse debuit, & proinde capacissimum: siquidem rotunda figura omnium ca-

pacissima. Oblongus est ratione duorum orificiorum, quorum altero cibos admittit, altero confectos protrudit in intestina.

II.

Positus est ventriculus sub diaphragmate inter iecur & lienem medius.

Maior tamen eius pars sinistrum occupat hypochondrium, vt sinistrum latus dextro foret omnino æquabile, & hepatis pondus ad lienem compensaretur. Cæterum non statim post os situm obtinuit: tum quia respirationis organa elatius collocari oportuerat: tum quia in locum imum releganda erat culina.

III.

Ventriculi substantia membranea est, duabus propriis (a) *tunicis & tertia communi* (b) *venarum & arteriarum* (c) *surculis pene innumeris, nec non amplissimis* (d) *neruis contexta.*

(*a*) Tunicarum propriarum interior neruosa est, œsophago, linguæ palato & ori communis, cuius continuitatis euidens signum est oris amaror, quando nimia humoris biliosi abundantia natat aluus. Triplici hæc villorum genere intertexta est, tum vt extendi ad omnes positiones queat ventriculus, tum vt eorum ministerio alimentum trahat, retineat, expellat. Interior tunicæ huius superficies crusta quadam obducitur, cuius hunc vsum agnoscimus,

ſcimus, ne callo ſior euaderet interior tunica, ne venarum oſcula occæcarentur, & vt ad moderatam cibi retentionem aliquid conferret: Lubrica enim & æqualis ſuperficies cibos præterlabi ſinit. Exterior tunica carnoſior eſt, fibras habet tranſuerſas quamplurimas, obliquas paucas admodum. Quæ proprias has tunicas extrinſecus obducit, communis eſt, à peritonæo exorta, omnium craſſiſſima, epiploi antici procreatrix. (*b*) Venas habet ventriculus à porta multiplices, à trunco quidem gaſtricam maiorem, & gaſtrepiploim: à ramo autem ſplenico minorem gaſtricam, coronariam, epiploin poſticam, & à ſummo prope lienem ramo vas venoſum habet: hæ omnes & ſanguinem ad ventriculi nutritionem deferunt, & tenuiorem cremoris portionem ad iecoris caua tranſportant. (*c*) Arteriæ fere totidem venas has comitantur. (*d*) Nerui adſunt inſignes à ſexta cerebri coniugatione.

IV.

Præterea ventriculo ſunt (a) *orificia duo, &* (b) *fundus.*

(*a*) Inferius, & ſuperius. Hoc non raro ſtomachus dicitur, illudque veteres medici καρδίαν appellarunt, quia exquiſitiſſimo ſenſu eſt præditum & cordi maxime vicinum: illud πύλωρος, Latinis ianitor dicitur, quod prolabentia è ventriculo alimenta tanquam oſtiarius quidam cohibeat. Duo habet glanduloſa tubercula, veluti annulum conſtituentia, quæ, dum ſeſe

applicant, exitum claudunt, aperiunt vero dum laxata ſeſe obducunt, non imperio voluntatis, ſed naturæ impulſione. Hoc os non recta deorſum fertur, vt ſomniarunt veterum quamplurimi, ſed ſuperiora ſpectat, ne quid niſi plane coctum & leuigatum elabatur, poſtea recta deorſum in duodenum vergit. Duo hæc orificia & ſitu & magnitudine inter ſe differunt. Superius enim in ſiniſtra parte ſpinam verſus ſitum eſt: inferius dextram ſedem occupat: Illud amplius latiuſque à natura constructum eſt, quia dura nec plane contrita famelici plerumque deuoramus: hoc anguſtius multo, quia è ventriculo nihil elabitur, quod non exquiſite attenuatum & comminutum ſit. Cæterum duo hæc orificia ſubſtantia conſtant craſſiore, quam reliquum ventriculi corpus, ne forte tranſeuntium impetu diuellantur. (*b*) Fundus eſt ventriculi pars in medio fere epigaſtrii ſita, in ſiniſtrum tamen potius quam dextrum inclinans latus, ciborum promptuarium & alimentorum vaſculum, officinaque præparationis chyli: non enim in orificiis, ſed in fundo perficitur chyloſis, idque tum ingenita proprietate, tum inſito ventriculi & vicinarum partium calore: Propterea ſagax & prouidens natura ventriculum vndiquaque partibus fouit, quæ non ſecus atque lebeti magno circumiectus ignis, coctioni auxiliantur.

Dextra parte ventriculum hepar ad vnguem amplectitur, ſiniſtra lenis rarum parenchyma: ſuperiore adeſt diaphragma, quod tum pro-

prio

prio calore, tum alieno, quem à corde mutuatur, ventriculum fouet: inferiore omentum & colum inteſtinum adipe copioſo circumfuſum: parte anteriore epiploon tanquam tegumentum obtenditur, iuuantibus peritonæo, abdominis muſculis & vena vmbilicali: poſteriore parte adeſt ſpina & ſpinales vocati muſculi: illa vt propugnaculum, hi veluti ſubſterniculum quoddam molle: tandemque venæ cauæ & magnæ arteriæ truncus.

V.

Ventriculus connectitur cum (a) *venoſo & arterioſo genere, cum* (b) *cerebro,* (c) *œſophago,* (d) *inteſtinis, & denique cum* (e) *partibus in ventre inferiore contentis.*

(*a*) Per venas & arterias quamplurimas. (*b*) per neruos inſignes. (*c*) per ſuperius orificium. (*d*) per pylorum. (*e*) peritonæi communione & interiectu.

12. *Inteſtina ſunt oblonga, rotunda & concaua corpora à pyloro ad podicem vſque producta alterandis aliquantulum cibis, diſtribuendo in iecur chylo & euehendis ſuperfluitatibus deſtinata.*

13. *Inteſtinorum alia ſunt gracilia, alia craſſa.*

Inteſtinorum corpus licet vnum ſit & continuum ab imo ventriculo ad anum vſque pro-

tensum, tamen pro ratione substantiæ & situs intestina in gracilia & crassa distinguuntur.

14. *Gracilia intestina sunt, quorum substantia est tenuior, & sunt superiora tria, duodenum, ieiunum & ileos.*

Græcis gracilia appellantur ἀραιὰ, λεπτὰ στενά. Plautus lactes vocat ob mollitiem candoremq; pinguedinis.

Axioma.

Gracilia intestina sunt excipiendo, distribuendoque chylo dicata.

15. *Duodenum est intestinum gracile, supremum, proxime ventriculo adhærens, fere duodecim digitos longum.*

Græci δώδεκα δάκτυλον ἔκφυσιν vocant. Enascitur hoc intestinum ab ima ventriculi parte & spinam versus descendit, nullis intortum anfractibus, tum vt venæ portæ à iecoris cauo prodeunti cedat: tum quia vacuam ea parte sedem nullam obtinuit, qua flecti in gyros posset: arctissimum est omnium, ne tam cito præterlaberetur chylus. Quatuor habet duodenum sibi peculiaria: Primum venam à portæ trunco non transuersim nec oblique, sed secundum longitudinem recta deorsum protensam, quam ob id intestinam dicunt. Deinde nullis à mesenterico ramo riuulis rigatur. Tertio ductum excipit cholidocum, quo bilem expurget vesicula, vt

vt tarda intestina ad excretionem stimulet, lentamque pituitam interioribus membranis adhærescentem deturbet. Postremo πάγκρεας glandosum corpus, appellatione excellenti ita cognominatum substratum habet.

Situm est duodenum in dextro latere spinam versus.

16. *Ieiunum est intestinum gracile, duodeno continuum, habens multas venas mesaraicas, per quas hepar ex eo optimam chyli partem ad se rapit.*

Ieiunum dicitur, non quod Anatomicis omnino vacuum, sed reliquis inanius appareat. Vacuitatis causa triplex, hepatis celerius cremorem sugentis vicinia, venarum promptius chylum exhaurientium maior copia, & bilis acrimonia sua lacessens, succumque nulla cunctatione extrudens. Occupat intestinum hoc totam fere regionem vmbilicalem suis circumuolutionibus, ad ilia vsque se extendens. Vasis plurimis scatet, & paulo est rubicundius, & magis vacuum apparet quam reliqua.

Ileos est intestinum reliquis gracilius & tenuius, plurimos anfractus obtinens, ideoque chylum diutius retinet, vt succus inde melius eliciatur, nec opus sit subinde nouos cibos ingerere.

Ileos subter vmbilicum ad ilia & coxas vtrinque positum est, vnde & ilibus nomen dedit. Frequens est huius in scrotum prolapsus. Cœ-

cum & colon cum vicinis adhæreant partibus, non prolabuntur.

Annotatio.

Tria dicta gracilia inteſtina plures in tunica interiore tranſuerſas rugas obtinuerunt, quia longior erat externa, non ſecus atque in virili pudendo exterior cutis criſpatur & rugas contrahit. Sed & obſeruatione dignum eſt, interiorem tunicam villoſæ ſerici parti ſimilem eſſe & cruſta quadam obductam.

18. *Craſſa inteſtina ſunt, quæ denſiores habent tunicas, & craßiorem chyli partem continent.*

19. *Craſſa inteſtina ſunt inferiora tria, cæcum colon & rectum.*

20. *Cæcum eſt inteſtinum craſſum, amplum & breue, vno tantum ductu & foramine peruium, ad cuius extremum cernere eſt appendiculum contorti lumbrici ſpecie, meſenterio nulla ex parte alligatum.*

21. *Colon eſt inteſtinum craſſius cæteris, multos habet maiores anfractus, veluti cellulas, excipiens feces, & ne fluxu inuoluntario profluant, eas in anguſtiores meatus transmittens.*

Fertur inteſtinum colon à rene dextro ad iecoris cauum, hinc ventriculi fundo annexum lieni accumbeus, reni ſiniſtro alligatur, à quo in poſteriora reflexum duos efficit gyros, tandem-

demque in ossis sacri principium desinit, ita vt suis circumuolutionibus tenuia fere omnia sepimenti instar obuallet.

22. *Intestinum rectum est intestinum crassum & infimum, nullis orbibus & anfractibus intortum, in extremum podicem desinens, & excrementa euehens.*

Recti inferior pars à musculis in orbem circumfusis σφίγγεται, h. e. constringitur: qui ob id etiam sphincteres dicti sunt, ne ante iussum rationis & arbitrium voluntatis feces ab aluo extrudantur.

23. *Mesenterium est corpus membranosum intestina colligans*, (a) *duabus tunicis*, (b) *venis &* (c) *arteriis innumeris* (d) *neruis*, (e) *adipeque copioso & adenibus contextum.*

(*a*) Tunicæ oriuntur à ligamentis, quæ lumborum vertebras connectunt, & os sacrum ilium ossibus committunt. Hinc mira lumborum & intestinorum sympathia. (*b*) Venæ omnes à portæ ramo, quem mesentericum dicunt, propagantur. (*c*) Arteriæ ab inferiore & superiore mesenterica defluunt. (*d*) Nerui à sexta cerebri coniugatione scaturiunt. (*e*) Media inter venas arteriasque spatia adeps copiosus infercit, in quem adenes, id est, glandulæ insistunt quamplurimæ, vt sint veluti ligamenta vasorum, ne in violentis motibus disrumpantur.

24. *Vesica*

24. Vesica est pars neruosa, duabus tunicis constans, triplici fibrarum genere intertexta, rotunda & aliquantulum oblonga, vrinam ab vreteribus aduectam excipiens & foras externens.

Sita est in hypogastrio, recto intestino in viris innixa affixaque, in mulieribus vero inter vterum & os pubis est posita. In vniuersam vesicæ substantiam venæ complures ab hypogastrica feruntur, sparguntur etiam arteriæ quamplurimæ, quæ illuc vitæ Spiritus effundunt. Nerui duo sunt: horum alter à sexta coniugatione, alter à spinali medulla ortum ducit. Præter hæc vasa conspicuus est canalis, è vesicæ fundo in vmbilicum porrectus, quo olim dum vtero gestaretur infans, vrina in allantoidem effundebatur. Vesicæ partes duæ sunt, fundum & ceruix: in fundo continetur vrina. Hoc sensim in angustiora coarctatur, & in ceruicem carnosiorem desinit: musculo cingitur, qui ianitoris vicem gerit: Græci σφιγκτῆρα vocant. Huius proprium munus est exitum intercludere, ne inuitis nobis effluat vrina. Vesicæ collum maribus angustius & oblongius, fœminis breuius & latius.

25. Tertiæ classis partes similares internæ sunt organa generationis, quæ generi continuando propagandoque sunt accommodata.

26. Et hæc aut vtrique sexui sunt communia, aut vni peculiaria.

27. Commu-

27. Communia sunt vasa seminaria, testes & παραστάται.

27. Vasa seminaria sunt vasa à testibus sursum ascendentia, & in παραστάτην ἀδηνοειδῆ inserta, materiamque seminalem & spiritum vitalem ad testes deferentia.

Sunt duo, dextrum & sinistrum: illud immediate à trunco descendentis cauæ oritur: hoc ab emulgente ramo.

29. Testes sunt partes molles, glandulosæ, albæ, raræ & cauernosæ, in quibus semen excoquitur & perficitur.

In viris maiores & extra corpus protenduntur: in fœminis vero minores sunt, & vtrinque lateribus vteri accumbunt.

30. Parastatæ sunt duo vasa candida, glandulosa & cauernosa, orta à testibus, semen in testibus elaboratum deferentia, in viris ad penis radicem, in fœminis ad fundum matricis.

31. Membra vni sexui peculiaria vel viris tantum, vel fœminis competunt.

32. Viris competit virga seu penis: estque pars in maribus pendula, prælonga, vndiquaque fistulosa, ad semen excernendum aptissima.

Duobus constat neruis cauis, meatu vnico semini & vrinæ communi, quatuor musculis, venis & neruis quamplurimis, postremo membrana neruosa & cute. Huius extremitas dicitur

citur glans, constans carnosa substantia, quæ tegitur cuticulari excrescentia, quæ dicitur præputium.

33. *Fœminis propria est* (a) *matrix seu vterus: Estque veluti campus & hortus feracissimus, excipiendo virili & muliebri semini ad sobolis propagationem comparatus.*

(*a*) Dicitur matrix, quia mater est fœtuum; qui ex ipsa nascuntur, vel quod matres efficiat quæ ipsam habent. ὑστέρα quoque appellatur seu postrema, non quod generatione vltima sit, (simul enim cum reliquis partibus conformatur) sed quia situ est viscerum vltima. Sunt qui φύσιν eam vocitent, ἀπὸ τοῦ φύεσθαι, quoniam si bene excolatur, & statis temporibus sementem excipiat, aliquid perpetuo fundit ex sese.

Vterum Latini dicunt, quod in eo velut ventre fœtus contineatur: Alia vuluam quasi voluam aut valuam. Aristoteles nunc locos vocat, nunc membrum seruile.

Axiomata.

I.

Situs est vterus in hypogastrio inter vesicam & rectum intestinum medius.

Duo hæc puluinaris & substerniculi vicem gerunt, ne ossium duritie offenderetur fœtus. Situs hic tum ad vsum venereorum (quia longe

longe à facie & nobilissima rationis arce est dissitus) tum ad concepti fœtus incrementum, tum ad perfecti enixum commodissimus est. Medium autem occupat non dextrum sinistrumue, vt corpus esset ἰσόρροπον.

Earum, quæ non gerunt, vterus vix ossis pubis & vesicæ altitudinem superat: Prægnantium vero ad ista vsque extenditur, nunc dextram, nunc sinistram partem magis occupans, pro ratione fœtuum qui geruntur.

II.

Magnitudo vteri varia est pro ætate, temperie, venereorum vsu, muliebri profluuio, corporis proceritate & fætura.

Nam enixæ quam grauidæ minor est, & virginibus, vetulis ac sterilibus, quam vtero gerentibus.

III.

Vterus aliquantulum oblongus est, pyro maiusculo similis.

IV.

Substantia vteri membranea est.

Vt claudi ad conceptionem, dilatari ad incrementum fœtus, cogi ad exclusionem eiusdem, secundinarum, & rerum quæ contra naturam continentur, posset. Hoc enim soli membranæ conceditur.

V. Tota

V.

Tota vteri compositio duabus (a) *tunicis, duabus* (b) *venis, totidemque arteriis & neruis constituitur.*

(*a*) Tunicarum exterior communis dicta, omnium quæ à peritonæo (peritonæum est membrana tenuis, latis & continuis aranearum telis similima, omnia membra naturalia inuoluens, continens & dorso alligans) oriuntur, crassissima est: interior vero reliquas totius ventris membranas crassitie superat, non tamen omni ex parte pariter crassa visitur. Namque ad fundi osculum crassissima est: qua vero in obtusos desinit angulos, tenuior apparet. Triplici hæc villorum genere intertexta est. Rectos primum habet maxime conspicuos, quibus semen è sua ceruice allicit: tum obliquos, quibus fœtum retinet: postremo transuersos & circulares ad exclusionem fœtus & sordium.

Interior hæc tunica valde carnosa est, vt ad conceptionem augeatur vteri caro. (*b*) Duas habet venas vterus, alteram à spermatica, quæ per vteri corpus excurrit: alteram insigniorem ab hypogastrica, quæ ad interiorem tum vteri, tum ceruicis faciem riuulos diffundit. Illius oscula acetabula dicuntur, per quæ fœtus cum matre σύμφυσιν habet.

6. Præterea

VI.

Præterea magis compositæ vteri partes quatuor statuuntur, (a) *fundum*, (b) *orificium, seu os matricis* (c) *ceruix seu collum vteri*, *&* (d) *pudendum seu orificium colli.*

(*a*) Fundum Græci κόλπον, id est, sinum vocant. Est autem pars illa amplior, latior & superior, quæ vesicæ fundo incubat. In hoc vnicus est sinus, vnica cauitas, quæ tamen in dextram & sinistram partem diuidi solet. Hæ partes nullo septo discretæ sunt, sed linea tantum distinguuntur, quam διχρῦν, id est, medianam vocauit Aristoteles, qualis in scroto & lingua percipitur. Fundum hoc vteri excipit & concipit semen virile, suoque complexu fouet ad fœtus procreationem. In eo alitur, viuit, & augetur fœtus. (*b*) Orificium vteri, seu os interius vteri est meatus satis angustus, in quem vteri cauitas tandem dehiscit. Hoc angusto orificio maris semen prolectat vterus: quo concepto ita exquisite clauditur, vt ne aciem quidem acus aut specilli admittat. Conniuet hoc perpetuo nisi cum aut semen admittere aut fœtui mensibusque exitum præbere debet. (*c*) Ceruicis & colli nomine id complectimur, quod ab ore interno ad pudendum & vuluam vsque protenditur. Canalis oblongus est admodum, vaginæ instar, & penis virilis receptaculum. (*d*) Soranus κόλπον γυναικεῖον vocat, Latini vuluam, orificium ceruicis, aut os vteri externum, sinum pudoris, laruam.

VII.

Connectitur vterus toti corpori.

Hepati quidem & venoſo generi per venas, tũ ſpermaticas, tum hypogaſtricas: cordi & arteriis per eaſdem numero arterias: cerebro & ſpinali medullæ per neruos, tum à ſexta coniugatione, tum à rachiti exortos: cum recto inteſtino & veſica per villos quamplures: cum oſſe ſacro, pubis, & ilium, tum per tunicam à peritonæo ortã, quæ vterum his oſſibus annectit, tum per vincula, quę laxa admodum ſunt, vt moueri & diſtendi facile poſſet. Sed inter cætera duo ſunt maxime conſpicua, & ipſi vtero propria, quæ à lateribus proceſſuum orta & ſuper os pubis delata ad inguina & coxas excurrunt.

CAPVT V.

De Partibus contentis.

1. PArtibus continẽtibus corporis ſentientis ſuccedunt contentæ, quæ in continentibus exiſtunt: Eæq; ſunt, vel vtiles, vel inutiles.

2. Vtiles contentæ partes ſunt, quæ aliquid vtilitatis ad totius conſeruationem corpori ſentienti afferunt.

3. Vtilium partiũ claſſes ſunt quatuor: Ad primam claſſem refero chylum & chymum.

4. Chylus eſt mixta quædam ſubſtantia ex cibo & potu ore aſſumptis, & per æſophagum in ven-

tricu-

triculum delatis, ibiq; alteratis, & in gracilia intestina deiectis, ampliusq; ibidem digestis constans, vt venæ mesaraicæ ex ea puriorem naturam exsugant, & ad hepar deferant.

Chylus in se duas naturas complectitur, puriorem & impuriorem. Puriorem ad hepar venæ mesaraicæ transmittunt, impuriorem beneficio amari fellis, quod per certum ductum in duodenũ defertur, in crassiora intestina natura detrudit, vt suo tempore excernatur. Natura quando intime occultatas essentias in lucem prostituere sibi proponit, in id serio incumbit, vt omnia obstacula, quæ præstantissimarum illarum occultarum naturarum vires & lucem impediunt, tenebrisque consecrant remoueantur: Secundo per subtiliora instrumenta limatius corpora efformat: Tertio perfectionis superiori gradu conuenientibus mediis exaltat, idque tamdiu continuat, vsque dum perfectionem quam intendit, ex istis corporibus in apricum produxerit. Quare cibus & potus in ventriculo & intestinis primum in chylum conuertitur, corpus multis impuritatibus adhuc permixtum: Secundo venæ mesaraicæ ex ieiuno intestino chylum arripiunt, illumque in chymum conuertunt, subtilitatem maiorem impartiendo: Tertio hepar ex mesaraicis chymum arreptũ amplius coquit, transmutatq; in sanguinem, postquã per certos ductus vesica fellea & splen alios impuriores humores in suos vsus ex hepatis substantia attraxerint.

3. *Chymus est chylus à venis mesaraicis ex ie-*

iuno attractus, in iisque amplius præparatus, quo maiori cum commoditate ab hepate recipiatur.

6. Secundæ classis vtiles partes, sunt sanguis & Fel.

7. Sanguis est humor rubeus, in hepatis substātia excoctus, & per venas in vniuersum corpus distributus.

Cum vnaquæque pars in corpore sentiēte humorem & calorem innatum sibi habeat; humorem, vt per illum vigeat & vegetetur: calorem vt vegetationem eam actuet, & sic humorem de die in diem, vel alio pellat, vel in se absumat, nutrimento cōtinuo opus habet, quo vigor quodāmodo discedens restituatur, & humidū absumptum resarciatur. Ad hūc vsum sanguis singulis corporis sentientis partibus per conuenientes venas communicatur, & ab Archæis ipsarum amplius digeritur, & conuertitur in substantiam plane similem, facitque vt eædem partes viuant vita vegetabili. Ne tamen vitam hanc viuant solam, natura cordi impressit & in intimos eius sinus indidit Archæum, qui purissimum sanguinem per venam cauam in cor delatum abundanti perfectione transformet in spiritum vitæ animalem, quo per arterias in singulas partes distributo animal euidentioris vitæ specimen edat, & cerebrum habeat materiam, ex qua subtiliores spiritus ad motus varios conficiendos & sensuum actiones promouendas præparet.

8. Fel est humor amarus, & in vesica fellea ex

chymo,

chymo, dum ab hepatis Archæo in sanguinem elaboratur, enatus, qui per certum ductum in duodenum defertur ad promouendam excrementorum intestinalium expulsionem.

Accidit aliquando vt fel per aduentitium aliquem ductum ventriculo insertum in ventriculum dilabatur, vel per vapores malignos ex inferioribus & crassioribus intestinis sursum agitatos violenter in ventriculum intrudatur, ibique excitet indispositionem quandam multorum morborum causam, nisi benignitate naturæ debito tempore, vel euomatur, vel conuenienti medicamento in salutarem humorem commutetur.

9. Tertiæ classis vtiles partes contentæ sunt balsamus natiuus, spiritus & semen.

10. Balsamus natiuus est liquor oleosus, tenax, singulis partibus continentibus innatus, & calore viuifico actuatus ad conseruationem animalis.

Vulgo dicitur humidum primigeneum & radicale: habet in se duas naturas, aquam & ignem. Aqua intelligitur non gelida illa & relollacea, sed cœlestis, aerea, pinguis, & primigenea. Ignis nomine venit calor ille æthereus & viuificus, qui oleagineæ isti aquæ implantatus est, atque animæ totius Vniuersi particula.

Axioma.

Balsamus natiuus per insitam oleosam substãtiam est spiritus è balsamo emanantis materia, ac proinde paulatim absumitur.

Non aliter ac oleum lampadis est flammæ materia & proximum pabulum: ita etiam oleosa substantia balsami est spirituum in viuentibus animalibus nutrimentum & materia, è qua enascũtur. Vnde fit, vt innatus balsamus magis magisque minuatur & consumatur. Ne tamen animal adeo subito pereat, ex olei innati absumptione natura innato balsamo indidit Archæum, seu calorem æthereum, quo ex sanguinis portione purissima aliam portiunculam oleosam proliciat, & in absumptæ partis locum restituat. Id quod fit quando Archæus innatus attractum sanguinem vberius concoquit, digerit, & in consimilem naturam subiecti balsamici transmutat. Potest tamen etiam accidere, vt balsami innati genuina substantia subministratione congruentis pabuli perpetuo manere videatur, quando beneficio alicuius incorruptibilis medicinæ ignis balsamicus, seu Archæus in iusto vigore conseruatur, vt impuritates quaslibet diu vegete & viriliter à pabulo aduenïente separet, & separatas sine vlla molestia etiam expellat, atque sic constantiam quandam & diuturnitatem vitæ animali impartiatur. Sed vitæ vera perpetuitas hæc non est. Id quod ipsa experientia loquitur: Philosophi illuminato suo intellectu animaduertentes harmoniam superiorum & inferiorum, & intuentes aquam igneam supercœlestem, cœlestem & terream, eam similiter deprehenderunt in animalibus, præsertim in homine, didiceruntq; quomodo insuitatæ continuationi vitæ promouendæ, tã

ex su-

ex superioribus, quam ex inferiorib. leuamina & auxilia ferre queant, ac proinde balsamus similis tanquam arbor vitæ ex iis rebus, quæ nulli corruptioni sunt obnoxię, & sine defectu vitalem flammam ex incombustibili oleo promanantem fundant, vestimentis & velaminibus impuris detractis educatur, Dianaque nuda sine veste conspiciatur. Si est possibile arte fieri & ex impuris corporibus oleum quoddam ardens & tamen incombustibile, quod etsi in omnia secula ardeat, flammamque de se edat, tamen non absumatur: multo magis Deo feliciter iuuante illud idem oleum & remedium balsamicum humanæ naturæ conuenienter præparari potest, vt hinc homo vsitatos vitæ terminos transgrediatur, vitamque suam etiam in mille annos protrahat. Tanto beneficio quidam Philosophi præsertim Patriarchæ V. T. ante diluuium diuinitus donati fuerunt. Ne vero arbitrare, tantum thesaurum sapientiæ hoc nostro seculo hominibus piis diuinitus esse denegatum & plane ademptum. Certo enim certius scio, filiis doctrinæ Theosophisque veris, mediantibus precibus continuis à DEO hoc etiam abiecto tempore permitti, vt in accommodationem olei istius incombustibilis perpetuoque ardentis inquirant, oculisq; suis deprehendant rationem & viam, qua oleum ipsorum incombustibile ita disponatur, vt etiam in aqua perpetuam flammam, & sic perpetuam vitam edere possit. Si ergo tu quicunq; ad diuinam hanc sapiētiam adspiras, Philosophicū istud oleum sanguini nostro immiscere, illudq; in eo constanter flagrare cura-

veris, aditum habes dubio procul ad nobilissimũ quendam thesaurum, quo post verbum DEI in hoc mundo vix maior possidetur. Vt propius ad rem accedam, oleum & balsamum incombustibile, quod ad vitæ prolongationem facit, è metallis, per, in, & cum metallis producitur. Igitur minerale est. At mineralia animalibus per se conuenire & prodesse non possunt, priusquam in naturam vegetabilem transmutata fuerint: quia infimum non potest fieri supremum, nisi per mediũ, nec infimum potest supremo aliquid vtilitatis afferre, nisi auxilio medii, quod prius transiri oportet. Cum ergo mineralia inferiorem locum occupent, animalia superiorem, & vegetabilia mediũ in regnis naturalib. necesse est vt mineralia prius in naturam vegetabilium abeant, quam vtiliter ad conseruationem sanitatis animalium promouendam adhibeantur. Videmus animalia immediate non frui mineralibus, sed vegetabilia eorum virtutes & tincturas sibi è terris, quibus innascuntur, attrahere, atque diuinitus dotata esse scientiis, quarum auxilio mineralia transponantur & transplantentur in naturam ipsorum vegetabilium, eo fine, vt postea animalia in vegetabilibus commodius frui queant mineralibus: Mineralia enim cum propter indispositionẽ actuali & notabili vita destituantur, obscurioremque vitam traducant, non sine magna molestia ab iis, quæ illustrius & eminentius viuunt, assumi, tractari & vtiliter adhiberi queunt. Quod vel ex eo videre est, quod potentissimi spiritus mineralium in animalibus à sanitate aberrantibus potentissi-

mas

mas turbas excitare soleant, & econtra remedia è vegetabilium promptuario deprompta maiori cum commoditate sine vlla molestia alteratione in corporibus animalium moueant: vt vel hinc sumamus exemplum in præparandis remediis ex mineralium penu, & mineralium naturam in naturam vegetabilium prius, debitis digestionibus & coctionibus transformemus, quam homini ægro propinemus. Ratum ergo & firmum esto, oleum incombustibile metallicum non debere homini administrari, priusquam in vegetabili & animali natura, præmissis variis alterationibus, Philosophice coctum fuerit, & naturam vegetabilium sibi propriam fecerit. Sapienti sat dictum. Si hæc, quæ dixi, intelligis, facile diiudicabis eorũ labores, qui secundum vulgarem viam mineralia resoluere, & ex iis medicamenta præparare solent.

II. Spiritus est vapor oleagineus, subtilis, è balsamo effluens, vitaque actualis certissimum indicium.

Quia vapor oleagineus est, ex oleo balsamico eleuatur, & à balsamo reuera non differt nisi subtilitate. Quemadmodum omnis flamma subtilitate & claritate oleum, è quo oritur tanquam ex suo proprio nutrimento, superat, ab eoque alio modo non differt: Ita etiam spiritus in homine subtiliores sunt balsamis singularum partium, è quibus emanant, & ab ipsis balsamis essentialiter non differunt. Intuere olea per descensum facta è lignis: Si ligna libero in aere comburũtur, flam-

V.

Tota vteri compositio duabus (a) *tunicis, duabus* (b) *venis, totidemque arteriis & neruis constituitur.*

(*a*) Tunicarum exterior communis dicta, omnium quæ à peritonæo (peritonæum est membrana tenuis, latis & continuis aranearum telis similima, omnia membra naturalia inuoluens, continens & dorso alligans) oriuntur, crassissima est: interior vero reliquas totius ventris membranas crassitie superat, non tamen omni ex parte pariter crassa visitur. Namque ad fundi osculum crassissima est: qua vero in obtusos desinit angulos, tenuior apparet. Triplici hæc villorum genere intertexta est. Rectos primum habet maxime conspicuos, quibus semen è sua ceruice allicit: tum obliquos, quibus fœtum retinet: postremo transuersos & circulares ad exclusionem fœtus & sordium.

Interior hæc tunica valde carnosa est, vt ad conceptionem augeatur vteri caro. (*b*) Duas habet venas vterus, alteram à spermatica, quæ per vteri corpus excurrit: alteram insigniorem ab hypogastrica, quæ ad interiorem tum vteri, tum ceruicis faciem riuulos diffundit. Illius oscula acetabula dicuntur, per quæ fœtus cum matre συμφυσιν habet.

6. Præterea

VI.

Præterea magis compoſitæ vteri partes quatuor ſtatuuntur, (a) *fundum*, (b) *orificium, ſeu os matricis* (c) *ceruix ſeu collum vteri*, *&* (d) *pudendum ſeu orificium colli.*

(*a*) Fundum Græci κόλπον, id eſt, ſinum vocant. Eſt autem pars illa amplior, latior & ſuperior, quę veſicæ fundo incubat. In hoc vnicus eſt ſinus, vnica cauitas, quæ tamen in dextram & ſiniſtram partem diuidi ſolet. Hæ partes nullo ſepto diſcretæ ſunt, ſed linea tantum diſtinguuntur, quam διχρῶν, id eſt, medianam vocauit Ariſtoteles, qualis in ſcroto & lingua percipitur. Fundum hoc vteri excipit & concipit ſemen virile, ſuoque complexu fouet ad fœtus procreationem. In eo alitur, viuit, & augetur fœtus. (*b*) Orificium vteri, ſeu os interius vteri eſt meatus ſatis anguſtus, in quem vteri cauitas tandem dehiſcit. Hoc anguſto orificio maris ſemen prolectat vterus: quo concepto ita exquiſite clauditur, vt ne aciem quidem acus aut ſpecilli admittat. Conniuet hoc perpetuo niſi cum aut ſemen admittere aut fœtui menſibuſque exitum præbere debet. (*c*) Ceruicis & colli nomine id complectimur, quod ab ore interno ad pudendum & vuluam vſque protenditur. Canalis oblongus eſt admodum, vaginæ inſtar, & penis virilis receptaculum. (*d*) Soranus κόλπον γυναικεῖον vocat, Latini vuluam, orificium ceruicis, aut os vteri externum, ſinum pudoris, laruam.

VII.

Connectitur vterus toti corpori.

Hepati quidem & venoso generi per venas, tũ spermaticas, tum hypogastricas: cordi & arteriis per easdem numero arterias: cerebro & spinali medullæ per neruos, tum à sexta coniugatione, tum à rachiti exortos: cum recto intestino & vesica per villos quamplures: cum osse sacro, pubis, & ilium, tum per tunicam à peritonæo ortã, quæ vterum his ossibus annectit, tum per vincula, quę laxa admodum sunt, vt moueri & distendi facile posset. Sed inter cætera duo sunt maxime conspicua, & ipsi vtero propria, quæ à lateribus processuum orta & super os pubis delata ad inguina & coxas excurrunt.

CAPVT V.

De Partibus contentis.

1. PArtibus continẽtibus corporis sentientis succedunt contenta, quæ in continentibus existunt: Eaq; sunt, vel vtiles, vel inutiles.

2. Vtiles contentæ partes sunt, quæ aliquid vtilitatis ad totius conseruationem corpori sentienti afferunt.

3. Vtilium partiũ classes sunt quatuor: Ad primam classem refero chylum & chymum.

4. Chylus est mixta quædam substantia ex cibo & potu ore assumptis, & per æsophagum in ventricu-

triculum delatis, ibiq; alteratis, & in gracilia intestina deiectis, ampliusq; ibidem digestis constãs, vt venæ mesaraicæ ex ea puriorem naturam exsugant, & ad hepar deferant.

Chylus in se duas naturas complectitur, puriorem & impuriorem. Puriorem ad hepar venæ mesaraicæ transmittunt, impuriorem beneficio amari fellis, quod per certum ductum in duodenũ defertur, in crassiora intestina natura detrudit, vt suo tempore excernatur. Natura quando intime occultatas essentias in lucem prostituere sibi proponit, in id serio incumbit, vt omnia obstacula, quæ præstantissimarum illarum occultarum naturarum vires & lucem impediunt, tenebrisque consecrant remoueantur: Secundo per subtiliora instrumenta limatius corpora efformat: Tertio perfectionis superiori gradu conuenientibus mediis exaltat, idque tamdiu continuat, vsque dum perfectionem quam intendit, ex istis corporibus in apricum produxerit. Quare cibus & potus in ventriculo & intestinis primum in chylum conuertitur, corpus multis impuritatibus adhuc permixtum: Secundo venæ mesaraicæ ex ieiuno intestino chylum arripiunt, illumque in chymum conuertunt, subtilitatem maiorem impartiendo: Tertio hepar ex mesaraicis chymum arreptũ amplius coquit, transmutatq; in sanguinem, postquã per certos ductus vesica fellea & splen alios impuriores humores in suos vsus ex hepatis substantia attraxerint.

3. *Chymus est chylus à venis mesaraicis ex ie-*

iuno attractus, in iisque amplius præparatus, quo maiori cum commoditate ab hepate recipiatur.

6. Secundæ classis vtiles partes, sunt sanguis & Fel.

7. Sanguis est humor rubeus, in hepatis substãtia excoctus, & per venas in vniuersum corpus distributus.

Cum vnaquæque pars in corpore sentiẽte humorem & calorem innatum sibi habeat; humorem, vt per illum vigeat & vegetetur: calorem vt vegetationem eam actuet, & sic humorem de die in diem, vel alio pellat, vel in se absumat, nutrimento cõtinuo opus habet, quo vigor quodãmodo discedens restituatur, & humidũ absumptum resarciatur. Ad hũc vsum sanguis singulis corporis sentientis partibus per conuenientes venas communicatur, & ab Archæis ipsarum amplius digeritur, & conuertitur in substantiam plane similem, facitque vt eædem partes viuant vita vegetabili. Ne tamen vitam hanc viuant solam, natura cordi impressit & in intimos eius sinus indidit Archæum, qui purissimum sanguinem per venam cauam in cor delatum abundanti perfectione transformet in spiritum vitæ animalem, quo per arterias in singulas partes distributo animal euidentioris vitæ specimen edat, & cerebrum habeat materiam, ex qua subtiliores spiritus ad motus varios conficiendos & sensuum actiones promouendas præparet.

8. Fel est humor amarus, & in vesica fellea ex chymo,

chymo, dum ab hepatis Archæo in sanguinem elaboratur, enatus, qui per certum ductum in duodenum defertur ad promouendam excrementorum intestinalium expulsionem.

Accidit aliquando vt fel per aduentitium aliquem ductum ventriculo insertum in ventriculum dilabatur, vel per vapores malignos ex inferioribus & crassioribus intestinis sursum agitatos violenter in ventriculum intrudatur, ibique excitet indispositionem quandam multorum morborum causam, nisi benignitate naturæ debito tempore, vel euomatur, vel conuenienti medicamento in salutarem humorem commutetur.

9. Tertiæ classis vtiles partes contentæ sunt balsamus natiuus, spiritus & semen.

10. Balsamus natiuus est liquor oleosus, tenax, singulis partibus continentibus innatus, & calore viuifico actuatus ad conseruationem animalis.

Vulgo dicitur humidum primigeneum & radicale: habet in se duas naturas, aquam & ignem. Aqua intelligitur non gelida illa & relollacea, sed cœlestis, aerea, pinguis, & primigenea. Ignis nomine venit calor ille æthereus & viuificus, qui oleagineæ isti aquæ implantatus est, atque animæ totius Vniuersi particula.

Axioma.

Balsamus natiuus per insitam oleosam substãtiam est spiritus è balsamo emanantis materia, ac proinde paulatim absumitur.

Non aliter ac oleum lampadis est flammæ materia & proximum pabulum: ita etiam oleosa substantia balsami est spirituum in viuentibus animalibus nutrimentum & materia, è qua enascũtur. Vnde fit, vt innatus balsamus magis magisque minuatur & consumatur. Ne tamen animal adeo subito pereat, ex olei innati absumptione natura innato balsamo indidit Archæum, seu calorem æthereum, quo ex sanguinis portione purissima aliam portiunculam oleosam proliciat, & in absumptæ partis locum restituat. Id quod fit quando Archæus innatus attractum sanguinem vberius concoquit, digerit, & in consimilem naturam subiecti balsamici transmutat. Potest tamen etiam accidere, vt balsami innati genuina substantia subministratione congruentis pabuli perpetuo manere videatur, quando beneficio alicuius incorruptibilis medicinæ ignis balsamicus, seu Archæus in iusto vigore conseruatur, vt impuritates quaslibet diu vegete & viriliter à pabulo adueniente separet, & separatas sine vlla molestia etiam expellat, atque sic constantiam quandam & diuturnitatem vitæ animali impartiatur. Sed vitæ vera perpetuitas hæc non est. Id quod ipsa experientia loquitur: Philosophi illuminato suo intellectu animaduertentes harmoniam superiorum & inferiorum, & intuentes aquam igneam supercœlestem, cœlestem & terream, eam similiter deprehenderunt in animalibus, præsertim in homine, didiceruntq; quomodo insuitatæ continuationi vitæ promouendæ, tá

ex su-

ex superioribus, quam ex inferiorib. leuamina & auxilia ferre queant, ac proinde balsamus similis tanquam arbor vitæ ex iis rebus, quæ nulli corruptioni sunt obnoxię, & sine defectu vitalem flammam ex incombustibili oleo promanantem fundant, vestimentis & velaminibus impuris detractis educatur, Dianaque nuda sine veste conspiciatur. Si est possibile arte fieri & ex impuris corporibus oleum quoddam ardens & tamen incombustibile, quod etsi in omnia secula ardeat, flammamque de se edat, tamen non absumatur: multo magis Deo feliciter iuuante illud idem oleum & remedium balsamicum humanæ naturæ conuenienter præparari potest, vt hinc homo vsitatos vitæ terminos transgrediatur, vitamque suam etiam in mille annos protrahat. Tanto beneficio quidam Philosophi præsertim Patriarchæ V.T. ante diluuium diuinitus donati fuerunt. Ne vero arbitrare, tantum thesaurum sapientiæ hoc nostro seculo hominibus piis diuinitus esse denegatum & plane ademptum. Certo enim certius scio, filiis doctrinæ Theosophisque veris, mediantibus precibus continuis à Deo hoc etiam abiecto tempore permitti, vt in accommodationem olei istius incombustibilis perpetuoque ardentis inquirant, oculisq; suis deprehendant rationem & viam, qua oleum ipsorum incombustibile ita disponatur, vt etiam in aqua perpetuam flammam, & sic perpetuam vitam edere possit. Si ergo tu quicunq; ad diuinam hanc sapiētiam adspiras, Philosophicū istud oleum sanguini nostro immiscere, illudq; in eo constanter flagrare cura-

mas turbas excitare ſoleant, & econtra remedia è vegetabilium promptuario deprompta maiori cum commoditate ſine vlla moleſtia alteration ē in corporibus animalium moueant: vt vel hinc ſumamus exemplum in præparandis remediis ex mineralium penu, & mineralium naturam in naturam vegetabilium prius, debitis digeſtionibus & coctionibus transformemus, quam homini ægro propinemus. Ratum ergo & firmum eſto, oleum incombuſtibile metallicum non debere homini adminiſtrari, priuſquam in vegetabili & animali natura, præmiſſis variis alterationibus, Philoſophice coctum fuerit, & naturam vegetabilium ſibi propriam fecerit. Sapienti ſat dictum. Si hæc, quæ dixi, intelligis, facile diiudicabis eorũ labores, qui ſecundum vulgarem viam mineralia reſoluere, & ex iis medicamenta præparare ſolent.

II. Spiritus eſt vapor oleagineus, ſubtilis, è balſamo effluens, vitæque actualis certiſſimum indicium.

Quia vapor oleagineus eſt, ex oleo balſamico eleuatur, & à balſamo reuera non differt niſi ſubtilitate. Quemadmodum omnis flamma ſubtilitate & claritate oleum, è quo oritur tanquam ex ſuo proprio nutrimento, ſuperat, ab eoque alio modo non differt: Ita etiam ſpiritus in homine ſubtiliores ſunt balſamis ſingularum partium, è quibus emanant, & ab ipſis balſamis eſſentialiter non differunt. Intuere olea per deſcenſum facta è lignis: Si ligna libero in aere comburũtur, flam-

Vulgo naturalis dicitur ſpiritus. Huius a quei ſpiritus beneficio ſanguis craſſior ad reliquas partes fertur, earumque inſitus naturalis ſpiritus corroboratur & recreatur.

16. *Spiritus ſuperior eſt vel aereus, vel cœleſtis.*

17. *Aereus eſt, qui ex pulmonis balſamo effluit, aere externo alitur, & à pulmone per arteriam venoſam ad cor tranſmittitur, in refocillationem ſpirituum cœleſtium ex balſamo cordis ſcaturientium.*

Hic eſt verus ſpiritus vitalis, qui ſuam radicem agit in pulmone, & ab eo ad cor transfertur. Vulgo vero huic ſpiritui primarium domicilium ſtatuitur cor, quod mediantibus arteriis cordis à pulmone in vniuerſum corpus diffunditur. Quẽadmodũ à puriſſima & oleaginea ſanguinis ſubſtantia in cordis intimos ſinus delata balſamus natiuus cordis fouetur & reparatur; ita aereo ſpiritu ſpiritus cordis ex balſamo eius oboriens refocillatur & alitur, prouehiturque in ſuperiorem regionem capitis, vt ibi magis magiſque per accuratas & exquiſitas alterationes ſubtilietur, & in ſpiritum animalem conuertatur.

18. *Spiritus cœleſtis, ſeu igneus eſt ſpiritus ex cordis balſamo fluens, & ad reliquarum partium vitam fouendam & ad ſubminiſtrandam cerebro materiam, è qua in ſuis ſinibus & vaſis ſpiritus animales conficiat ad promouendas actiones ſenſuum.*

Hic

Hic ſpiritus, quia aereo ſpiritu fouetur, vitalis etiam dici poteſt: quando vero è corde amplius eleuatur ad cerebrum, & in eius plexibus magis excoquitur ad promouendas actiones ſenſuum, nomen animalis ſpiritus deinceps ſuſcipit, & per neruos in organa ſenſoria defertur. Hoc ſpiritu animali anima hominis ad cognitionem rerũ craſſarum ſeu naturalium craſſas notiones de ſe emittentium vtitur. Felix ille homo eſt, qui eiuſmodi ſpiritum reprimere, & ad centrum cogere potis eſt, vt diuina animæ eſſentia radios, ſeu ſpiritus ſuos superæthereos fundere, & ad Entia, quæ ſupra naturæ inferioris circulum conſiſtunt, dirigere, ibique magnalia Dei introſpicere, mirari, Deumque ipſum tam præſentia quam futura explicantem audire queat. Quod ſi homo præſtat, Apoſtoli Pauli monita obſeruat, quæ habet Coloſſ. 3. verſ. 1. 2. 3. vbi ſic ait: Si reſurrexiſtis vna
„ cum CHRISTO, ſuperna quærite, vbi CHRISTVS
„ eſt ad dexteram DEI ſedens: Superna curate,
„ non terreſtria: ſiquidem emortui eſtis, & vita
„ veſtra abſcondita eſt cum CHRISTO in Deo.

10. Semen eſt liquor viſcoſus ex ſanguine puriſſimo per vaſa ſeminaria ad teſtes delato, & ab Archæis ipſorum elaborato ortus, tincturasq; omniũ partium vi magnetica ſpiritualiter in ſe attrahẽs, ad propagationem ſpeciei animalis.

Semen animale eſt de quo loquor, & eſt Chaos, in quod vires macrocoſmi inferioris mirabiliter concentratæ ſunt, ac proinde virtutes aſtraq; cœli ſiderei, aeris, aquæ & terræ diffuſæ iacent.

Sed

Sed cum potenter se exerere per se haud possint, vi magnetica semen à natura dotatum est, vt aliũde ex Elementis nutrimentũ sibi sumat, corpusq; maiori spatio cõprehensum & extensum sibi formet, & hac ratione illud quod antea spiritualiter & inuisibiliter in chao seminali latebat, corporaliter & visibiliter in lucem prodeat. Semen ergo essentialiter ab eo animali, cuius semen est, seu quod ex eo semine producendum est, non differt. Vnde rectè Scaliger exercit. 268. *In semine* est materia & forma futuri canis: neq; differt à cane canis semen, nisi sicut potestas ab actu: quia semen fit actu canis, perficiendo, non autem per putrefactionem. Neq; dicitur alio modo corrumpi semen, nisi quia desinit esse quomodo erat, sc. potẽtia, & fit quomodo non erat, id est actu. Est autẽ materia eadem cum eodem principio formali: cui nihil aliud additur, quam organorum expressio, quæ confusa prius erant. Igitur est Ens quod erat, sed non quomodo erat: quia essentia seminis est hæc: Esse quod est, vt aliud sit, *id est, animal*. Vniforme quidem semen apparet secundum visum, sed astrorum in ipso latentium multitudo dissimilitudinis in ipso contentæ indicium est. Hoc tamen attento naturæ studioso ex vniformi seminis facie patet, quod postquam id, ad quod destinatum est semen, ex eo productum fuit, tandem semen sit rediturum in vnam naturam, pẽsis prædestinationis absolutis: Omne enim, quod ab vno incipit, in vnũ desinet. Si sane hic oculos Philosophicos tibi compararares, atque astrorum admirandam vnionem in chao illo balsamico attento

tente intuereris, eaque perpetuitatis tinctura impraegnare, & incorruptibili balsamo ad constantissimam monadem reducere nosses, haberes radicem, qua astra similis animalis iam actu existentis vere confirmarentur, & omnes partes vniformiter renouarentur, vt hac ratione noua astra plane conformia prioribus substituerentur, animalque ipsum vere regeneratum appareret. Æquum est vt omnis renouatio prius fiat in radice, quam in eo quod ex radice ipsa profluxit. Medere origini, & medeberis facile deinceps ei, quod ex ea origine promanauit. Medere primo metallo, & reliquis omnibus medeberis: perfectis vt tingant; imperfectis vt in perfectionem metallicam per tincturam eleuentur.

Axiomata.

I.

Semen animalis duplex est, masculinum & fœmininum.

Vtrumque quidem est vnius naturæ: Vnum tamen altero digestius: Masculinum enim maiori digestione elaboratum est, quam fœmininum: Vnde & calidius. Et quia masculinum semen calidius, ideo agentis nomen apud Philosophos reportauit: Fœmininum vero patientis: In quocunque enim maior calor est, in eo actiones sunt illustriores. Omnis actio naturalis sine calore perfici non potest. Quia vero in fœminino semine actiones non sunt adeo euidentes, patientis vicem gerit. Addi & potest, quod fœmininum

semen

ſemen pati dicatur, quia in ſe maſculinum recipit: omnis enim receptio eſt paſſio. Agit tamen, quia in ipſo eſt balſamicus ſpiritus, quo non tantum nutrimentum ſibi ex ſanguine matricis attrahit, ſed etiam intime ſemen maſculinum amplectitur, ſibique in vnius compoſiti conſtitutionem adunit. Quemadmodum cœli & terræ aſtra ad ſeminum vegetabilium productionem tanquam mas & fœmina concurrunt, aſtraque cœli rationem maſculi, aſtra vero terræ rationem fœminæ ſuſtinent: ita quoque ad productionem ſeminis animalis mas & fœmina congrediuntur, vt ex duorum ſeminum congreſſu vnum ſemen hermaphroditicum ad conſtituendum animalis fœtum in vtero fœminæ reddatur. Quia autem propter aſtrorum cœleſtium diſtantiam & aſtrorum terreſtrium occultationem operationes ſuperiorum maſculinæ & actiones inferiorum fœmininæ ſenſu perfecte cognoſci non poſſunt, DEVS, qui nihil occultum manere voluit, animalia condidit ſub duplici ſexu, vt ex iis coitus cœli & terræ in productione ſeminum vegetabilium & conſeruatione eorundem homini pateſceret. Hinc ſexus in animalibus diſcretio, ſeminiſque maſculini & fœminini diſtinctio neceſſaria fuit.

II.

Semen animalis anima impragnatum eſt.

1. Quia nulla particula mūdi eſt, quæ anima careat

reat: 2. Quia nihil aliud ſcit organa animæ propria effingere & præparare, quam ipſa anima. Omne quod agit anima ſentiens, agit illud in organis cõuenientibus: organis enim diſconuenientib. functiones animæ impediuntur. Verum cũ nihil melius ſciat, quæ organa conueniant, quæ diſconueniant, quam illud quod iis organis vti debet, anima quoq; organorum ſuorum ſcientiam exactiorem habebit, quam vllus alius ſpiritus diſtinctus ab anima: ac proinde ipſa ſua efformabit organa, & ſic in ſemine anima præexiſtit, vt in eo organa ſuarum actionum præparet, id eſt, vt ſemen ad ſuſcipienda organa actionibus debitis deſtinata diſponat. Extra controuerſiam eſt in ſuarum actionum promotione animam vti calore tanquã organo primario. At calor in ſemine animalis eſt antequam fœtus ex eo fiat. Ergo & anima in ſemine erit. Nullius enim inſtrumenti actio vnquã in lucem prodire poteſt, ſi deſtituitur moderatione & regimine cauſæ principalis, cuius inſtrumẽtum eſt. Quicunque ergo negant animam ſentiẽtem eſſe ex traduce, manifeſto errant. Idem quoque de anima rationali dicendum eſt. Vtramque animam in ſemine vna propagari & non denuo creari patet euidenter ex Dei benedictione, qua animalia & homines Deus multiplicari voluit: *Creſcite & multiplicamini*, ait Deus Gen. 1. & 2. Nec aliquid roboris habet, quod ſpiritus naturã propagatio ſpeciei euertere videatur. Deus ſi corporibus multiplicationem conceſſit, quid ni & animabus? Animarum tamen multiplicatio non fit ſimpliciter modo ſpirituali, ſed in ſeminali corpore:

pore: quia in corporibus existere & operari debent.

20. *Quartæ classis partes contentæ vtiles sunt ros & gluten.*

21. *Ros est humor, qui ex sanguine in vaporem resoluto partim per venarum tunicas resudans, partim per earum oscilla diffluens instar roris destillat.*

22. *Gluten est humor ex rore primum ad substantiam partis apposito, & adhærescente, & deinde à calore partium immutato genitus.*

Dicitur gluten, quia partibus agglutinatur, in articulis consistens appellatur synouia, das Gliedwasser.

23. *Inutiles partes contentæ sunt tartarum, serum, & flatus noxij.*

24. *Tartari nomine comprehendo omnes mucilagines seu viscosos humores infructuosos, mucum narium, calculum & excrementa alui.*

Quercetanus consilii sui de arthridite & calculo p. 238. & seqq. ita tartarum explicat: Salsuginosa substantia cum semper admixtam habeat aliquam portionem terrestrem (licet liquefactiua in ea prædominetur) in homine appellatur tartarum, apto profecto & apprime significanti vocabulo, quod inditum est ab analogia, quam humores corporis nostri, atq; ipse etiam sanguis habeat cum substantia vini: quod inter omnia vegetabilia plurimum habet tartari. Per tartarum hic non tantum intelligo eam substantiam, quam li-

quefactam cum vino recenti turbido adhuc & musto appellato admixtam esse constat: quæque postea separata tanquam crassior, terrestrior atque impurior abeat in feces, & subsideat in fundo, quam vini feces nuncupant. Neque illud etiam tantum tartarum intelligo, quod temporis progressu à vino secretum doliorum lateribus adhæret, quodque proprie tartarum appellatur: sed per tartarum etiam intelligimus illud, quod perpetuo cum vino liquefactum, admixtum atque coniunctum est cum vino etiam purissimo, quodque colorem ei tribuit rubrum, aut alium quemuis. Verum hoc tartarum per euaporationem aut simplicem destillationem, vel per ipsum etiam balneum maris mediocriter calidum deprehenditur: Nam residet in fundo separata ea humoris parte, quæ est liquidior, quæque dissolutum illud tartarum in se continebat, eiusque erat quasi vehiculum. Hic sane humor totus albus & limpidissimus exstillat, si vel ex vino rubro fuerit: substantia vero corpulentior atque rubra, quam tartarum dicimus, in fundo remanet: substantia solida tantoque durior & siccior redditur, quo plus substãtifici humoris per calorem elicueris. Nec tantum in vino albo vel rubro, aut quouis alio defruto tartarum hoc, sed & in nostri corporis humoribus seu liquoribus existit & reperitur: Nec solummodo in chylo, qui proportione respondet musto vini modo extracto ex vindemia, à quo chylo haud secus ac ex musto plures denuo feces impuriores atque tartareæ substantiæ separantur: sed & in sanguine

nostro,

nostro, etiamsi purissimo simili prorsus modo ac ratione, vt de vino diximus: quemadmodum ars destillatoria (etiamq; ea, quæ fit per temperatissimum ignem) ostendit & patefacit nobis eiusmodi tartarum: Sic quoq; natura igne suo naturali efficere potest & in dies efficit eiusmodi separationes tartari, etiam per consumptionem partium humoralium corporis nostri, ex quibus Dogmatici calculos generari putant. Ex qua separatione mirum quot morborum genera obstructionum seu oppilationum interuentu procreentur: speciatim vero & arthritis & calculus. Qui morbi vt ipsimet sentiunt Dogmatici, frequentius iis superueniunt, qui hepate sunt calidiore atq; feruentiore, & per consequens ventriculo frigidiore, quique multas ingenerant cruditates & mucositates: quæ non rite coctæ atque digestæ conferuntur cum fructibus crudis, qui defectu maturationis debitæ & conuenientis (quæ fit à calore contemperato omnia coquente & digerente) remanent acidi, austeri, acerbi atque crudi. Hi sane permixti cum sanguine ac de integro coquuntur à calore naturali, fitque separatio partis crudioris atque tartareæ, quæ postmodum & visceribus adhærescit, variasque causans obstructiones in articulos protruditur & decumbit: Natura quippe cuiusuis corporis partis gaudet suo simili: partes carnosæ portione sanguinis magis liquidiore & Mercuriali vescuntur: adiposæ & medullosæ ea portione sanguinis delectantur, quæ magis est oleaginosa seu sulphurea. At cum articulorum partes suapte natura glutinosæ &

Non aliter ac oleum lampadis est flammæ materia & proximum pabulum: ita etiam oleosa substantia balsami est spirituum in viuentibus animalibus nutrimentum & materia, è qua enascũtur. Vnde fit, vt innatus balsamus magis magisque minuatur & consumatur. Ne tamen animal adeo subito pereat, ex olei innati absumptione natura innato balsamo indidit Archæum, seu calorem æthereum, quo ex sanguinis portione purissima aliam portiunculam oleosam proliciat, & in absumptæ partis locum restituat. Id quod fit quando Archæus innatus attractum sanguinem vberius concoquit, digerit, & in consimilem naturam subiecti balsamici transmutat. Potest tamen etiam accidere, vt balsami innati genuina substantia subministratione congruentis pabuli perpetuo manere videatur, quando beneficio alicuius incorruptibilis medicinæ ignis balsamicus, seu Archæus in iusto vigore conseruatur, vt impuritates quaslibet diu vegete & viriliter à pabulo adueniente separet, & separatas sine vlla molestia etiam expellat, atque sic constantiam quandam & diuturnitatem vitæ animali impartiatur. Sed vitæ vera perpetuitas hæc non est. Id quod ipsa experientia loquitur: Philosophi illuminato suo intellectu animaduertentes harmoniam superiorum & inferiorum, & intuentes aquam igneam supercœlestem, cœlestem & terream, eam similiter deprehenderunt in animalibus, præsertim in homine, didiceruntq; quomodo insuetatæ continuationi vitæ promouendæ, tã

ex su-

ex superioribus, quam ex inferiorib. leuamina & auxilia ferre queant, ac proinde balsamus similis tanquam arbor vitæ ex iis rebus, quæ nulli corruptioni sunt obnoxię, & sine defectu vitalem flammam ex incombustibili oleo promanantem fundant, vestimentis & velaminibus impuris detractis educatur, Dianaque nuda sine veste conspiciatur. Si est possibile arte fieri & ex impuris corporibus oleum quoddam ardens & tamen incombustibile, quod etsi in omnia secula ardeat, flammamque de se edat, tamen non absumatur: multo magis Deo feliciter iuuante illud idem oleum & remedium balsamicum humanæ naturæ conuenienter præparari potest, vt hinc homo vsitatos vitæ terminos transgrediatur, vitamque suam etiam in mille annos protrahat. Tanto beneficio quidam Philosophi præsertim Patriarchæ V. T. ante diluuium diuinitus donati fuerunt. Ne vero arbitrare, tantum thesaurum sapientiæ hoc nostro seculo hominibus piis diuinitus esse denegatum & plane ademptum. Certo enim certius scio, filiis doctrinæ Theosophisque veris, mediantibus precibus continuis à DEO hoc etiam abiecto tempore permitti, vt in accommodationem olei istius incombustibilis perpetuoque ardentis inquirant, oculisq; suis deprehendant rationem & viam, qua oleum ipsorum incombustibile ita disponatur, vt etiam in aqua perpetuam flammam, & sic perpetuam vitam edere possit. Si ergo tu quicunq; ad diuinam hanc sapiētiam adspiras, Philosophicū istud oleum sanguini nostro immiscere, illudq; in eo constanter flagrare cura-

mas turbas excitare ſoleant, & econtra remedia è vegetabilium promptuario deprompta maiori cum commoditate ſine vlla moleſtia alterationē in corporibus animalium moueant: vt vel hinc ſumamus exemplum in præparandis remediis ex mineralium penu, & mineralium naturam in naturam vegetabilium prius, debitis digeſtionibus & coctionibus transformemus, quam homini ægro propinemus. Ratum ergo & firmum eſto, oleum incombuſtibile metallicum non debere homini adminiſtrari, priuſquam in vegetabili & animali natura, præmiſſis variis alterationibus, Philoſophice coctum fuerit, & naturam vegetabilium ſibi propriam fecerit. Sapienti ſat dictum. Si hæc, quæ dixi, intelligis, facile diiudicabis eorũ labores, qui ſecundum vulgarem viam mineralia reſoluere, & ex iis medicamenta præparare ſolent.

11. Spiritus eſt vapor oleagineus, ſubtilis, è balſamo effluens, vitæque actualis certiſsimum indicium.

Quia vapor oleagineus eſt, ex oleo balſamico eleuatur, & à balſamo reuera non differt niſi ſubtilitate. Quemadmodum omnis flamma ſubtilitate & claritate oleum, è quo oritur tanquam ex ſuo proprio nutrimento, ſuperat, ab eoque alio modo non differt: Ita etiam ſpiritus in homine ſubtiliores ſunt balſamis ſingularum partium, è quibus emanant, & ab ipſis balſamis eſſentialiter non differunt. Intuere olea per deſcenſum facta è lignis: Si ligna libero in aere comburũtur, flam-

Vulgo naturalis dicitur ſpiritus. Huius aquei ſpiritus beneficio ſanguis craſſior ad reliquas partes fertur, earumque inſitus naturalis ſpiritus corroboratur & recreatur.

16. *Spiritus ſuperior eſt vel aereus, vel cæleſtis.*

17. *Aereus eſt, qui ex pulmonis balſamo effluit, aere externo alitur, & à pulmone per arteriam venoſam ad cor tranſmittitur, in refocillationem ſpirituum cæleſtium ex balſamo cordis ſcaturientium.*

Hic eſt verus ſpiritus vitalis, qui ſuam radicem agit in pulmone, & ab eo ad cor transfertur. Vulgo vero huic ſpiritui primarium domicilium ſtatuitur cor, quod mediantibus arteriis cordis à pulmone in vniuerſum corpus diffunditur. Quēadmodū à puriſſima & oleaginea ſanguinis ſubſtantia in cordis intimos ſinus delata balſamus natiuus cordis fouetur & reparatur: ita aereo ſpiritu ſpiritus cordis ex balſamo eius oboriens refocillatur & alitur, prouehiturque in ſuperiorem regionem capitis, vt ibi magis magiſque per accuratas & exquiſitas alterationes ſubtilietur, & in ſpiritum animalem conuertatur.

18. *Spiritus cæleſtis, ſeu igneus eſt ſpiritus ex cordis balſamo fluens, & ad reliquarum partium vitam fouendam & ad ſubminiſtrandam cerebro materiam, è qua in ſuis ſinibus & vaſis ſpiritus animales conficiat ad promouendas actiones ſenſuum.*

Hic

Hic spiritus, quia aereo spiritu fouetur, vitalis etiam dici potest: quando vero è corde amplius eleuatur ad cerebrum, & in eius plexibus magis excoquitur ad promouendas actiones sensuum, nomen animalis spiritus deinceps suscipit, & per neruos in organa sensoria defertur. Hoc spiritu animali anima hominis ad cognitionem rerũ crassarum seu naturalium crassas notiones de se emittentium vtitur. Felix ille homo est, qui eiusmodi spiritum reprimere, & ad centrum cogere potis est, vt diuina animæ essentia radios, seu spiritus suos superæthereos fundere, & ad Entia, quæ supra naturæ inferioris circulum consistunt, dirigere, ibique magnalia Dei introspicere, mirari, Deumque ipsum tam præsentia quam futura explicantem audire queat. Quod si homo præstat, Apostoli Pauli monita obseruat, quæ habet Coloss. 3. vers. 1. 2. 3. vbi sic ait: Si resurrexistis vna
„ cum CHRISTO, superna quærite, vbi CHRISTVS
„ est ad dexteram DEI sedens: Superna curate,
„ non terrestria: siquidem emortui estis, & vita
„ vestra abscondita est cum CHRISTO in Deo.

10. Semen est liquor viscosus ex sanguine purissimo per vasa seminaria ad testes delato, & ab Archæis ipsorum elaborato ortus, tincturasq; omniũ partium vi magnetica spiritualiter in se attrahẽs, ad propagationem speciei animalis.

Semen animale est de quo loquor, & est Chaos, in quod vires macrocosmi inferioris mirabiliter concentratæ sunt, ac proinde virtutes astraq; cœli siderei, aeris, aquæ & terræ diffusæ iacent.

Sed

Sed cum potenter se exerere per se haud possint, vi magnetica semen à natura dotatum est, vt aliũde ex Elementis nutrimentũ sibi sumat, corpusq; maiori spatio cõprehensum & extensum sibi formet, & hac ratione illud quod antea spiritualiter & inuisibiliter in chao seminali latebat, corporaliter & visibiliter in lucem prodeat. Semen ergo essentialiter ab eo animali, cuius semen est, seu quod ex eo semine producendum est, non differt. Vnde recte Scaliger exercit. 268. *In semine* est materia & forma futuri canis: neq; differt à cane canis semen, nisi sicut potestas ab actu: quia semen fit actu canis, perficiendo, non autem per putrefactionem. Neq; dicitur alio modo corrumpi semen, nisi quia desinit esse quomodo erat, sc. potẽtia, & fit quomodo non erat, id est actu. Est autẽ materia eadem cum eodem principio formali: cui nihil aliud additur, quam organorum expressio, quæ confusa prius erant. Igitur est Ens quod erat, sed non quomodo erat: quia essentia seminis est hæc: Esse quod est, vt aliud sit, *id est, animal.* Vniforme quidem semen apparet secundum visum, sed astrorum in ipso latentium multitudo dissimilitudinis in ipso contentæ indicium est. Hoc tamen attento naturæ studioso ex vniformi seminis facie patet, quod postquam id, ad quod destinatum est semen, ex eo productum fuit, tandem semen sit rediturum in vnam naturam, pẽsis prædestinationis absolutis: Omne enim, quod ab vno incipit, in vnũ desinet. Si sane hic oculos Philosophicos tibi comparares, atque astrorum admirandam vnionem in chao illo balsamico attento

tente intuereris, eaque perpetuitatis tinctura impraegnare, & incorruptibili balsamo ad constantissimam monadem reducere nosses, haberes radicem, qua astra similis animalis iam actu existentis vere confirmarentur, & omnes partes vniformiter renouarentur, vt hac ratione noua astra plane conformia prioribus substituerentur, animalque ipsum vere regeneratum appareret. Æquum est vt omnis renouatio prius fiat in radice, quam in eo quod ex radice ipsa profluxit. Medere origini, & medeberis facile deinceps ei, quod ex ea origine promanauit. Medere primo metallo, & reliquis omnibus medeberis: perfectis vt tingant; imperfectis vt in perfectionem metallicam per tincturam eleuentur.

Axiomata.

I.

Semen animalis duplex est, masculinum & fœmininum.

Vtrumque quidem est vnius naturæ: Vnum tamen altero digestius: Masculinum enim maiori digestione elaboratum est, quam fœmininum: Vnde & calidius. Et quia masculinum semen calidius, ideo agentis nomen apud Philosophos reportauit: Fœmininum vero patientis: In quocunque enim maior calor est, in eo actiones sunt illustriores. Omnis actio naturalis sine calore perfici non potest. Quia vero in fœminino semine actiones non sunt adeo euidentes, patientis vicem gerit. Addi & potest, quod fœmininum

semen

ſemen pati dicatur, quia in ſe maſculinum recipit: omnis enim receptio eſt paſſio. Agit tamen, quia in ipſo eſt balſamicus ſpiritus, quo non tantum nutrimentum ſibi ex ſanguine matricis attrahit, ſed etiam intime ſemen maſculinum amplectitur, ſibique in vnius compoſiti conſtitutionem adunit. Quemadmodum cœli & terræ aſtra ad ſeminum vegetabilium productionem tanquam mas & fœmina concurrunt, aſtraque cœli rationem maſculi, aſtra vero terræ rationem fœminæ ſuſtinent: ita quoque ad productionem ſeminis animalis mas & fœmina congrediuntur, vt ex duorum ſeminum congreſſu vnum ſemen hermaphroditicum ad conſtituendum animalis fœtum in vtero fœminæ reddatur. Quia autem propter aſtrorum cœleſtium diſtantiam & aſtrorum terreſtrium occultationem operationes ſuperiorum maſculinæ & actiones inferiorum fœmininæ ſenſu perfecte cognoſci non poſſunt, DEVS, qui nihil occultum manere voluit, animalia condidit ſub duplici ſexu, vt ex iis coitus cœli & terræ in productione ſeminum vegetabilium & conſeruatione eorundem homini pateſceret. Hinc ſexus in animalibus diſcretio, ſeminiſque maſculini & fœminini diſtinctio neceſſaria fuit.

II.

Semen animalis anima impragnatum eſt.

1. Quia nulla particula mūdi eſt, quæ anima ca-

reat: 2. Quia nihil aliud ſcit organa animæ propria effingere & præparare, quam ipſa anima. Omne quod agit anima ſentiens, agit illud in organis cõuenientibus: organis enim diſconuenientib. functiones animæ impediuntur. Verum cũ nihil melius ſciat, quæ organa conueniant, quæ diſconueniant, quam illud quod iis organis vti debet, anima quoq; organorum ſuorum ſcientiam exactiorem habebit, quam vllus alius ſpiritus diſtinctus ab anima: ac proinde ipſa ſua efformabit organa, & ſic in ſemine anima præexiſtit, vt in eo organa ſuarum actionum præparet, id eſt, vt ſemen ad ſuſcipienda organa actionibus debitis deſtinata diſponat. Extra controuerſiam eſt in ſuarum actionum promotione animam vti calore tanquã organo primario. At calor in ſemine animalis eſt antequam fœtus ex eo fiat. Ergo & anima in ſemine erit. Nullius enim inſtrumenti actio vnquã in lucem prodire poteſt, ſi deſtituitur moderatione & regimine cauſæ principalis, cuius inſtrumẽtum eſt. Quicunque ergo negant animam ſentiẽtem eſſe ex traduce, manifeſto errant. Idem quoque de anima rationali dicendum eſt. Vtramque animam in ſemine vna propagari & non denuo creari patet euidenter ex Dei benedictione, qua animalia & homines Deus multiplicari voluit: *Creſcite & multiplicamini*, ait Deus Gen. 1. & 2. Nec aliquid roboris habet, quod ſpiritus naturã propagatio ſpeciei euertere videatur. Deus ſi corporibus multiplicationem conceſſit, quid ni & animabus? Animarum tamen multiplicatio non fit ſimpliciter modo ſpirituali, ſed in ſeminali corpore:

pore: quia in corporibus existere & operari debent.

20. *Quartæ classis partes contentæ utiles sunt ros & gluten.*

21. *Ros est humor, qui ex sanguine in vaporem resoluto partim per venarum tunicas resudans, partim per earum oscilla diffluens instar roris destillat.*

22. *Gluten est humor ex rore primum ad substantiam partis apposito, & adhærescente, & deinde à calore partium immutato genitus.*

Dicitur gluten, quia partibus agglutinatur, in articulis consistens appellatur synouia, das Gliedwasser.

23. *Inutiles partes contentæ sunt tartarum, serum, & flatus noxii.*

24. *Tartari nomine comprehendo omnes mucilagines seu viscosos humores infructuosos, mucum narium, calculum & excrementa alui.*

Quercetanus consilii sui de arthridite & calculo p. 238. & seqq. ita tartarum explicat: Salsuginosa substantia cum semper admixtam habeat aliquam portionem terrestrem (licet liquefactiua in ea prædominetur) in homine appellatur tartarum, apto profecto & apprime significanti vocabulo, quod inditum est ab analogia, quam humores corporis nostri, atq; ipse etiam sanguis habeat cum substantia vini: quod inter omnia vegetabilia plurimum habet tartari. Per tartarum hic non tantum intelligo eam substantiam, quam li-

nostro, etiamsi purissimo simili prorsus modo ac ratione, vt de vino diximus: quemadmodum ars destillatoria (etiamq; ea, quæ fit per temperatissimum ignem) ostendit & patefacit nobis eiusmodi tartarum: Sic quoq; natura igne suo naturali efficere potest & in dies efficit eiusmodi separationes tartari, etiam per consumptionem partium humoralium corporis nostri, ex quibus Dogmatici calculos generari putant. Ex qua separatione mirum quot morborum genera obstructionum seu oppilationum interuentu procreentur: speciatim vero & arthritis & calculus. Qui morbi vt ipsimet sentiunt Dogmatici, frequentius iis superueniunt, qui hepate sunt calidiore atq; feruentiore, & per consequens ventriculo frigidiore, quique multas ingenerant cruditates & mucositates: quæ non rite coctæ atque digestæ conferuntur cum fructibus crudis, qui defectu maturationis debitæ & conuenientis (quæ fit à calore contemperato omnia coquente & digerente) remanent acidi, austeri, acerbi atque crudi. Hi sane permixti cum sanguine ac de integro coquuntur à calore naturali, fitque separatio partis crudioris atque tartareæ, quæ postmodum & visceribus adhærescit, variasque causans obstructiones in articulos protruditur & decumbit: Natura quippe cuiusuis corporis partis gaudet suo simili: partes carnosæ portione sanguinis magis liquidiore & Mercuriali vescuntur: adiposæ & medullosæ ea portione sanguinis delectantur, quæ magis est oleaginosa seu sulphurea. At cum articulorum partes suapte natura glutinosæ &

mucilaginosæ sint, glutinosum etiam & per consequens salsuginosum & tartareum nutrimẽtum poscunt. Quæ partes in quibusdam naturis cum vel ob imbecillitatem, vel ob dispositionem innatam seu hæreditariam, vel ob similem aliam caussam crudam & iam indigestam tartaream illam materiam propria & particulari digestione digerere aut expellere non possint, fit vt illa materia de natura salsa & viscida coaguletur & articulorum ligamenta, partesque alias sensibiles offerciat atque tandem excruciet. Quę vera est, atq; ex veris, hoc est, naturæ fontibus dolorum atque tophorum arthritidis causa coniuncta atque proxima. Eadem causa alia magis, alia minus excruciat, idque pro natura atque conditione eiusdem tartari. Nam quemadmodum videmus in macrocosmo magnam esse salium diuersitatem: quippe terra nobis producit & salem gemmę, qui sali marino proportione quadrat, qui gustu tantum salsus est: & salem nitri sapore amaro: salem aluminosum austero & adstringente: salem vitrioli & armoniacum acerbo acido: itemq; vt nobis producit sales quosdam alkali dictos corrosiuos & acres: & alios saccharatos & dulces: Ita quoque in microcosmo, corpore, inquam, humano generatur tartarum aut sal, qui dissolutus solummodo salsum efficit humorem, quem Dogmatici pituitam salsam vocant, aut simpliciter humorem salsum: aut nitrosus & amarus sal generatur, quem bilis amara refert & vrina: aut vitriolatus & acidus, quem pituita acida continet atque melancholia. Ita etiam tartara sunt aluminosa & austera, quæ-

ra, quæque salis acrimoniam referunt: vt manifeste patet ex tot contracturarum & adstrictionum neruorum affectibus, & ex tot acrimoniarum, vt dysenteriarum & variorum vlcerum, tam internorum quam externorum molestiis, quæ ex diuersis salium differentiis diuersa corporis mala producunt. Cur enim id non faciant, quod & cõuenientiora sint & significantiora, & naturas diuersitatesq; causarum ex ipsa natura rerum fidissima interprete melius exprimentia? Melius me hercle morborum tartareorum, seu salsorum distinctiones atq; essentias exprimunt, quam quatuor illi humores, qui sanguinei, pituitosi, biliosi & melancholici vulgo appellantur, tum quod nihil exprimant, quod sit de essentia morbi, tum quod in illis formandis applicandisq; Dogmatici plurimum fluctuent.

25. Tartarus est vel peregrinus, vel innatus.

26. Tartarus peregrinus est ex cibo & potu, firmamentiq; impressione.

Omne quod edimus & bibimus, habet in se mucilaginosum, luteum & arenosum tartarum sanitati humanæ nociuum. Natura non accipit nisi quod purum est: Stomachus qui est instrumentum Archæi hominis, seu internus chymicus innatus, ac à DEO implantatus, statim vbi ad se recepit comesta ac ingesta, separat impurum fœculentum tartareum à puro nutrimento: Si Stomachus validus & maxime vi sua separatiua, purum transit ad membra nutrimenti causa, impu-

rum per secessum exit: Si stomachus debilis, mittitur impurum etiam per venas mesaraicas ad hepar: ibi secunda fit digestio & separatio: Hepar ergo ex duobus illis separat vicissim purũ ab impuro, videlicet Rubinum à Crystallo: Rubinus est nutrimentum omnium membrorum, cordis, cerebri, &c. Crystallum, seu quod non est nutrimentum, expellit ad renes, & est vrina, quæ nihil aliud est quam sal expressum à Mercurialibus per violentiam separationis in resolutionem coactũ, quod resoluitur per hepar in aquam & expellitur: Si hepar ex debilitate nõ recte separat, mittit mucilaginosum & calculosum ad renes, ibi in defectu bonæ separationis ex potentia prædestinationis mediante spiritu salis in arenam seu tartarum, aut bolarẽ, aut mucilaginosum coagulatur. Tartarus ergo hic est excrementum cibi & potus, qui in homine per spiritũ salis coagulatur, nisi vi propria expulsiua immisceatur excrementis & simul egeratur. Ex Crollio.

27. *Sunt autem huius tartari genera quatuor, è quadruplicibus Elementorum fructibus nos nutrientibus originem ducentia.*

Primum genus oritur ex vsu crescentium terræ, leguminum, herbarum, quibus vescimur. Secundum prouenit ex illo nostro nutrimẽto, quod ex aqua sumimus, vt sunt pisces, conchilia. Tertiũ est in carne quadrupedum & volatilium: Quartũ è firmamento, cui spiritus vini sua subtilitate est simillimus, quod est validissimæ impressionis, dũ videlic. aer è vaporibus terræ & aquę & firmamẽti

infe-

infectus nos postea inficit, vt videmus in acutis illis & perniciosis morbis astralibus, pleuresi, peste, prunella, &c. vide eundem Croll. p. 74. præfat. admon. in Basil. Chym.

28. Tartarus innatus est, qui cum homine in vtero matris connascitur.

Connascitur autem tartarus cum homine duobus modis, vel ex nutrimento, quod fœtus in vtero matris suscipit, vel ex tinctura, quam semē hominis ex tartaro parentum contrahit. Per tartarū qui ex tinctura ea oboritur, podagricos generare solent podagrici, nisi benignitate seminis alterutrius, aut fœminei, aut masculini tinctura ea tartarea opprimatur, & sic ad frugem non veniat.

29. Serum est humor sale crasso, balsamici salis in sanguine existentis excrementa impraegnatus.

Sal balsamicus in sanguine existens subtilis naturæ est, & nutrimentum sumit ex sale per alimētum allato: Calore vero insito excitatus crassum sal superadueniens intra suam substantiam non patitur, sed cum humore aqueo, tanquam illud, quod à nutrimēto corporis animalis alienum est, separat & extrudit: non aliter quemadmodum sal petræ à sale balsamico terræ tanquam illud, quod à terræ salina substantia alienum est, segregatur & expellitur.

30. Seri nomine intelligo catarrhalem fluorem, vrinam & sudorem.

31. *Catarrhalis fluor est humor liquidus & clarus è naribus eorum, qui coryza laborant, destillans.*

Hic fluor partim ex sanguine inferiori eleuatur in caput, partim ex sanguineo cerebri nutrimento nascitur, & dehinc, intercedente incompleta quadã obstructione, quæ crassa cerebri excrementa per nares emittenda reprimit, in liquorem tenuem resoluitur, atque per angustiores poros in nares dalabitur.

32. *Vrina est serum ab hepate per certos ductus ad renes delatum, & per eos transcolatum, atque exinde per vreteres in vesicam promotum, vt postea debito tempore in canalibus propriis emittatur.*

Vrina quia serum est, salsus humor est, & gustus ipse facile idem probare potest. Ostendit etiam id ipsum experientia Chymica, qua ex vrina sal quoddam volatile præparatur, & menstruum soluendis metallis destinatum elicitur: nullum enim metallum sine sale resolui potest. Talia salia ex vrina produci in Alchymia mea Philosophica abunde percipies.

* 33. *Sudor est serum per inuisibiles poros cutis transsudans.*

Serum quia per se rubeum non est, sudor naturaliter fluens rubere non debet. Quod si autem rubuerit sudor aliquis, sudor ille non naturalis, sed præternaturalis est, ortus ex imbecillitate digestionis, quia tinctura sanguinis rubea à sero discerni debuit.

34. Fla-

34. Flatus noxij sunt vel spiritus fuliginosi calidi, qui à pulmone è corde attrahuntur, & mediante aere è pulmone per asperam arteriam expelluntur, vel vapores in intestinis & ventriculo oborti.

Vapores in ventriculo existentes plerumque per os exeunt, & ructus mouent; in intestinis vero nisi cancrino gressu in ventriculum remeent, existentes vapores per aluum, sæpe cum crepitu, excernuntur: id vero si fieri non poterit, & eiusmodi vapores in intestinis remanserint, sale quodam corrosiuo imprægnati tormina excitare solent; quæ si in colo sentiuntur, colica passio oritur.

Annotatio.

Galenici & Peripatetici quatuor humores in corpore animali esse agnoscunt & statuunt, sanguinem, flauam bilem, atram bilem, & phlegma. De sanguine nulla controuersia est: Flauam bilem choleram vocant, & eius naturam fellis humor explicat. Atram bilem melancholiam appellitant, eiusque sedem in splene faciunt: Sed naturalis eiusmodi humor spleni non est, cum ater sanguis, vel nunquam, vel rarissime in sectione spleni inesse deprehensus sit. Phlegma seu humorem aqueum seri nomine complecti poteris: Quanquam non desunt, qui in vno sanguine istos quatuor humores contineri statuant, & adeo confuse explicent, vt ne Oedipus scire possit, quid & quales isti humores sint. Causas morborum & sanitatis eos humores Galenici faciunt:

ſed illud potius ex opinionibus aliorum, quam ex rei in natura poſitæ veritate audent. Firmitas cognitionis medicæ non in opinionibus aliorum ſed in naturæ lumine ſtatuenda eſt. Forſan dabitur occaſio in meo Syſtemate medico vberius de hiſce humoribus philoſophandi.

CAPVT VI.

De Anima ſentiente & ſenſibus.

1. *HVcusque corpus ſentiens in partibus ſimilaribus explicatum eſt: Sequitur anima ſentiens.*

2. *Anima ſentiens eſt ſubſtantia ſpiritualis, quæ in totius animalis balſamo reſidet, radicem vero quatenus ſentiens eſt, agit in cerebro, ſcientiis inſtructa ſentiendi, appetendi & locomouendi.*

Anima ſentiens eſt ſpiritus Vniuerſi, ſeu animæ mundi particula, deſumpta ex cœli ſiderei quinta eſſentia, & impreſſa animalium ſemini, vt pro diuerſitate Rationum & Scientiarũ per Verbum Dei implantatarum diuerſa producat animalia.

Axiomata.

I.

Animæ ſentientis radij extra animales ſpiritus ſe non porrigunt.

Ani-

Animant enim ipſos & reddunt dignos, quorum beneficio ſenſationes perficiantur. Itaque ſe in limitibus ſenſibilium continent, diuinioraque apprehendere nequeunt. Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, ait Apoſtolus. Quod inferioris macrocoſmi terminis concluditur, illud extra eos terminos non euagatur. Cum ergo anima ſentiēs ſit ſidereæ naturæ, illud, quod ſupra ſidera viſibilia poſitum eſt, intelligere & cognoſcere non poteſt. Tacent & plane quieſcunt omnes ſenſus in iis, qui Chriſtum in nouo Olympo regenerati intuentur, & in eo tanquam in perfectiſſima Dei imagine omnes ſapientiæ theſauros reconditos dilucide apprehendunt, ita vt nihil adeo occultum ſit in tota rerum natura, quod, ſopitis ſenſibus à Deo per Chriſtum piis non reueletur.

II.

Radij animæ ſentientis ſunt quidem lucidi, ſed cum ſine animalibus ſpiritibus ſenſationem nullã efficiant, aliquid tenebrarum inde ſibi adſciſcunt.

Vnde imperfecta animæ ſentiētis cognitio eſt, & ſuperficies rerum tantum attingit, nō profunditates. Lucidum tantum vim penetrandi habet: tenebricoſum impedit. Igitur etſi particula animæ mundi ſpiritibus animalibus incluſi in ſe ſatis ſit lucida, tamen quia animalium ſpirituum cancellis & tenebris veluti ſuffocatur, intima rerum penetralia per ſe ſine ſuperiori ſubſidio & diuiniori numine perſcrutari nequit. Beſtiæ ergo terreſtria tantum contemplantur, & quidem obiter,

ſentientis reflexis, & in ipſius animæ intimos ſinus reductis, ita vt ſi aliquod ſenſile ſenſibus obuerſetur, vel plane non percipiatur, vel imperfecte cognoſcatur. Res autem in ſenſus incurrit, vel per ſpeciem, vel per ſe: per ſpeciem color in oculum: per ſe ſapor in guſtum, odor in olfactum, ſonus in aurem, tactile in tactum.

IV.

Anima ſentiente à ſenſuum operationib. quas externas vocant, radios ſuos retrahẽte in ſe ipſam, lux eius magis inflammatur, & oritur imaginationis exaltatio.

Imaginatio enim eſt firma impreſſio ſpirituum ſeu radiorum animæ ſentientis in ſpeciem intus formatam, vel ad res diiudicandas per illam ſpeciem, vel ad nudam earum contemplationem directa. Quando vero accidit vt ex ſanguinis feculentia fuligines nidoroſæ in caput ferantur, tum vim formatiuam ſpecierum in anima ſentiẽte exiſtentem perturbant, & alienas imagines ſubminiſtrant, vt inde aliquando melancholia, aliquãdo mania & phrenitis oriantur. In ſanis animalibus recteque ad ſenſuum operationem diſpoſitis quando radii animæ ſentientis ad ſuum principium redeunt, & intro ab ipſa anima recipiuntur, anima ſentiens in ſeſe magis ſplendeſcit, & quaſi igneſcit, vt exinde etiam nõ raro mutationes & alterationes intercedente imaginatione interueniant, quia tum imaginatio exaltatur. Exaltatur vero: 1. Quando ſibi obiectum fingit appetitque, nec tamen eo frui homini licet. Vnde

prægnan-

prægnantibus mulieribus (in quibus imaginatio vehemẽtissima est, propter fœtus, quem vtero gerunt, sidus, quo percelluntur, quando singulare aliquid appetunt) aliquid cibi appetentibus nec tamen fruẽtibus euenit, vt vi inflammatæ & exaltatæ imaginationis eius, quod appetiuerunt, formã & figuram fœtui imprimant, imo & sæpe mortem inferant: id quod ex hac historia cognoscere est: Mulier quædam vterum ferens desiderio humeri pistoris denudati, dum panem ad furnum defert, omnem cibum penitus fastidiebat præter carnem humeri dicti pistoris. Maritus percharæ vxoris misertus certam pecuniã pro singulis morsibus pactus fecit vt ille duos dẽtium mulieris insultus sustinuerit. Tertium vero doloris pertæsus cũ amplius ferre nollet, hinc mulier tergeminos est enixa, duos viuos & tertium mortuum. Ex Lãgio refert Mizaldus Centur. 1. Huc referuntur & hi, qui sapientiam magnam affectant, ea vero præ ingenii sui imbecillitate, tenuitate & stupiditatẽ potiri nequeunt, atque plerumque in insaniam incidunt. 2. Quando ab obiecto homini terror incutitur. Hinc & homini sæpe aliquid detrimẽti infertur. Terror plurimis pestem incutit, & ita per pestem affert mortem. Est Gueilburgi vxor cuiusdam pistoris, quæ dum vterum gessit, in syluula ligna legens à ciue quodam eius loci perterrita alteram manum manu attriuit cõpressitque, ac deinceps filiolum vna manu præditum, quem vidi, atq; in schola publica ibidẽ informaui, enixa est. Eodẽ modo hominum noctu à phantasmatis & spectris perterritorum alii in morbos inciderunt

& perie-

& perierunt, aliis pili à suo natiuo colore in alienum abierunt, quando eos in ipso terrore attigerunt. Noui duos, qui illud sibi contigisse affirmarunt: vnus habet barbã dimidia parte canã: alter capillorũ aliquam partem in albũ colorẽ versam, ceteris pilis suũ pristinum colorem adhuc retinẽtibus. 3. Quãdo nausea per obiectũ sensus mouetur. Vnde fit vt homo perturbetur, & non raro similiter ad nauseã permoueatur, quando id, quod alii euomuere, attente intuetur. 4. Quando quis malum in quo versatur, intolerabile sibi esse fingit: Vnde homo de salute sua desperans sæpe sibi ipsi mortem consciscit. 5. Quando in aliquod obiectum firmiter remota omni hæsitatione creditur: tum enim per radiorum animæ sentientis recursum ad centrum renouatio naturæ oboritur, & sic id quod petitur & creditur, ex sinu animæ mundi acquiritur. Vnde fieri solet, vt credentes firmiter in aquam aliquã, id est, certo sibi persuadentes se ex vsu istius aquæ ad pristinam sanitatem redituros, vim quandam nouam ex exaltata ista imaginatione imprimant aquæ, vel potius sibi, & sic restituantur. Prope Cassellas fons est, ex quo plurimi tam cœci, quam claudi aliique ex morbis laborantes sanitatem recuperarunt ab eo tempore, quo ægri se aqua istius fontis sanari posse, sibi certo persuaserunt.

Quamprimum vero accidit, vt incredulus aliquis de fonte biberit, & tamen sanitati restitutus haud fuerit, alii de fontis virtute dubitare cœperunt, resque eo rediit, vt paucissimi sanitatem suam pristinam inde hoc tempore reci-

recipiant. Id quod idem etiam de aliis similibus fontibus dici posset. Sed labore isto disserendi consulto supersedeo. Hoc tamen tibi, quod Crollius præfationis suæ admonitoriæ pag. 83. affert,
" considerandum propono, vbi sic ait: Homo per
" fidem imaginationis sępe facit, quod optimi me-
" dici cum suis medicamentis idoneis non possunt
" efficere: multoties etiam fides seu persuasio illa
" plures sanat quam vlla efficacia seu virtus medi-
" camenti à medico exhibiti, vt superioribus annis
" in decantata illa Panacæa Anvvaldina vidimus,
" & nunc in nouo illo medicinali fonte in finibus
" Misniæ & Bohemiæ hoc anno emerso, ad quem
" incredibilis infirmorum copia fere indies con-
" fluit: causa non potest reddi alia, quam constans
" & excessiuus affectus ipsius sumentis, quæ pote-
" stas est in ipsa anima sumentis pharmacum, quan-
" do excusso omni metu aut sinistra imaginatione
" fertur in aliquem magnũ sui desiderii excessum.
" Vnde Auicenna: Natura obedit cogitationibus
" & vehementibus desideriis animæ, & affecto spi-
" ritu afficitur corpus in quo Spiritus delitescit.

3. Circa animam sentientem sensus & affectus animales considerandi sunt.

4. Sensus est animalis ab anima sentiente communicata facultas sensile beneficio animalium spirituum apprehendendi.

Vel, si mauis, sensus est radix spirituosa animæ sentientis emittens spiritus per neruos in sensoria ad rerum externarum apprehensionem. Sensus autem vocabulum ambiguum est: vel enim i-

psam sensationem seu actum sentiendi significat, vel facultatem animalis ab anima sentiente prodeuntem. Posterior hæc significatio definiti est.

5. *Sensus cognitioni lucem affert explicatio sensorij & sensilis, vt & specialis tractatio sensus.*

6. *Sensorium est organum, quo sensilia ab animali apprehenduntur.*

7. *Organum autem est quintuplex: oculus, auris, nares, lingua, & nerui per totum animalis corpus dispersi tactum causantes. Hinc quinq; dantur sensus: visus, auditus, olfactus, gustus & tactus.*

8. *Sensile est omne illud quod sensibus percipitur.*

Vulgo obiectum sensus appellatur.

Axiomata.

I.

Non omnia quæ in sensus incurrunt, per species, seu imagines intentionales incurrunt.

Tactus enim, gustus, & olfactus realia habent obiecta circa quæ versantur. Non imaginem rei dulcis, sed ipsam dulcedinem lingua deprehendimus. Bonum odorem non speciem eius & imaginem naribus attrahimus. Tactu duritiẽ & mollitiem rerum corporearum, non speciem duritiei & mollitiei percipimus.

II.

Quæ sensibus percipiuntur, animæ sentienti

per speciem imprimuntur, & vt dijudicentur, & vt reseruentur, & veluti in gazophylacio custodiantur.

Bene distinguendum est inter perceptionem sensualem & cognitionem sensualẽ. Multa enim sensibus percipiuntur, quorum natura tamen nõ cognoscitur. Et sine imagine sui multa in sensus incurrunt, quæ tamen sine sui imagine ab anima sentiente intelligi nequeunt. Vnde necessarium est, vt anima sentiens, postquam sensu res ipsas apprehendit, ab iisdẽ species sumat & formet, per quas de rebus diiudicare possit, & quarum vestigia sibi imprimere valeat vt earum suo tempore & loco recordetur. Hinc à vulgaribus Physicis tres statuuntur sensus interni: Sensus communis, phantasia & memoria: Sed cum iudicium, specierum formatio ex obiectis, earundemque reseruatio vni animæ sentienti adscribantur, animaque ipsa suis insitis spiritibus ea omnia præstet, sub hoc axiomate dato modo eos sensus explicatos volumus, & tantum eorum sensum, quos externos vocant, declarationem paulo post subiiciemus.

III.

Quæ sensibus apprehenduntur, tum cognoscũtur, quando anima sentiens attendit.

Id est, quando anima sentiens radios suos infigit illi rei, quæ sensu percipitur, eosq; alio nõ vertit. Sic Philosophi, qui profundis meditationibus circa diuina & naturæ secretiora mysteria incumbunt, frequentissime alios etiam vociferantes, licet præ-

cet præſentes ſint, non audiunt. Archimedes vbi Syracuſæ fuerunt à Romanis captæ, præ profundis ſuis cogitationibus, quibus tum vnice intentus erat, hoſtem in ipſius muſæum vi irrumpentem non animaduertit, priuſquam gladio confoſſus in terram proſterneretur.

IV.

Vt debite apprehendantur ſenſilia, organorum integritas neceſſaria eſt.

Id eſt, vt alibi explicaui, ad ſenſibilium debitam apprehenſionem organum cuiuslibet ſenſus recte & ſecundum naturam oportet eſſe diſpoſitum, integrum, vigens & illæſum. Secus ſi fuerit, alia forma, quam qua debent, ſenſilia ſenſibus obiiciuntur. Sic febricitantium guſtui dulcia videntur eſſe amara, quia lingua vitiata eſt. Ebrioſi radios opticos fuliginoſis vini alteriuſue potus vaporibus inferciunt & replent, & ſic oculorum naturalem diſpoſitionem infirmant, vt ſæpe id quod vnum eſt, duplex illis videatur, homo pro homine intelligatur, & obiecta ſub alienis formis appareāt. Id quod nuperrime nobili cuidam viro accidiſſe ex fama patet, qui quēdam doctum virum ſibi obuium pro mercatore quodam Monaſterienſi ebrius agnouit, & ex odio, quo in mercatorem flagrabat viro illi literato mortem attentare per errorem conabatur, quod etiam forſan factum fuiſſet, niſi monitus acutius & attentius oculos in præſentem virum defixiſſet, & errorem ſuum deprehendiſſet.

V.

Senſilia quæ quaſi momento præteruolant, nihil admodum ſenſus afficiunt.

Quare mora requiritur moderata in ſenſatione, ne ſenſus decipiantur, & ſenſilia alio, atq; alio modo cognoſcantur.

VI.

Senſilium alia communia ſunt, alia propria.

Communia ſunt, quæ à pluribus ſenſibus percipi poſſunt. Horum ſunt quinque: motus, quies, figura, numerus, magnitudo. Proprium ſenſile eſt, quod vno tantum ſenſu comprehenditur, nec vllo alio ſenſu percipi poteſt. Et huius genera quoque ſunt quinque: color, ſonus, odor, ſapor, & tactile.

9. *Specialis declaratio ſenſuum viſum, auditum, guſtum, olfactum & tactum ordine exhibet & exponit.*

10. *Viſus eſt ſenſus, quo viſibile oculi apprehendunt.*

11. *Ad viſionem faciendam neceſſaria eſt: 1. Receptio ſpeciei in oculum. 2. Emiſſio radiorũ viſiuorum ad baſin rei viſibilis, 3. medium illuminatum, & 4. viſibile.*

12. *Receptio ſpeciei in oculum eſt imaginis, quam viſibile è ſe ſpiritualiter emittit, in oculum translatio.*

13. *Species rei viſibilis eſt forma & imago, quam*

go, quam visibile de se emittit, & ad oculum sistit.

Axiomata.

I.

Vnius corporis vna tantum species est, quæ immediate ab eo profluat.

Species enim debet respondere ei, cuius species est: Quod cum sit vnum, necessario vna species erit: Quando autem fit, vt plures species vnius rei appareant, illud fit vel ex indispositione medii, per quod species transit ad oculum: vel vitio oculi recipientis intra se speciem: Vnde ex specie visibilis corporis oculus aliam speciem aliquando sibi format, & animæ sentienti proponit inspiciendam; id quod sæpissime melancholicis accidere solet.

II.

Species rei visibilis adeo homogenea est, vt etiam singulæ partes ab ipsa diuisæ imaginem totius speciei præ se ferant.

Sume tibi speculum, illudq; in plures confringe partes, & te in iis partibus intuere, tot tui corporis imagines videbis, quot sunt partes speculi, vbi tamen prius ante fractionem speculi vnica tãtum tui corporis imago in speculo apparebat. Sic etiam ex specie à corpore visibili prodeunte oculi multorum hominum circumstantium partem sibi decerpunt, & in ea totius visibilis perfectam imaginem apprehendunt.

III.

Quantitas speciei pro dispositione (a) *medij &* (b) *oculorum recipientium variat.*

(*a*) Medium enim duplex si fuerit, species rei visibilis refrangitur, & ex refractione istam maiorem quantitatem sibi acquirit. Vnde axioma opticum: Id quod per duplex medium videtur, maius apparet. Vnde si aquam claram vrceo haurimus, & ad eius fundum nummulũ aureum ponimus, non nummulus, sed nummus nobis videtur, quia duplex medium est, per quod nũmulus aureus videtur, aer & aqua clara. Hic habes etiam fundamentum specillorum, quorũ beneficio homines acutius videre solent, dum species per specilla refranguntur, & refractæ oculis insinuantur. Vbi tamen sciendum est, species rerum visibilium tum per duplex medium apparere maiores, quãdo inter res visibiles & inter medium crassius aliquod spatium aereum intercedit, & medium crassius non nimis oculis appropinquat, seu oculorum pupillis arcte admotum non fuerit, sic si habueris crystallum, illumque oculis tuis arctissime applicaueris, nihil fere videbis, dummodo crystallus alicuius densitiei fuerit: Si quoque crystallum rebus visibilibus imposueris, videbis quidem maiores apparere res visibiles, sed tamen multo maiores imagines tuis oculis obiici animaduertes, quando paululum crystallum remoueris à rebus visibilibus, ita vt aliquid aeris interueniat. Præterea medii crassioris, licet clari, diuersa forma quantitatem speciei etiam mutare solet.

Si enim

Si enim tibi cryſtallus fuerit tres digitos latus & longus, & digitum vnum atque alterum profundus, eiuſque ſuperior ſuperficies plana, inferior vero ſit gibboſa & rotunda, tum ſi rotundam ſuperficiem rebus viſibilibus admoueris, minores formæ rerum viſibilium tibi apparebunt. Sin vero planam ſuperficiem viſibilibus rebus admoueris, formæ rerum videbuntur maiores.

Ratio autem hęc eſt, quia ſpecies rerum ſuperficiei medii craſſioris planæ firmius imprimuntur quam rotundæ. (*b*) Specula ita diſponi & confieri poſſunt, vt pro ratione puritatis & materiæ diuerſæ imagines, quæ in iis repræſentantur, aliam atque aliam quantitatem ſuſcipiant. Id quod ſpeculum concauum te abunde docere poteſt: in hoc enim ſi propius radios oculorum tuorum defixeris, grandiorem & ſtupendam formam tui capitis in eo videbis; Sic & ſimili modo quando humor oculorum cryſtallinus diſpoſitus fuit, & intra oculum excauatam formam obtinet, ſiue id fiat vitio alicuius morbi, ſiue natura, tum ſpecies rerum aliæ atque aliæ apparent, vt vel hinc homo mirabilia ſibi imaginetur, ſeq; videre autumet, quę tamen reuera extra poſita non ſunt. Nec ſtatim diuerſarum iſtarum imaginum apparitiones vitio imaginatricis facultatis adſcribendæ ſunt, cum anima ſentiens poſſit ſpecies ab oculis vitiatas intueri, & ſic alienum iudicium de rebus ſumere: Quamuis non negem animæ ſentienti aliquando hoc accidere, vt ex imaginibus recte ad oculos delatis ſpecies alienas

fingat,& in iis se exerceat: tamen illud probandũ non est, cum hac ratione luci tenebræ permisceãtur,& falsitas in scientias rerum irrepat. Hoc plerumque fieri solet, quando aliorum hominum, qui à nobis solide docti iudicantur, sensibus plus creditur, quam sensibus nostris, dum in imaginibus rerum ab eruditis illis viris perscriptarum animam nostam exercemus, ipsique nostris sensibus macrocosmum non perscrutamur: Vnde fit, vt sæpius plus temporis in aliorum opinionibus intelligendis insumamus, quam in disquirenda rerum ipsarum veritate. Nobis quid imagines aliorum sint, disquirendum non est, sed quid luminis & veritatis tam macrocosmus, quam microcosmus nobis exhibeat, nostris ipsorum sensibus expiscãdum. Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

IV.

Figura qua species ex visibili corpore ad oculũ defertur, pyramidalis est, sed species ipsa formam pyramidis non habet.

Accidit enim speciei, vt videatur sub forma pyramidis deferri, cũ tamen reuera pyramidalis non sit: Nam quando oculus minor est re visibili, oculus partem speciei à re visibili emissam sibi appropriat, & in ea totam speciem contemplatur. Ab huius partis extremitatibus si traduxeris lineas ad extremitates basis rei visibilis, figura vel conica, vel pyramidalis, vel alia, quæ sit latior, tibi apparebit. Pyramidalis ergo figura potius speciei à Mathematico affingitur, quam reuera ponitur.

14. *Emis-*

14. Emissio radiorum visiuorum ad basin rei visibilis est spirituum opticorum in pupilla oculi concentratorum effluxus ad illud quod videtur.

Sunt qui negant radios emitti ab oculo dum aliquid videtur, ac proinde Platonem arguunt statuentem per emissionem spirituum ex oculis fieri visionem. Sed Plato & omnes alii, qui in ea sententia sunt, inique reprehenduntur. 1. Quia intra oculum magnitudo rei apparere nequit, atque sic radiorum visiuorum effluxus requiritur, vt iusta magnitudo apprehendatur. Non autem arbitraberis, magnitudinem quandam de se speciem edere posse, & eam speciem ab oculo percipi. Nam magnitudo per se colorata non est, & pẽdet ab ipsa substantia cuius magnitudo est. Similiter & species magnitudinis pendebit à specie rei, quæ reuera magna est: Cum autem species ipsa rei magnæ in oculo non magna, sed parua est, species magnitudinis in oculo repræsentari nequit, ac proinde anima sentiens per pupillam oculi spiritus suos ablegare tenetur ad basin rei visibilis, vt eius quantitatem percipiat. 2. Quia distantiæ imago nulla potest esse in oculo maxime exiguum spatium occupante: at anima sentiens per oculum percipit rerum à se inuicem longissime remotarum distantiam inter se: Ergo emittit spiritus suos ad corpora longe inter se separata & distantia. 3. Addo quod corpus sensu nullo præditum etiam velocissime spiritualem naturam, nempe speciem sui de se in medio illuminato

fundat, quidni & anima ſentiens ſubtiliſſimæ naturę & ſpiritualis eſſentię radios viſiuos per debita organa emittere ad res viſibiles non poſſit? 4. Et perſuadere cuilibet cordato viro debet, quod emiſſio ſpirituum opticorum in viſione faciẽda ſit neceſſaria, quia duplex rerũ cognitio eſt, alia ſuperiorum & diuiniorum, alia inferiorum & terreſtrium. Prior cognitio fit radiorum animæ recurſu in centrum: Poſterior radiorum ſpiritualiũ excurſu è centro ad circumferentiam. In priore cognitione anima ſpiritus ſuos reflectit in ſe ipſam, & in ſe omnium rerum diuinarum naturas, arcana & ſtupenda myſteria tanquam in imagine Dei intuetur: In poſteriore cognitione, quia à perfectiore deficit, ſpiritus & radios ſuos anima à ſe ad alia auertit, vt in aliis perfectionem, à qua excidit, inueniat: Vnde etiam fit, vt cũ oculi ſint talis cognitionis potiſſimum ſubſidium & inſtrumentũ per oculos anima ſentiens radios viſiuos ad res videndas proiiciat.

Axioma.

Radij viſiui ſunt radij animæ ſentientis per oculos in ſpiritibus animalibus ad rem viſibilem delati.

Anima ſentiens per ſe eſt ſubſtantia ſpiritualis, eiuſque natura, quia de anima vniuerſi participat, ita eſt diſpoſita, vt niſi certis inſtrumentis ad externa feratur & veluti adſtringatur, ſemper in ſe reuertatur, & in ſe omnium rerum ideas diſquirat & iudicet: Sibi enim ſola ſuffi it ad rerum cognitionem, cum ſit ſpiritualiter omnia

mnia Entia, quæ in macrocoſmo hoc inferiori exiſtunt. Quod vero vno & eodem momẽto omnia intelligere non poteſt, in cauſa eſt ipſius implicatio cum tenebris corporis: Quo enim arctius operationibus corporis affixa eſt, eo minus in ſe contemplatur ideas inſitas, ſed corporeis actionibus intenta ſæpiſſime propter organorum defectum nihil ſentire, nihil cognoſcere & intelligere poteſt: vt videre eſt in vegetabilibus & mineralibus, quorum operationibus ita indulgere tenetur, vt, niſi tranſponatur in animalem diuinioremq; naturam, res extra ſe poſitas intueri & conſiderare nequeat. Animam intellectualem, id eſt, quæ ſcientiam intelligendi in ſe habeat, vegetabilibus & mineralibus etiam ineſſe vel ex eo patet, quod ex vſu certorum vegetabilium, nimirum ex moderata aſſumptione optimi vini intellectus hominis corroboretur, ita vt profundius iudicium de rebus inde non raro habeat. Lapidis Philoſophici legitima adminiſtratione & aſſumptione intra corpus ita homo afficitur, vt tam naturalia quam ſupranaturalia diuino etiam modo intelligat, in ſanctorum Angelorum conuerſationem deueniat, & omnium quæ in mundo ſunt, fuerunt & futura ſunt, in perſpicua imagine veluti in infallibili ſpeculo vno intuitu aſpiciat & cognoſcat: quod ſcio lectorem difficulter intelligere, præſertim eum, qui mirandorum Chymicorum plane ignarus eſt, & tantum in ſchola hominum, non in ſchola Naturæ Deiq; informatus eſt: ſed hac in re veris Philoſophis, qui vſum myſterii Sophici certa experiẽtia addidicerunt,

runt, fides adhibenda est: In sua arte vnicuique artifici est credendum. Placet in assertionis meæ veritatem adscribere instructionem, qua rusticus quidam (rusticus hic habitu & forma quidem fuit rusticus, sed rei Philosophicæ tamen sciētissimus) quendam Iuris Doctorem adhuc, ni fallor, viuentem, Lapidisque mysterium habentem instituit, vt videre est in arca aperta arcani artificiosissimi Francofurti ad Mœnum excusa apud Ioan. Bringerum: vbi p. 135. & seq. hæc habentur verba: Er lehrete mich auch darneben/daß/so ich 9. Tröpfflein oder Gränlein/neun Tage nach einander brauchen würde/ ich mit Engelischem Verstand begabet werde/vnd mich im Paradeiß zuseyn schätze: Wie ich dann deß Wunders auß dermassen viel von jhme vernommen/daß ich nimmermehr geglaubet hette/ wann ich es nicht selbst gesehen: Sed experientia mille testes. In hæc consentit etiam Comes Treuisanus, vbi in præfatione sui libri hunc vsum lapidis Philos. etiam recenset, inquiens: So zieret auch die Kunst / wann die Composition deß warhafftigen Steins gemacht / den Menschen mit solchem Verstandt / daß sich der Mensch darüber in sich selbst erfrewet / vnnd mit hertzlicher Begierde/ Gott für solche Wolthat dancken vnnd loben muß. In Summa/weil andere Künste / dieser weit nicht werht sind / dieweil diese Kunst ein sonderliche Gab Gottes ist/vnd wol einen bösen Buben / der sie recht sehen möchte / zwingen köndte / daß er Gott liebete/ vnd von seinem bösen Leben abstünde / so ist sie nicht allein sehr nutz / sondern sie sol auch zu keinem andern Ende/als zu Gottes Ehre/vnnd deß Nechsten

Wolfahrt gebraucht werden. Doch kan ich dir nit gnugsam erzehlen/wie einbrünstig gegen GOtt der Mensch / so sie recht hat/nur wirdt/daß mich gleich jammert/daß sie also vernichtet seyn sol. Vnde recte Thomas de Aquino: Ars ista (quæ productionem Lapidis Philosophorum nouit) vel reperit hominem sanctum, aut reddit eius inuentio sanctum.

15. *Medium illuminatum est medium lumine illustratum, per quod à visibili species defertur in oculos.*

Tale medium est aer aquaue radiis solaribus illuminata.

Axiomata.

I.

Medium aliud est simplex, aliud diuersum.

Simplex est, quod per omnia æqualem raritatem densitatemue habet. Medium diuersum est, quod differt densitate & raritate.

II.

Quodcunque per medium multiplex videtur, maius videtur.

Sic literæ quamuis minutæ & obscuræ per vitream phialam aqua plenam maiores clarioresq; cernuntur: poma vero per vitrum formosiora & maiora. Quicquid videtur per humorem, longe amplius vero est, ait Seneca. Sic literæ crassiori humidiorique chartæ inscriptæ dilatantur maioresque apparent: Sic quoque color medio humido craf-

do, crassoque incidens, dilatatus & distractus maiorem sui speciem visui exhibet: Denique quanto medium densius est, tanto maius apparet per ipsum visibile. Hinc itaque Possidonius apud Cleomedem lib. 2. ait: Si fieri posset, vt Sol per parietes solidos aliaque corpora à nobis spectaretur, quemadmodum de lynce ferunt fabulæ, fore vt multo maior cerneretur, quam per humorem crassioremque aerem visus. Ratio autem dati axiomatis consistit in refractione speciei: quando enim species fertur ad medium densius, dilatatur & extenditur in eo, & sic apparet maior. Vnde omnino fieri potest, vt per refractionem videatur quippiam, quod alias directe in conspectum venire nequit. Hac fallacia aliquando decepti Astronomi stellam putant esse supra Horizontem, quæ adhuc sit infra: Imo Sol & Luna tantum segmento aliquo minore orti possunt hac fallacia toti supra finitorem videri. Idem plane in occasu potest accidere, vt totum lumen supra esse credatur, cuius tantum segmentum supersit, radiis à vapore fractis speciem falsæ magnitudinis repræsentantibus. Ex dictis etiam perspectiuarum ratio facile tibi constare potest, quarum beneficio res vltra tria, quatuor, vel quinque milliaria dissitas distincte cognoscere licet: Vbi quia per triplex mediũ plerumque species in oculos venit, multiplici refractione maior apparet in extremitate sua, quam reuera est, vt hinc remotissima propinquissima facile diiudicari possint.

III. Mi-

III.

Medium tanto fortius illuminatur, quanto propinquius est luminosum corpus.

Certum enim est, agens tanto fortius agere, quanto patienti fuerit propinquius: Sic ictus iactusque cominus facti sunt valentiores: Sic ignis proxima quæque adurendo consumit, plus æquo remota non amburit: Sic denique luminosum corpus ex minori interuallo fortius illuminat opacum.

16. *Visibile est quicquid per speciem oculis conspiciendum exhibetur.*

Axiomata.

I.

Inter visibile & oculos iusta requiritur distantia.

Nisi igitur visibile quodlibet certo moderatoque interuallo radiaret, seu speciem suam emitteret, non videretur: Quin imo ipsa experientia testatur visibilia propius ad visum admota confuso nigricanteque colore prorsus sine figura fere apparere. Quemadmodum igitur species radiatione longinquiore visibilium punctorum dissipari intermediisque vmbris permisceri oportet; sic radiatio propinquior crassas turbidas ac nonnihil cõfusas visibilium species defert, quæ in aerem paulo longius diffusæ attenuantur, purificantur, & in ordinem rediguntur, obque tenuitatis moderationem videndi sensum congruenter lacessunt: non secus ac florum, rerumque odori-

re poterunt videri, quod Thucydides ætate sua contigisse memoria prodidit.

IV.

Omne visibile coloratum est.

Color quo visibile coloratur, est vel purus vel mixtus. Purus est color igneus albusue, luci eiusue radiis inhærens. Mixtus color est rerum sub ignis natura positarum, constatque ex lucis & tenebrarum in rebus visibilibus existentium commixtione. Variat autem autem multis modis in visione. 1. ratione lucis & tenebrarum: sic in columbis plumæ vnius quidem coloris diuersis tamen aspectibus à luce illustratę, variis coloribus & specie differentibus oculo repræsentantur. Sic anatum pauonumque colla alio atque alio ad lucem situ mutant colorem: sic quædam vestes Indicæ è pulmis contextæ colores varios pro lucis qualitate repræsentant. 2. Pro varietate medii quod transit. Sic videmus lucem per fenestras vitreas coloratas transeuntem similiter colorari, exindeque obiectum colore quodam imbuere: Sic prætereuntes prata vernantia vel vmbras viridium arborum virides videntur, vt est apud Cardanum lib. 4. de subtil. 3. Pro lucis distantia. Sic alba eminus visa videntur minus alba, nigra nigriora: Sic vmbræ quædam, veluti nubes, quæ in aere videntur albæ, in aqua videntur aut puniceæ aut purpureæ aut virides, aut cœruleæ. 4. Ex oculorum debilitate: id quod euidenter demonstrant oculi veternosi, arquati, aut glaucomate affecti.

V.

Puncta in re circulariter mota videntur circuli & peripheriæ.

Singula enim puncta motu suo describunt peripheriam: Nam quodlibet punctum non figitur in eodem loco sensili tempore, sed exiguo tempore circumgyrat totam peripheriam, in qua voluitur. Forma itaque puncti non prouenit ad visum, vt est punctum ipsum, sed per modum peripheriæ: Circularis enim motus est totus vnus & vniformis, non distinctus tempore, proptereaque visus non potest arripere formam puncti, nisi secundum peripheriam rei circulariter motæ. Et si varia sint puncta, variæ deinceps quoq; peripheriæ describũtur. Sic in ludo puerili trochus in plano exagitatus & variis versicoloribusq; punctis insignitus describit suo motu varias peripherias versicolores concentricas: Cuius quoque agitatio si fuerit intensissima, ipse visui existimabitur quiescere, immotusque stare, quandoquidem nullum in eo punctum certo loco consistens tempore sensili comprehenditur, sed minimo tempore & momento vno tota illa trochi rotunditas circumgyratur.

VI.

Sphæræ conuexum vel concauum eminus videtur planum: conus autem ante oculos constitutus triangulum: cylindrus quadrangulum rectilineum apparet.

VII.

VII.

Figura angulosa eminus angulatior & tandem rotunda videtur.

Sic pro triangulo sexangulum, pro quadrato octangulum, tandemque pro octangulo rotundum videbitur. Sic sæpius turres vrbium è longinquo conspectæ, etsi sint quadratæ, rotundæ tamen apparent.

VIII.

Sæpius sese conuertenti omnia moueri videntur.

Spiritus enim visiui ex motu totius corporis intus concussi huc illucque oberrant & circumaguntur, neque mouendi corporis fine facto, ipsoque corpore externo quiescente Spiritus interni quiescunt. Nam cum multo sint leuiores corpore concreto, multo etiam sunt mobiliores, & minor animæ potestas eos commouet: illi vero commoti formas imaginesque rerum commotas ac agitatas animæ sentienti obiiciunt, ac repræsentant: quippe ea omnia, quorum formæ commotis spiritibus obiiciuntur, etiam quiescente eo qui cernit, moueri videntur: non aliter ac rota ab aliquo impulsa diu mouetur, posteaquam etiam manus, à qua impulsa est, moueri iam cessauit.

IX.

Visibile quod videri debet, directe ad oculum per medium transmittit speciem.

Vnde Optici Allazenus 21. & 38. lib. propoſ. 1. & Vitello lib. 2. prop. 3. collocationem viſibilis ante viſum directe requirunt, nec niſi è regione viſibile oppoſitum videri docent. Quare partes viſibilis non in omne oppoſitum radiant, ſed tantum in id, quod cum parte radiante linea recta connecti poteſt: itaque viſio quibuſdam fieri dicitur per rectam lineam.

17. *Auditus eſt ſenſus auribus ſonum percipiens.*

Fit vero auditus quando ſonus per meatum auditorium foris obuium ſemperque patentem primum membranæ ſicciſſimæ maximeque ſonoræ (quam propterea tympanum vocant) alliditur; menynx pulſata oſſicula tria mouet, eiuſque ſoni characterem momento imprimit. Hunc ſonum vernaculus aer & congenitus ſtatim excipit, quem per feneſtellas in anfractus tortuoſos & labyrinthum, mox in cochleam defert: ab hac in neruum auditorium traiicit, & ab eo ad animam ſentientem tanquam ad cenſorem & iudicem transmittit.

18. *Sonus eſt tonus auribus aliunde illatus.*

Oritur vel à ſpiritibus, vel à ſolidis corporibus. Quando à ſpiribus oritur, tum Spiritus per anguſtum aliquod foramen adacti ſonum excitant, vel ex inſita ſua facultate ſubito ſe comprimentes ſtrepitum & vocem, etiam ſine externorum corporum ſubſidio edunt.

Quando

Quando autem à ſolidis corporibus ſonus efficitur, tum ex colliſione eorum id fieri neceſſe eſt.

Axiomata.

I.

Sonus adeo vniformis ſibi eſt, vt ſingulæ particulæ eius integro ſono reſpondeant.

Vnde fit vt plures auditores vnius hominis vocem percipientes ſub ſingulis particulis, in quibus eam accipiunt, integram vocem audiant: non aliter quemadmodum videntes in particula ſpeciei è corpore viſibili emiſſæ totam ſpeciem ſentire ſolent.

II.

Soni exceſſus lædit auditum.

Quemadmodum rei viſibilis nimius ſplendor viſum: Hinc illi qui perpetuo interſunt officinis ferrariis, & malleationes audiunt, facile ſurdaſtri fiunt.

III.

Corpora quo ſunt duriora & puriora, eo clariores ſonus edunt.

Hæc cauſa eſt quod aurum non adeo clare ſonet, quia licet ſit purum, tamen minus durum eſt: vbi vero admiſcetur durioribus metallis, & ſic ex accidente duritiem quandam adſciſcit, claritatem ſoni facile amplificat & auget.

IV.

Fissura & fractura corporum impediunt soni claritatem.

Corpus enim sonum edens continuum esse oportet: id quod vulgus fœminarum satis nouit: Fœminæ enim ad forum prodeuntes & ollas figulinas emere sibi proponẽtes, eas de manu vna prius pendunt & altera pulsant, vt ollarum earum integritatem inde explorent. Sciunt enim ollas non esse probas, quæ obscurum clangorem vel plane nullum edunt, atque ideo vel non esse eas à figulo satis excoctas, vel rimulas habere.

V.

Variat sonus varietate (a) *corporum, quorum collisione sonus editur, & diuersitate, dispositioneque varia* (b) *organorum, per quæ spiritus impulsi sonum excitare solent.*

(*a*) Hinc diuersum sonum diuersæ campanæ edunt. (*b*) Organa musica, quorum concentus frequenter in templis audiuntur, id ipsum abunde testantur. Nam ampliora crassiorem sonum; angustiora exiliorem sonum fundunt. Igitur fistulæ Discanti sonos formantes semper habentur angustiores reliquis, quæ inferiorum vocum formationi destinantur. Ad eundem modum pro dilatatione & compressione arteriæ vox hominis vel eleuatur, vel deprimitur.

19. Sonus est vel articulatus, vel inarticulatus.

20. *Articulatus dicitur vox, & est sonus animalis, qui aeris in guttur attracti respiratione excitatur.*

21. *Vox est vel bestialis, vel humana.*

22. *Bestialis vox nihil certi effert, cuiusmodi sunt mugitus, hinnitus, rugitus.*

Vulgo inarticulata vox dicitur: sed minus recte, quia articulorum multorum vsus necessarius est etiam in bestiis ad vocis formationem.

23. *Vox humana res certas distincte effert.*

Alias dicitur sermo, & est nuncius & interpres propriæ cogitationis, proceditq; ex mentis conceptione.

24. *Inarticulatus sonus est, qui ab aliis rebus præter animalia procedit.*

25. *Accidit sono repercussio, & dicitur Echo, quæ nihil est aliud quam geminatio seu reciprocatio soni facta ex reflexione soni in aliquo cauo opposito.*

Echo quia in illa itione & reditione languescit, extremas tantum syllabas vocis aut soni alterius ad auditum nostrum defert.

26. *Olfactus est sensus* (a) *naribus odorem percipiens.*

(a) Nares sunt odoratus organum externum: inferius autem cartilaginosæ, vt facile claudi, & malorum odorum ascensus prohibere possint: odoratus organum internum sunt proces-

ſus mammillares, qui ex cerebro per os frontis deriuantur, & in duas craſſiuſculas partes prope cauitates oculorum deſinunt: Sunt tubercula duo mammillarum ritu extuberantia, quæ ſummo narium oſſi obiecta inſident. Non facimus ergo cum Ariſtotele, qui inſtrumentum odoratus opercula duo in naribus recondita & per aerem reſpiratione attractum aperta facit: Quod ſi enim paria tegumenta eſſent, procul dubio aeris ingreſſu ſemper reſerarentur, quod tamen non experimur: aer ſiquidem quamuis vehementi impulſu nares ingrediatur, odorem nullum excitat, niſi inſpiratione attrahatur.

24. *Odor eſt ſpiritus ſulphureus ex* (a) *poroſorum corporum inhærente ſulphure in aerem* (b) *aquamue delatus ad* (c) *afficiendos Spiritus ſimiles in aliis corporibus exiſtentes.*

(*a*) Poroſa corpora oportet eſſe, è quibus ſulphureus iſte Spiritus promanet & exhaletur, quia è compactis & valde conſtrictis corporibus nihil odoris exire poteſt. Hinc aurum nullum è ſe odorem edit, quamuis ſulphure potentiſſimo polleat, cùm ſit corpus compactiſſimum. Aliter autem iudicandum eſt de auro Philoſophice reſoluto, veroque auro potabili, quod quia ex temperatiſſimo corpore factum eſt, dulciſſimum & ſpiritibus animalium conuenientiſſimum odorem è ſe profundit. (*b*) Aliquando etiam odorem per aquam deferri patet ex eo, quod piſces iniectam eſcam è longinquo

ginquo ſentiant,& cateruatim ad eam confluant. (c) Spiritus afficit odor vel refocillando,vel moleſtando,& lædendo. Odor homogeneus refocillat,heterogeneus moleſtat:id eſt, ille odor qui Spiritibus maxime affinis eſt,eos reficit:qui vero ſumme alienus eſt, & eorum naturæ aduerſatur, moleſtiam & dolorem iis concitat. Sic odor roſarum homines refocillat, fœtor excrementorum moleſtat, quia hic naturæ humanæ contrarius, ille ſimilis eſt. Econtra fœtor excrementorum humanorum vpupam delectat, ſuauis vero odor ipſam lædit, quia hic cum ſpiritibus ſulphureis in illa contentis diſconuenit. Poteſt tamen accidere, vt odor aliquis natura diſſentiat à ſpiritibus alicuius animalis, qui tamen ſucceſſu temporis ipſi familiaris fieri poteſt, ita vt odor, qui antea naturalis erat, in naturam plane contrariam ipſi abierit: non aliter ac ſi quis certi alicuius veneni paſtui ſe aſſuefecerit, ac in naturæ conuenientiſſimum pabulum, aſſiduo vſu venenum commutauerit: tum adeo familiare venenum redditum fuit, vt, licet poſtea ſe velit eo interficere, tamen non poſſit.

Quod videre eſt in Mithridate, qui hoſtis ſui impetu in anguſtias redactus veneno vitam ſibi adimere conſtituerat: ſed familiari venenorum vſu quia ſuum corpus ita diſpoſuerat, vt venena, quæ antea erant non naturalia, in ordinem naturalium abiuerint, nullo toxico mortem ſibi inferre, quamuis auſus fuerit, potuit.

Axiomata.

I.

Odor qui naribus percipitur, realis & ſpiritualis ſubſtantia eſt.

Vapor enim ſulphureus eſt, nec imago & ſpecies dici poteſt, qui odoratus organo ſentitur. Anima autem quando de odore iudicare debet, poſtquam realem odorem ſuis inſtrumentis percepit, ſpeciem inde prius format, vt & eius genera diſtinguere, & iudicium ſuum etiam, odore non præſente ſtatuere poſſit.

II.

Odor variat 1. pro (a) *varietate corporis è quo euaporat, 2. pro ratione* (b) *progreſſus.*

(*a*) Putrefacta enim corpora & male diſpoſita male olent: Contra vero corpora temperatæ naturæ bene. Et inter bonos odores etiam certi gradus ſunt: aliter enim cinnamomum aliter caryophyllum, aliter ſpica nardi, aliter roſa, aliter crocus olet. (*b*) Odor enim quo propius apud corpus eſt, eo fortior eſt: quo vero remotius diſtat, eo languidior eſt. Vnde etiam poteſt contingere, vt odores, qui origini ſunt viciniores, propter vehementiam ſuam olfactus organum lædant, remotiores vero ſuauius afficiant: quod vel ob id fieri ſolet, quia progreſſu odores craſſitiem vaporoſam odorum comitem deponunt,

&ſub-

& subtiliores ac proinde gratiores & acceptiores redduntur.

28. *Gustus est sensus lingua saporem corporum percipiens.*

Fit gustus hunc in modum: Corpus si actu est humidum, facile saporem linguæ imprimit: Sin autem siccum est, comminuitur prius & mox cum humiditate linguæ permiscetur, saporque in humorem translatus linguæ neruosiori parti communicatur.

29. *Sapor est Spiritus* (a) *salsugineus corporibus ita insitus, vt lingua admotus facile sentiri possit.*

(*a*) Salsugineus dicitur, quia omnis sapor à sale oritur.

Axioma.

Sapor pro salis varietate variat.

Sal igitur cum sit multiplex, multa etiam saporum genera statuuntur. Hinc sapor alius est saccharatus, alius vitriolatus, alius aluminosus, alius acetosus, alius aliter se habet pro salium temperie, tam in mineralibus, quam vegetabilibus & animalibus existente, vt fere tot genera saporum facile inuenire liceat, quot genera sunt rerum sapidatum: Hinc datur sapor melleus, sapor absynthiacus, sapor rosaceus, &c. Vulgus autem sapores distinguit in extremos & intermedios. Extremi sapores Aristoteli sunt dulcis, amarus, Galeno acerbus & acris. Intermedii

medii ſapores Ariſtotelicis ſunt quinque: Salſus, acer, auſterus, acerbus, acidus. Sed notandum etiam eſt, addi poſſe hiſce ſaporem obſcurum, qui rebus inſipidis inexiſtit, vt aquæ ſimplici & aeri. Inſipidæ autem ſubſtantiæ dicuntur, non quod omni ſapore deſtituantur, ſed quod ſal ipſis inſitum non ita euidenter, quemadmodum aliarum ſapidarum rerum ſalia, ſentiti ſoleat.

30. *Tactus eſt ſenſus tactilia percipiens.*

Hic communiſſimus eſt, per omnes & ſingulas fere corporis partes diffuſus, maximeque neceſſarius, ſine quo ne dici quidem animal poteſt.

Vnde etiam primus inter reliquos ſenſus vocatur Ariſtoteli lib. 2. de animal. c. 8.

31. *Tactilia ſunt omnia ea, quæ tactu percipiuntur.*

Referuntur ergo ad tactilia calor, frigus, humiditas, ſiccitas: item aſperum, leue, durum, molle, aridum, lubricum, lentum, friabile.

CAPVT

CAPVT VII.

DE AFFECTIBVS Animalibus.

1 *SENSVS fuerunt: Affectus animales sequuntur, quorum tria iam recensere & explicare genera placet.*

2. *Primum genus continet appetitum & auersationem animalem, amorem & odium.*

3. *Appetitus animalis est concupiscentia eius, quod anima sentiens iudicat esse bonum.*

Nemo enim appetit per se malum. Vnumquodque sui destructionem studio vitare & auersari solet. Accidit vero aliquando vt anima sentiens à vero iudicio aberret, & id, quod malum est, bonum esse putet: Tum quidem aliquando appetit anima sentiens malum, sed sub specie boni. Venenum bonis succis sæpe adeo subtiliter miscetur in cibo vel potu, vt nihil nisi bonum & salutare alimentum præberi videatur: Appetit ergo homo vel aliud animal illud. Sed euentus tandem docet, venenum fuisse, quia vel morbum diuturnum vel mortem produxit. Hoc ipsum sciunt impii homines, qui alterius hominis vitæ clam insidiantur: Præparare enim didicerunt venena, vt appareant sensibus salutaria, assumpta vero vel celeriter vel tarde internecionem

Vnde Optici Allazenus 21. & 38. lib. propos. 1. & Vitello lib. 2. prop. 5. collocationem visibilis ante visum directe requirunt, nec nisi è regione visibile oppositum videri docent. Quare partes visibilis non in omne oppositum radiant, sed tantum in id, quod cum parte radiante linea recta connecti potest: itaque visio quibusdam fieri dicitur per rectam lineam.

17. *Auditus est sensus auribus sonum percipiens.*

Fit vero auditus quando sonus per meatum auditorium foris obuium semperque patentem primum membranæ siccissimæ maximeque sonoræ (quam propterea tympanum vocant) alliditur: menynx pulsata officula tria mouet, eiusque soni characterem momento imprimit. Hunc sonum vernaculus aer & congenitus statim excipit, quem per fenestellas in anfractus tortuosos & labyrinthum, mox in cochleam defert: ab hac in neruum auditorium traiicit, & ab eo ad animam sentientem tanquam ad censorem & iudicem transmittit.

18. *Sonus est tonus auribus aliunde illatus.*

Oritur vel à spiritibus, vel à solidis corporibus. Quando à spiribus oritur, tum Spiritus per angustum aliquod foramen adacti sonum excitant, vel ex insita sua facultate subito se comprimentes strepitum & vocem, etiam sine externorum corporum subsidio edunt.

Quando

Quando autem à ſolidis corporibus ſonus efficitur, tum ex colliſione eorum id fieri neceſſe eſt.

Axiomata.

I.

Sonus adeo vniformis ſibi eſt, vt ſingulæ particulæ eius integro ſono reſpondeant.

Vnde fit vt plures auditores vnius hominis vocem percipientes ſub ſingulis particulis, in quibus eam accipiunt, integram vocem audiant: non aliter quemadmodum videntes in particula ſpeciei è corpore viſibili emiſſæ totam ſpeciem ſentire ſolent.

II.

Soni exceſſus lædit auditum.

Quemadmodum rei viſibilis nimius ſplendor viſum: Hinc illi qui perpetuo interſunt officinis ferrariis, & malleationes audiunt, facile ſurdaſtri fiunt.

III.

Corpora quo ſunt duriora & puriora, eo clariores ſonus edunt.

Hæc cauſa eſt quod aurum non adeo clare ſonet, quia licet ſit purum, tamen minus durum eſt: vbi vero admiſcetur durioribus metallis, & ſic ex accidente duritiem quandam adſciſcit, claritatem ſoni facile amplificat & auget.

IV.

Fissura & fractura corporum impediunt soni claritatem.

Corpus enim ſonum edens continuum eſſe oportet: id quod vulgus fœminarum ſatis nouit: Fœminæ enim ad forum prodeuntes & ollas figulinas emere ſibi proponẽtes, eas de manu vna prius pendunt & altera pulſant, vt ollarum earum integritatem inde explorent. Sciunt enim ollas non eſſe probas, quæ obſcurum clangorem vel plane nullum edunt, atque ideo vel non eſſe eas à figulo ſatis excoctas, vel rimulas habere.

V.

Variat ſonus varietate (a) *corporum, quorum colliſione ſonus editur, & diuerſitate, diſpoſitioneque varia* (b) *organorum, per quæ ſpiritus impulſi ſonum excitare ſolent.*

(*a*) Hinc diuerſum ſonum diuerſæ campanæ edunt. (*b*) Organa muſica, quorum concentus frequenter in templis audiuntur, id ipſum abunde teſtantur. Nam ampliora craſſiorem ſonum; anguſtiora exiliorem ſonum fundunt. Igitur fiſtulæ Diſcanti ſonos formantes ſemper habentur anguſtiores reliquis, quæ inferiorum vocum formationi deſtinantur. Ad eundem modum pro dilatatione & compreſſione arteriæ vox hominis vel eleuatur, vel deprimitur.

19. Sonus eſt vel articulatus, vel inarticulatus.

20. Articu-

20. *Articulatus dicitur vox, & eſt ſonus animalis, qui aeris in guttur attracti reſpiratione excitatur.*

21. *Vox eſt vel beſtialis, vel humana.*

22. *Beſtialis vox nihil certi effert, cuiuſmodi ſunt mugitus, hinnitus, rugitus.*

Vulgo inarticulata vox dicitur: ſed minus recte, quia articulorum multorum vſus neceſſarius eſt etiam in beſtiis ad vocis formationem.

23. *Vox humana res certas diſtincte effert.*

Alias dicitur ſermo, & eſt nuncius & interpres propriæ cogitationis, proceditq; ex mentis conceptione.

24. *Inarticulatus ſonus eſt, qui ab aliis rebus præter animalia procedit.*

25. *Accidit ſono repercuſſio, & dicitur Echo, quæ nihil eſt aliud quam geminatio ſeu reciprocatio ſoni facta ex reflexione ſoni in aliquo cauo oppoſito.*

Echo quia in illa itione & reditione langueſcit, extremas tantum ſyllabas vocis aut ſoni alterius ad auditum noſtrum defert.

26. *Olfactus eſt ſenſus* (a) *naribus odorem percipiens.*

(a) Nares ſunt odoratus organum externum: inferius autem cartilaginoſæ, vt facile claudi, & malorum odorum aſcenſus prohibere poſſint: odoratus organum internum ſunt proceſ-

ſus mammillares, qui ex cerebro per os frontis deriuantur, & in duas craſſiuſculas partes prope cauitates oculorum deſinunt: Sunt tubercula duo mammillarum ritu extuberantia, quæ ſummo narium oſſi obiecta inſident. Non facimus ergo cum Ariſtotele, qui inſtrumentum odoratus opercula duo in naribus recondita & per aerem reſpiratione attractum aperta facit: Quod ſi enim paria tegumenta eſſent, procul dubio aeris ingreſſu ſemper reſerarentur, quod tamen non experimur: aer ſiquidem quamuis vehementi impulſu nares ingrediatur, odorem nullum excitat, niſi inſpiratione attrahatur.

24. *Odor eſt ſpiritus ſulphureus ex* (a) *poroſorum corporum inhærente ſulphure in aerem* (b)*aquamue delatus ad*(c)*afficiendos Spiritus ſimiles in aliis corporibus exiſtentes.*

(*a*) Poroſa corpora oportet eſſe, è quibus ſulphureus iſte Spiritus promanet & exhaletur, quia è compactis & valde conſtrictis corporibus nihil odoris exire poteſt. Hinc aurum nullum è ſe odorem edit, quamuis ſulphure potentiſſimo polleat, cùm ſit corpus compactiſſimum. Aliter autem iudicandum eſt de auro Philoſophice reſoluto, veroque auro potabili, quod quia ex temperatiſſimo corpore factum eſt, dulciſſimum & ſpiritibus animalium conuenientiſſimum odorem è ſe profundit. (*b*) Aliquando etiam odorem per aquam deferri patet ex eo, quod piſces iniectam eſcam è longinquo

ginquo ſentiant,& cateruatim ad eam confluant.
(c) Spiritus afficit odor vel refocillando,vel moleſtando,& lædendo. Odor homogeneus refocillat,heterogeneus moleſtat:id eſt, ille odor qui Spiritibus maxime affinis eſt,eos reficit:qui vero ſumme alienus eſt, & eorum naturæ aduerſatur, moleſtiam & dolorem iis concitat. Sic odor roſarum homines refocillat, fœtor excrementorum moleſtat, quia hic naturæ humanæ contrarius, ille ſimilis eſt. Econtra fœtor excrementorum humanorum vpupam delectat, ſuauis vero odor ipſam lædit, quia hic cum ſpiritibus ſulphureis in illa contentis diſconuenit. Poteſt tamen accidere, vt odor aliquis natura diſſentiat à ſpiritibus alicuius animalis, qui tamen ſucceſſu temporis ipſi familiaris fieri poteſt, ita vt odor, qui antea naturalis erat, in naturam plane contrariam ipſi abierit: non aliter ac ſi quis certi alicuius veneni paſtui ſe aſſuefecerit, ac in naturæ conuenientiſſimum pabulum, aſſiduo vſu venenum commutauerit: tum adeo familiare venenum redditum fuit, vt, licet poſtea ſe velit eo interficere, tamen non poſſit.

Quod videre eſt in Mithridate, qui hoſtis ſui impetu in anguſtias redactus veneno vitam ſibi adimere conſtituerat: ſed familiari venenorum vſu quia ſuum corpus ita diſpoſuerat, vt venena, quæ antea erant non naturalia, in ordinem naturalium abiuerint, nullo toxico mortem ſibi inferre, quamuis auſus fuerit, potuit.

Axiomata.

I.

Odor qui naribus percipitur, realis & ſpiritualis ſubſtantia eſt.

Vapor enim ſulphureus eſt, nec imago & ſpecies dici poteſt, qui odoratus organo ſentitur. Anima autem quando de odore iudicare debet, poſtquam realem odorem ſuis inſtrumentis percepit, ſpeciem inde prius format, vt & eius genera diſtinguere, & iudicium ſuum etiam, odore non præſente ſtatuere poſſit.

II.

Odor variat 1. pro (a) *varietate corporis è quo euaporat, 2. pro ratione* (b) *progreſſus.*

(*a*) Putrefacta enim corpora & male diſpoſita male olent: Contra vero corpora temperatæ naturæ bene. Et inter bonos odores etiam certi gradus ſunt: aliter enim cinnamomum aliter caryophyllum, aliter ſpica nardi, aliter roſa, aliter crocus olet. (*b*) Odor enim quo propius apud corpus eſt, eo fortior eſt: quo vero remotius diſtat, eo languidior eſt. Vnde etiam poteſt contingere, vt odores, qui origini ſunt viciniores, propter vehementiam ſuam olfactus organum lædant, remotiores vero ſuauius afficiant: quod vel ob id fieri ſolet, quia progreſſu odores craſſitiem vaporoſam odorum comitem deponunt,

&ſub-

& ſubtiliores ac proinde gratiores & acceptiores redduntur.

28. *Guſtus eſt ſenſus lingua ſaporem corporum percipiens.*

Fit guſtus hunc in modum: Corpus ſi actu eſt humidum, facile ſaporem linguæ imprimit: Sin autem ſiccum eſt, comminuitur prius & mox cum humiditate linguæ permiſcetur, ſaporque in humorem translatus linguæ neruoſiori parti communicatur.

29. *Sapor eſt Spiritus* (a) *ſalſugineus corporibus ita inſitus, vt lingua admotus facile ſentiri poſſit.*

(*a*) Salſugineus dicitur, quia omnis ſapor à ſale oritur.

Axioma.

Sapor pro ſalis varietate variat.

Sal igitur cum ſit multiplex, multa etiam ſaporum genera ſtatuuntur. Hinc ſapor alius eſt ſaccharatus, alius vitriolatus, alius aluminoſus, alius acetoſus, alius aliter ſe habet pro ſalium temperie, tam in mineralibus, quam vegetabilibus & animalibus exiſtente, vt fere tot genera ſaporum facile inuenire liceat, quot genera ſunt rerum ſapidatum: Hinc datur ſapor melleus, ſapor abſynthiacus, ſapor roſaceus, &c. Vulgus autem ſapores diſtinguit in extremos & intermedios. Extremi ſapores Ariſtoteli ſunt dulcis, amarus, Galeno acerbus & acris. Intermedii

CAPVT VII.

DE AFFECTIBVS Animalibus.

1 *SENSVS fuerunt: Affectus animales sequuntur, quorum tria iam recensere & explicare genera placet.*

2. *Primum genus continet appetitum & auersationem animalem, amorem & odium.*

3. *Appetitus animalis est concupiscentia eius, quod anima sentiens iudicat esse bonum.*

Nemo enim appetit per se malum. Vnumquodque sui destructionem studio vitare & auersari solet. Accidit vero aliquando vt anima sentiens à vero iudicio aberret, & id, quod malum est, bonum esse putet: Tum quidem aliquando appetit anima sentiens malum, sed sub specie boni. Venenum bonis succis sæpe adeo subtiliter miscetur in cibo vel potu, vt nihil nisi bonum & salutare alimentum præberi videatur: Appetit ergo homo vel aliud animal illud. Sed euentus tandem docet, venenum fuisse, quia vel morbum diuturnum vel mortem produxit. Hoc ipsum sciunt impii homines, qui alterius hominis vitæ clam insidiantur: Præparare enim didicerunt venena, vt appareant sensibus salutaria, assumpta vero vel celeriter vel tarde internecionem

necionem pro arbitrio eorum afferant. Constat ex Hermolao Barbaro, viro incomparabilis doctrinæ; qui nihil non cognitionis sui seculi ad antiquitatem referre conatus est, Scalig. exc. 157. Aconiti radicem præparari posse, vt biennio tollat, anno, mensibus sex, tribus, duobus, vno. Detestandam hanc artem incrustatoriam & ad inferos relegandam omnes veri Christiani mecum statuunt.

4. Appetitum animalem (a) *ex parte declarant fames & sitis.*

(*a*) Dico, ex parte: quia animalia plura alia appetunt quam cibum & potum: vtpote amari ab aliis, fœtuum suorum salutem, suæ speciei propagationem, hostium interitum, & multa alia, quæ omnia vno fasciculo difficulter nos includere possumus.

5. Fames est appetitus cibi, qui tum oritur, quando anima sentiens eum deesse intelligit.

Quando saturari cibo cupimus, argumentum est de nostrorum corporum membris aliquid decedere, & nisi restauretur, aliudque assimiletur, morbum mortemq; afferre: Vnde Paracelsus: Der hunger ist ein Fürhalter des Todes zukunfft in abgang der Glieder: Paramir. lib. 1. de orig. morbor. ex tribus primis oppositis.

6. Sitis est appetitus potus, qui tum oritur quando cibus in ventriculum iniectus vel vltra modum exsiccatur, & sic transmutationi suæ in

chylum impedimento est: vel sal aliquod cum cibo assumptum non conuenienter dilutum est, sed sua intensa potestate ventriculum arrodit, potentiusque exsiccationem causatur.

Appetitus hic est ordinatus & debitus: alias inordinatus appetitus est potionis, quando vel propter voluptatis complementum, quod ex potu conuenienti ad animal redundat, vel ex quadam consuetudine, vel ex eo, quod inebriari cupiat, &, animam sentientem turbari & agitari superfluis vaporibus, felicitati adscribat, potionem aliquam animal sibi infundit.

7. *Auersatio est abalienatio animæ sentientis ab eo quod malum esse iudicat.*

Id quod ergo animal sensu cognoscit esse malum, auersatur & fugit.

8. *Amor est complacentia in rem amatam ab animali delata.*

Sunt qui amorem definiunt appetitum: Sed falso, quia amori appetitus accidit: siquidem posteaquam amata re potiti sumus, cessat appetitus, manet amor.

Multa mihi desunt, quæ amo, nec tamen appeto: Amo Cicerons eloquentiam, non appeto.

9. *Odium est displicentia, qua animali res aliqua displicet.*

Odio frequentissime accidit auersatio: illud enim quod odio habetur, plerumque fugitur & vitatur. Potest tamen odium aliquando in

do in illud ferri, quod vel plane vitari, vel commode ab iis, quæ odio habent, abesse non potest. Odi venenum aeris tempore pestilentiæ: sed eius impetum vitare nequeo, quia aerem, in quo venenum est, necessario haurio.

10. *Secundum genus animalium affectuum continet voluptatem & dolorem, lætitiam & tristitiam.*

11. *Voluptas est delectatio ex fruitione.*

Dum enim animal fruitur aliqua re, illaque delectatur, voluptatem habere recte dicitur: Vnde Scaliger lib.3.poet. c.106.voluptatem definit fruitionem boni expetiti.

12. *Dolor est molestia animalis ab eo, quod sensu percipitur, illata.*

Vt plurimum oritur à salibus potentissimis corrodentibus, pungentibus, acidis, amaris, & sulphure inflammante, aliisque rebus immodice sensus ferientibus.

13. *Lætitia est spirituum animalium cum delectatione promptissima à centro ad circumferentiam agitatio.*

Oritur sæpe à puritate spirituum: Vnde qui laudato sanguine abundant, frequentius lætantur. Promouetur lætitia per lucem, cuius præsentia valde delectatur. Hinc Solis luce accedente multi gaudent, eadem à nobis discedente tristantur. Vitam conseruare & prolongare lætitia creditur, nisi in lætando animal cõmittat excessum. Repente insperato gaudio expirasse animam

animam refert Ariſtoteles Polycratam, nobilem fœminam è Naxo Inſula. Philippides quoque comœdiarum Poeta haud ignobilis ætate iam edita cum in certamine Poetarum præter ſpem viciſſet, & lætiſſime gauderet, inter illud gaudium repente mortuus eſt. De Rhodio etiam Diagora celebrata hiſtoria eſt. Is Diagoras tres filios adoleſcentes habuit, vnum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem, eoſque omnes vidit vincere, coronarique eodem Olympiæ die. Et cum ibi eum tres adoleſcentes amplexi coronis ſuis in caput patris poſitis ſuauiarentur; cumq; populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret: ibi in ſtadio, inſpectante populo, in oculis atque in manibus filiorum animam efflauit. Vide Gellium lib. 3. noct. Attic. cap. 15.

14. *Triſtitia eſt ſpirituum animalium cum perturbatione à circumferentia ad centrum cordis latio.*

Triſtitia igitur eſt contractio ſpirituum à re non conueniente ad ſua principia. Scal. exc. 312. Accelerat mortem, ſi continuatur: Spiritus enim nimium anguſtantur, & tenebris offunduntur. Vnde inuenti fuerunt, qui ob mortem alterius mortem vel ſibi ipſis intulerunt, vel temporis breui ſpacio alio fato ex hac vita diſceſſerunt.

15. *Tertium genus affectuum animalium exhibet ſomnium & vigiliam, itemque motum localem.*

16. Somnus est cessatio sensationum ex animalium spirituum defatigatione.

Spiritus animales dum ab anima sentiente potenter agitantur, & mouentur, vaporibus ex inferioribus corporis partibus eleuatis resistunt, & prohibent, ne ab istis vincantur, obruantur, & sopiantur: vnde vigiliam efficiunt. Si vero Spiritus animales sat diu in externarum rerum cognitione sensuali hæserunt, defatigantur, & non adeo viriliter vaporibus discutiendo resistunt, sed se superari ab iis passi intus se abscondunt, & Somnum efficiunt, vsque dum exinde refocillentur, & id, quod foras proficere & efficere debent, cum alacritate & nouis viribus aggrediantur. Nam

Quod caret alterna requie, durabile non est,

Dum vero anima somnum capit, anima sentiens radios suos in se conuertit, & pro ratione rerum, quas vigilans percepit, vt & pro interna dispositione varias sibi fingit species, in quibus delectatur, & intuetur tam præsentia quam futura. Vnde somnia, quæ & brutis & hominibus simul conueniunt. Somnia ergo sunt visiones in somnis. Quousque se anima sentiens suis radiis extendit, eousque somnia in ea prodeuntia porriguntur. Anima sentiens est veluti speculum similium rerum, id est earum quæ crassitiei inuolucro & tenebris mundi inferioris teterrimis detinentur, capax: & est compendium omnium eorum, quæ in vniuerso hoc corporali seu mundo inferiori quatuor Elementorum corporibus

conclu-

concluſo continentur, ita vt, quia vnaquæque mundi particula totum mundum in ſe ſpiritualiter concludit, nihil fiat extra animal, quod non etiam ſimul per quandam ſimilitudinem intra ipſam ſentientem animam appareat, etiamſi anima propter certa impedimenta omnia ſimul intueri nequeat. Impedimenta autem hæc partim ex admirando omnium rerum concentu oriuntur, partim ex iis, quibus alias anima ſentiens intente indulget. Rerum concentus requirit, ne omnes virtutes alicuius corporis vel Spiritus vna prodeant, ſed vna poſt aliam ſe oſtendat, ne ordinis huius conturbatio errorem ſuperinducat: Excitantur autem virtutes iſtæ animæ ſentientis in dormientis corpore exiſtentis ab ipſa anima, & pariunt fructus præſtantiores, quo ſubtiliores & puriores ſunt vapores ex inferioribus membris aſcendentes ſomnumque producentes:

Pro diuerſitate vmbrarum ſpeculum variat ſpecierum ſplendorem,

17. *Vigilia eſt animæ ſentientis conueniens promotio cum attentione ad externa ſenſilia.*

Quemadmodum artifices vitrarij cinerem cum arena diu incoquunt, priuſquam vitra ex iſta materia conflent, idque eo fine faciunt, vt materia illa magis magiſque purificetur & purgetur, quo vitrum reddatur clarius & magis pellucidum: ita craſſus cibus per ſomnum prius ita digerēdus eſt, vt ſubtilior fiat, & ſubtiliores Spiritus animæ

ſentientis cognitioni inſeruientes producat, atque ſic ſenſationibus externis firmius & conſtantius accommodet, quo animal vigilando circa ſenſuum obiecta certius verſetur. Vigilia autem ſemper coniuncta eſt cum radiorum animæ ſentientis affixione & applicatione ad ea, quæ xetrinſecus feriunt, ac proinde in ſentiendo anima ad ſenſibilia attendit. Vigiliam dico eſſe conuenientem promotionem: Naturæ enim amica eſt, & durat tantum eo vſque, dum Spiritus defatigati in exterioribus intus ſe recipere cogitant, vt reficiantur & corroborentur: alias interdum fieri ſolet, vt Spiritus peregrini & ſulphurei ſuperaduenianr, naturaleſque radios perturbent, ſomnique aduentui viam omnem præcludant. Vigilia hæc naturalis non eſt, ac ſic haud naturæ animalis conuenit: Vulgo & quidem Barbaris barbare dicitur inſomneitas. Eſt morbus. Omnis vigilia in ſalutem animalis data eſt.

18. Supereſt ex animalibus affectibus motus localis.

19. Motus localis eſt, quo anima ſentiens corpus ſuum localiter mouet.

Motus localis multæ ſpecies ſunt: Anima enim ſentiens corpus totum de loco ad locum mouet: vt videre eſt in inceſſu, volatu, natatu, repratu. Mouet etiam partem aliquam tantum. Hic motus localis varius eſt & multiplex, ob partium diuerſitatem, partim ob ſex poſitionis localis differentias, ſecundum quas corpus mouetur: vt ſunt, ſupra, infra, ante, retro, dextorſum,

trorsum, sinistrorsum: partim ob varietatem & distinctionem modorum, quibus motus localis fieri solet: vt sunt extensio, contractio, dilatatio, compressio, erectio, incuruatio, & id genus alij.

Annotaio.

Plures quidem esse affectus animæ sentientis facile agnosco: sed omnes non libuit explicare: quia ad explicationem eorum, quæ magis vtilia sunt, propero, & ea, quæ omissa sunt, sine magna iactura abesse possunt.

Capvt VIII.

De Bestiis.

1 *HActenus partes essentiales animalis enarraui: sequuntur species eiusdem.*

2. *Animal ergo est vel bestia, vel homo.*

2. *Bestia est animal brutum.*

Ac proinde irrationale. Sunt quidem homines, qui bestiis quibusdam rationem tribuant, cum actiones hominum æmulari videntur: sed longe errant: Non enim omnia, quæ ab homine fiunt, à ratione eius proficiscuntur: Huiusmodi igitur actiones, quæ à ratione non promanant, cum bestiæ sæpe imitentur, & præter naturæ suæ consuetudinem iis paulatim assuefiant, non inde rationis participes iudicari debent.

4. Bestia est vel perfectior, vel imperfectior.

5. Bestia perfectior est bestia corpore integro & sanguine, quem intra se gignit, constans.

6. Est hæc vel terrestris, vel aquea.

7. Terrestris est, quæ aerem inspiratione haurit, & extra aquam ordinarie viuit.

8. Terrestris bestia est vel gressibilis, vel volatilis.

9. Gressibilis est, quæ vtitur gressu in terra.

10. Estque vel quadrupes, vel reptilis.

11. Quadrupes bestia est bestia quaternis pedibus incedens.

Iisdem propemodum partibus constat, quibus homo: nisi quod pro brachiis pedes habeat priores.

12. Reptilis bestia est, quæ humi repit.

Hiusmodi bestiæ sunt viperæ & coluber, quæ renouandi facultatem habent, quia exuuias deponendo se quotannis renouare solent.

13. Porro bestia volatilis alias vno verbo dicitur auis.

14. Aues aereæ sunt natura, bipides, multifidos pedes habent, & alis seu pennis supra terram volando se promouent.

Generatio earum fit ex ouo: atque inprimis ex al-

ex albugine: vitello enim nutriuntur, donec excludantur: Vegetantur autem & vitam concipiunt oua à calore fœminarum incubantium. Distinguuntur aues ratione victus, ita vt aliæ sint carniuoræ, veluti eæ, quæ vngues habent aduncos: vt accipiter, miluus: aliæ vermiculis, aliæ herbis, aliæ frugibus vescantur.

15. Tantum de terrestribus bestiis: Aqueæ sunt, quæ in aquis degunt.

16. Huius generis sunt pisces, quæ sunt animalia corpore oblongo cute squammata, in aquis viuentia.

Piscium propagatio vt plurimum fit per seminalem rationem, sed cum hoc discrimine, vt vt quidam oua generent & aquis fouenda committant: quidam vero pariant viuos fœtus, vt cete ingentia, delphinus, phoca: Tempore coitus gregatim par cum pari versantur, & coeunt in occursu leui, & exiguo contactu, vt visum fallant, concipiuntque fœmellæ oua in matrice, sed ea non perficiuntur nec fœtus dant, priusquam à lacte seu semine masculi adspergantur: In quæ enim oua semen masculi eiicitur, ex illis fiunt pisces, reliqua manent sterilia.

17. Et hæc de bestiis perfectioribus: imperfectiores bestiæ appellantur insecta.

18. Insecta ergo sunt animalia imperfectiora, sanguine carentia, incisuris distinctum corpus habentia, & propterea non respirantia.

Huiusmodi ſunt muſcæ, culices, papiliones, apes, veſpæ, cicadæ, ſcarabæi, cantharides, formicæ, aranei, locuſtæ, pulices, vermes, bruchus, eruca, tinea, ſcorpio, &c.

CAPVT IX.

DE HOMINE, EIVSque anima rationali.

1 *SIc de beſtia: reſtat vt de homine, tanquam de præſtantiſſimo animalium agamus.*

Homo eſt animalium præſtantiſſimum, quia præter animam ſentientem poſſidet rationem, & ſupra rationem mentem, qua in Chriſto Ieſu imagine Dei Patris viua Deum intuetur, & multo eminentiora magnalia, quam quæ per ſenſus in mundo hoc viſibili explorantur, cognoſcit.

2. Homo eſt animal rationale.

Seu eſt animal anima rationali præditum. Homo vt omniũ creaturarum nobiliſſima eſt, ad cuius vtilitatem omnia ſunt facta: ita etiam omnium partium ſtructuram præ aliis animalibus elegantiſſimam habet, erectus & cœlum ſuſpiciens. Cæterum cum homo ſingularum beſtiarum, plantarum, meteororum, ſtellarum, omniumque Elementorum naturam, eſſentiam & virtutes in ſe reuera habeat, atque à Deo poſtremo

ſtremo loco creatus ſit, omnium creaturarum, quæ hoc in mundo continentur, perfectio, & complementum recte dicitur, ac proinde iure poſt cæteras omnes & ſingulas creaturas in Phyſica docetur. Quo ſimplicius aliquid eſt, eo magis præcedere debet: Iam omnes aliæ creaturæ ſimpliciores ſunt homine: quia homo in reſpectu ad vegetabilia & animalia corpora habet animam rationalem, qua tam beſtiæ & plantæ, quam ſtellæ & elementa deſtituuntur: in reſpectu vero ad intelligentias ſibi adiunctum habet corpus, quale illæ non habent. Accedit quod ex macrocoſmo microcoſmus facile cognoſcitur: Quicquid vero non poteſt ſine aliquo cognoſci, illud eſt poſterius eo, ſine quo cognoſci nequit. At microcoſmus ſeu homo ſine creaturis ſupra explicatis perfecte cognoſci non poteſt: Igitur homo eſt poſterior iis: & per conſequens, ratione methodi poſteriore loco tractandus.

3. Hominis primum partes eſſentiales, deinceps vero eius ortus, conſeruatio tractanda ſunt.

4. Hominis partes eſſentiales ſunt corpus & anima rationalis.

5. De corpore hominis vt multum agam, non opus eſſe reor, quia facile ex corporis ſentientis explicatione eius natura ſciri poteſt.

Hoc tantum habet priuilegium, quod organa cognoſcendi in corpore hominis ſint ſubtilio-

ra & limatiora, quam in brutis: Vnde anima quæ corpori hominis insidet, radios suos altius eleuare, extollere & sublimare potis est.

6. Anima rationalis est anima sidereæ naturæ, facultatem habens intelligendi omnia ea, quæ sub cælo Empyreo in macrocosmo continentur.

Sidereæ naturæ dico esse animam hominis: quia ex astris visibilibus nutrimentum suum haurit, & è cœlo sidereo ortum suum trahit, dum corpus suum spirituale, quod immediate inhabitat, ex eo assumpsit, sibique proprium fecit. Vnde omnia cognoscendi principia, quæ alibi in brutis sparsim & seiunctim reperiuntur, in vno homine coniunctim reperire licet. Differt ergo ab anima sentiente existente in brutis, quod cognitionis vires omnes simul in se habet, quas bruta discretim & seiunctim pro sua singulorum dispositione obtinent. Anima rationalis dicitur internus & sidereus homo, & est lumen naturæ suis radiis penetrans macrocosmum inferiorem & corporeum, desinensque in mundo spirituali, angelico & superiori, qui dicitur à me in primo libro cœlum Empyreum: Huius enim profunditatem propter superiorem & eminentiorem subtilitatem, puritatemque, quæ in cœlo illo supranaturali reperitur, permeare nequit: Sed ante eius citimam superficiem sistere se cogitur. Purissimis impura conuenienter admisceri non possunt.

Impurum

Impurum magis ad ſuperos, quam ad inferos fertur.

Axiomata.

I.

Anima hominis ita diſpoſita eſt, vt, ſi pura ſit, in ſe omnium rerum in macrocoſmo inferiori exiſtentium imagines, quas modo voluerit, concipere & diiudicare poſſit.

Eſt igitur inſtar ſpeculi, quod imagines rerum etiam remotiſſimarum in ſe recipere & cognoſcere poſſit. Arte poteſt fieri, vt remotiſſimum videatur per perſpectiuam præſentiſſimum: Multo magis ea, quæ fiunt in remotiſſimis locis, ſpeculo noſtro ſpirituali, quod eſt anima rationalis, repræſentabuntur & cognoſcentur. Cum veero huiuſmodi cognitio per ſenſus externos fieri nequeat, neceſſarium eſt, vt anima Spiritus & radios ſuos ſenſibus externis ſubtrahat, & in ſe conuertat, quo inde lux animæ intrinſecus augeatur, & impedimenta, quæ imaginum, ſecundum quas res remotæ & profundæ in notitiam deueniunt, apparitionem reprimunt & vetant, remoueantur. Beatus ille, cuius animæ ita lux affluget, vt rerum imagines aperte intra ſuæ animæ abyſſum ſine admixtione peregrinarum tenebrarum ſe conſpiciendas offerant: Illi enim omnia quæ fiunt in vniuerſo mundo etiam vltra centum & plura milliaria adeo pateſcere poſſunt, ac ſi præſens omnia ſuis externis oculis contueretur: imo imagines & ſpecies,

ſpecies, quas alii homines in animo ſuo verſant, ita in eius animo reſplendebunt, vt nullum conſilium, quod alii ineunt, ipſi eſſe poſſit occultum. In ſomnis, quando exteriores ſenſus quieſcunt, & homo puræ mentis eſt, vitamque alias agit piam, tenebræ menti officere nequeunt: ſed poſt earum diſcuſſionem homo videt amicos, conſanguineos, & multa alia remotiſſima eorumque ſtatum ita explorat, ac ſi præſens fuiſſet. Hoc admirandum eſt, quod nihil fiat in macrocoſmo inferiori, quod ſingulari quodam modo ſe non ſignificet animæ rationali, dummodo peregrinis tenebris via non præcludatur, qua imagines & ſpecies rerum in animam perueniant. Quemadmodum imago & ſpecies alicuius corporis viſibilis ita totum viſibile repræſentat, vt etiam ipſius minutiſſimæ particulæ à ſpeculis variis exceptæ totius ſpeciei formam & figuram referant, ad repræſentandum totum viſibile: ita etiam anima rationalis, quæ eſt particula animæ vniuerſi, in ſe omnium quæ in hoc macrocoſmo inferiori continentur imagines ſpiritualiter continet, vt (remotis impedimentis & obſcuritatibus, quæ interuenire ſolent) liquido & dilucide eas intueri queat: non aliter ac maiori cum maieſtate anima vniuerſi eaſdem ſpecies in ſe actu comprehendit & intuetur. Quomodo anima in puritatis thronum eleuari poſſit, vt ea, quæ alibi in remotiſſimis locis fiunt, contempletur & cognoſcat, Cabala Chriſtiana manifeſte docet. Non parum tamen ad eius modi apprehenſionem facit animæ rationalis in-

lis intimior & profundior consideratio: ad quam per hunc sequentem discursum candido Lectori subministrabimus occasionem. Verissimum ergo est, animam rebus certis per sensus exploratis intentam eo tempore, quo iis intenta est, in aliorum cognitione profunda non versari, & quo sensualibus magis indulget, eo difficilius radios suos ad alia auertere posse: Radij enim ij eiusmodi sensilibus quasi captiui detinentur, & abstractionem sui ab iis difficulter admittunt. Quod si vero fieri potest, vt ab iis sensibilibus anima suos radios ita separet, abducat & subtrahat, ne in ea intendat, tum anima redditur libera, & radios suos in seipsam reflectit. Radij ij cum sint de natura lucis, ingenitam animæ lucem adaugent, & inde anima maiorem in lucem exaltata disponitur ad discutiendas tenebras, quæ imaginum aliarum aduentum vel plane retorquent, vel imaginibus istis alienas figuras imprimunt, ne res ipsæ debite cognosci queant. Ecstasis hæc est: quæ quando intenditur cum seria diuini numinis inuocatione, Deus qui in nobis est, supranaturale lumen superaddit, & illustriorem rerum abstrusarum cognitionem infundit: imo si cum vera & perfecta nostri resignatione & abnegatione suscipitur, in Deo acquiescimus, & magnalia eius, quæ supra huius inferioris mundi conditionem exaltata sunt, intelligimus, & ineffabilem dulcedinem ex eiusmodi sapientiæ gustatione percipimus. Quod si autem anima nostra in hunc statum deducta fuerit, non appellatur anima rationalis, sed mens, in-

mens, in-

mens, in qua Deus habitaculum sibi constituit; & se mortali homini adunit, vt eum ex immortalitatis infimo statu, in immortalitatis supremam naturam transplantet, & è tenebris crassioribus in lucem splendidissimam eleuet, atque ex miseria maxima in inexhaustam beatitudinem exaltet.

Hæc quæ dixi, vulgus Philosophorum quidem capere non potest: at ij qui in profundiori sapientia aliquandiu versati fuerunt, & certa experientia animi sui vires in se aliquoties cognouerunt, me non phantastica, sed talia, quæ veritas approbet, iam protulisse videbunt.

II.

Anima concipit imagines, quando ipsius luce aucta tenebras discutit, quibus conteguntur, & velantur imagines.

Vniuersus mundus in anima nostra ita est, vt nulla species dari queat, quæ non actu animæ insit. Sed cum species rerum omnium in mortali corpore propter angustos limites cognosci & considerari vno & eodem tempore haud possint, magnaque exinde oriretur confusio si illud fieret, tenebris adnatis quædam imagines teguntur & obscurantur, vt instar astrorum nubibus circumducantur, & sic caussentur, vt aliarum rerum imagines certius & exquisitius intellectui repræsententur, præsertim quando accedente luce siue extrinsecus siue intrinsecus anima hominis illustratur. Hinc homo vaticinari aliquando, & sibi suum futurum statum

tum prædicere poteſt: aliquando etiam præcognoſcit ea, quæ aliis contingere debent. Bruta ſi vim eiuſmodi præcognoſcendi ſibi inſitam habent, multo magis homo, qui nobiliori rationis ſubſtantia præditus eſt. Mures tam maiores quam minores ædium proxime collapſuturarum ruinam præſcientes aufugiunt, priuſquam ruant ædes: E naui, cui naufragium imminet, mures ſimiliter ante nauis ſubmerſionem ſecedunt: Pauo præſentit heri ſui mortem, quam cantu horrendo ſignificat.

Sciendum vero eſt, non cuilibet homini diuinitus conceſſum eſſe, vt latentem vaticinandi virtutem exerceat, propter harmoniæ conſeruationem, & propter inconſtantes vmbras, quæ imagines rerum futurarum repræſentant, non adeo certitudinem vaticinij vbique conſtare: itaque melius eſt vt homo ſe in vtilioribus rebus exerceat, videatque vt in aliis apicem attingat.

Accedit quod non adeo vtile ſit & neceſſarium vbique & ſemper res futuras noſſe. Vates, qui ſerio ſomniis, futurorum præſagiis explicandis incumbunt, plerumque confunduntur.

Somnia ne cures, ait Cato: Homo vero, cuius anima in mentem transformata diuinituſque illuminata fuerit, futura certo præcognoſcere poteſt: ſed ille non tenetur aliquid de iis ſignificare, niſi apertum habeat diuinum mandatum: quod Theoſophi bene intelligunt.

III. *Anima*

III.

Anima hominis quo pertinacius suos radios per sensoria in exteriora dispergit, eo minus suam naturam, & ea, quæ in ipsa sunt, intelligit.

In quæ enim anima radios suos immittit, & figit, in ea intendit. Iam vero animæ nostræ natura est, vt pluribus simul intenta esse, ac proinde intenta externis id, quod internum debite explorare & intelligere nequeat. Diuersa & contraria vno & eodem modo simul & eodem tempore percipi non possunt. Anima dum externis incumbit, interna præterit & negligit. Sed cum interior animæ natura longe præstantior sit, quam natura corporum externorum, quia in hæc inquirenda dominium habet & spiritualis est, æquum est, vt animæ nostræ, quæ in corpore nostro est, & eius tenebris concluditur, intimam naturam expiscemur, & ea, quæ ipsius inuolucro comprehenduntur, exquiramus. Vt autem id sine molestia fiat, discendum est, quomodo à sensoriis externis radios animæ abstrahamus ad internam ipsius animæ essentiam, & ibi lucem animaduertamus, qua vniuersus mundus illuminatur. Quando anima id, quod extra hominem positum est, intelligit, radios suos in illud transmittit & fortiter imprimit: Similiter eadem anima se ipsam intelligere volens radios suos ad circumferentiam promissos in centrum suum reflectere tenetur, vt se & magnalia sua cognoscat. Vnde quo suos radios firmius

mius in externa abripit, eo difficilius se cognoscere poterit: quia cognitio animæ fieri debet per reflexionem radiorum in ipsius animæ intimam profunditatem.

IV.

Quando animæ duo vel plura obiiciuntur, è quibus vnum ipsi eligendum sit, illud quod ipsi videtur optimum, eligit.

Si nimirum recta ratione vti velit. Fit autem interdum & quidem non adeo infrequenter, vt homo velit ea, quæ rectæ rationi non consentanea esse cognoscit, vbi in gratiam alterius aliquid eligit, quod tamen alias nollet. Animæ nostræ inest voluntas: sed ea proprie defertur & refertur ad externa, quæ libere volumus, libere nolumus. Externa autem intellige quæ ad esse necessaria non sunt, sed ad bene esse in hoc mundo: in illo non est voluntas libera, quod euitari nequit. Huiusmodi autem voluntas imperfectionis nostræ indicium est. Ad perfectionem hominis propius accedit propriæ voluntatis abnegatio, & solius Dei voluntatis acceptatio, qua ea tantum homo vult, quæ Deus. Perfectio est hominis summa, ita in Deo viuere, vt omnia quæ pro ratione suæ imperscrutabilis voluntatis ab illo Deus exigit, præstare nunquam recuset.

V.

Anima hominis credendo perficitur.

Vel vere, vel apparenter. Vere quando ho-

mo veris rebus fidem adhibet: Apparenter, quando falsis adhæret: Hinc est superstitio, vt inde fides. Fides enim est radius animæ, quo adhæret verbo alicuius vera proferentis. Qui Deo credit, illi omnia sunt possibilia: qui vero creaturis, confunditur. In Deum credentis anima ita disponitur, vt quicquid homo velit, necessario fiat. Vult autem ille homo ea quæ Deus, & Deus quæ ille. Is homo suam voluntatem abiecit, & tantum Dei voluntati acquiescit.

In cæteris fides aliquando fallit: quamuis etiam aliquando miracula efficere valeat.

VI.

Ex animæ rationalis singulari dispositione per conuenientia organa homo iudicat, discurrit, approbat, improbat, loquitur, ridet, & lacrymatur.

Anima quicquid agit exterius, per organa conuenientia efficit. Organa enim corporis eo fine diuinitus concessa sunt, vt anima possit in externis se delectare, & ex iis se perficere: Quamuis hæc perfectio mera sit imperfectio. Melius enim illi esset, si intro in se ipsam ingrederetur, thesaurumque sibi inclusum intueretur; tum nihil in vniuerso hoc mundo esset, quod non patefieret. Actiones autem istæ externæ quæ sint, quæ earum organa habeantur, vt explicem multis verbis, non necesse esse arbitror. Per se enim patent: Et multo adhuc nobiliora supersunt, quibus studiosius mihi incumbendum

cumbendum est. Ad ea propero. Si quis tamen risus & lachrymarum penitiorem cognitionem habere cupit, legat de iis clarissimi & acutissimi viri M. Rodolphi Goclenii, amici, præceptoris & fautoris perpetuum honorandi Commentationem physicam annexam compendio physico Hermolai Barbari, & Marpurgi Anno 1597. typis Egenolphi excusam.

CAPVT X.

DE GENERATIONE hominis.

1 *PArtes hominis essentiales fuerunt: ad ortum, conseruationem, & destructiones eiusdem procedimus.*

2. Ortus hominis duplex est: præternaturalis & naturalis: ille dicitur creatio, hic generatio.

3. Creatio hominis describitur à Moyse Gen. 1. 26. 27.

His verbis: Ait Deus: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & dominetur piscibus maris & volatilibus cœli, & bestiis vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum: masculum & fœminam creauit eos. Modus vero creationis 2. capit. vers. 7.

explicatur, vbi sic ait Moyses: Formauit Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Hæc fuit creatio Adami: Euæ vero seu fœminæ creatio ibid. vers. 22. designatur & docetur his verbis: Immisit Dominus Deus soporem in Adam: cumque obdormiuisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adamo, in mulierem & adduxit eam ad Adamum: dixitque Adamus: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est.

4. Generatio hominis ita se habet:

Mas & fœmina congrediuntur, atque in vterum fœminæ bene dispositum semen emittunt: semen retinetur, orificium vteri constringitur & excluditur, & sic fit conceptio. Conceptum semen à calore matricis alteratur, atque in eo omnia membra delineantur & elaborantur: vnde fit fœtus formatio. Formatus hic fœtus materno vtero vasorum & membranorum interiectu alligatus per oscula venarum miro artificio coeuntia maternum sanguinem trahit, eumque purissimum. Hunc per venam vmbilicalem, quæ portæ est propago, & ad iecoris fissuram fertur, in hepatis corpus refundit. Ibi non aliam induit formam, sed magis magisque perficitur. Mox per portæ radices crassior crudiorque eius pars in ventriculum, in lienem & intestina

ſtina diſtribuitur: cuius reliquiæ per ſplenicum & meſentericum ramum in cauitatem inteſtinorum amandantur, ibidemque ſenſim colliguntur, & diutina mora ita reſiccantur, vt craſſitiem & calorem atrum meconio ſimilem acquirant: purior autem magiſque percocta ſanguinis pars in cauæ truncum, à quo per ramos tanquam riuulos in ſingulas corporis partes diffunditur, atque ea ratione fœtus nutritur, vſque dum infans grandior factus vberius alimentum & Spiritum, quam à matre ſuppeditatur, efflagitans, veluti indignabundus exitum ſibi quærit, calcitrandoque membranas, quibus inuolutus eſt, perrumpit. Quo facto, vterus, qui toto geſtationis tempore clauſus erat, tum demum partim ob molem & pondus infantis, partim ob eius inquietudinem & calcitrationem dehiſcit, & aperitur, atque ſic ad expellendum fœtum ſe conſtringit. Aperto vtero infans ſentit aerem ingredientem, eumque captans inuertit ſeſe, capite ſecundum naturam ad orificium matricis prolapſo, facie vero ipſius verſus dorſum matris conuerſa. Atque ſic tandem, Deo & natura iuuante in lucem cum ploratu prodit. Cæterum cum in omni nutritione fiat ſeparatio puri ab impuro, atque impurum neceſſario excerni debeat, ſerum quod à ſanguine matris nutriente ſegregatur, & nutritioni ineptum eſt, partim per ſudores digeritur, partim à renibus trahitur, & ab his per vreteres in veſicam tranſcolatur. Sudori excipiendo membranam amnion dictam dicauit, natura: Vrinæ autem

ſpecies, quas alii homines in animo ſuo verſant, ita in eius animo reſplendebunt, vt nullum conſilium, quod alii ineunt, ipſi eſſe poſſit occultum. In ſomnis, quando exteriores ſenſus quieſcunt, & homo puræ mentis eſt, vitamque alias agit piam, tenebræ menti officere nequeunt: ſed poſt earum diſcuſſionem homo videt amicos, conſanguineos, & multa alia remotiſſima eorumque ſtatum ita explorat, ac ſi præſens fuiſſet. Hoc admirandum eſt, quod nihil fiat in macrocoſmo inferiori, quod ſingulari quodam modo ſe non ſignificet animæ rationali, dummodo peregrinis tenebris via non præcludatur, qua imagines & ſpecies rerum in animam perueniant. Quemadmodum imago & ſpecies alicuius corporis viſibilis ita totum viſibile repræſentat, vt etiam ipſius minutiſſimæ particulæ à ſpeculis variis exceptæ totius ſpeciei formam & figuram referant, ad repræſentandum totum viſibile: ita etiam anima rationalis, quæ eſt particula animæ vniuerſi, in ſe omnium quæ in hoc macrocoſmo inferiori continentur imagines ſpiritualiter continet, vt (remotis impedimentis & obſcuritatibus, quæ interuenire ſolent) liquido & dilucide eas intueri queat: non aliter ac maiori cum maieſtate anima vniuerſi eaſdem ſpecies in ſe actu comprehendit & intuetur. Quomodo anima in puritatis thronum eleuari poſſit, vt ea, quæ alibi in remotiſſimis locis fiunt, contempletur & cognoſcat, Cabala Chriſtiana manifeſte docet. Non parum tamen ad eius modi apprehenſionem facit animæ rationalis in-

lis intimior & profundior consideratio: ad quam per hunc sequentem discursum candido Lectori subministrabimus occasionem. Verissimum ergo est, animam rebus certis per sensus exploratis intentam eo tempore, quo iis intenta est, in aliorum cognitione profunda non versari, & quo sensualibus magis indulget, eo difficilius radios suos ad alia auertere posse: Radij enim ij eiusmodi sensilibus quasi captiui detinentur, & abstractionem sui ab iis difficulter admittunt. Quod si vero fieri potest, vt ab iis sensibilibus anima suos radios ita separet, abducat & subtrahat, ne in ea intendat, tum anima redditur libera, & radios suos in seipsam reflectit. Radij ij cum sint de natura lucis, ingenitam animæ lucem adaugent, & inde anima maiorem in lucem exaltata disponitur ad discutiendas tenebras, quæ imaginum aliarum aduentum vel plane retorquent, vel imaginibus istis alienas figuras imprimunt, ne res ipsæ debite cognosci queant. Ecstasis hæc est: quæ quando intenditur cum seria diuini numinis inuocatione, Deus qui in nobis est, supranaturale lumen superaddit, & illustriorem rerum abstrusarum cognitionem infundit: imo si cum vera & perfecta nostri resignatione & abnegatione suscipitur, in Deo acquiescimus, & magnalia eius, quæ supra huius inferioris mundi conditionem exaltata sunt, intelligimus, & ineffabilem dulcedinem ex eiusmodi sapientiæ gustatione percipimus. Quod si autem anima nostra in hunc statum deducta fuerit, non appellatur anima rationalis, sed mens, in

mens, in qua Deus habitaculum sibi constituit; & se mortali homini adunit, vt eum ex immortalitatis infimo statu, in immortalitatis supremam naturam transplantet, & è tenebris crassioribus in lucem splendidissimam eleuet, atque ex miseria maxima in inexhaustam beatitudinem exaltet.

Hæc quæ dixi, vulgus Philosophorum quidem capere non potest: at ij qui in profundiori sapientia aliquandiu versati fuerunt, & certa experientia animi sui vires in se aliquoties cognouerunt, me non phantastica, sed talia, quæ veritas approbet, iam protulisse videbunt.

II.

Anima concipit imagines, quando ipsius luce aucta tenebras discutit, quibus conteguntur, & velantur imagines.

Vniuersus mundus in anima nostra ita est, vt nulla species dari queat, quæ non actu animæ insit. Sed cum species rerum omnium in mortali corpore propter angustos limites cognosci & considerari vno & eodem tempore haud possint, magnaque exinde oriretur confusio si illud fieret, tenebris adnatis quædam imagines teguntur & obscurantur, vt instar astrorum nubibus circumducantur, & sic caussentur, vt aliarum rerum imagines certius & exquisitius intellectui repræsententur, præsertim quando accedente luce siue extrinsecus siue intrinsecus anima hominis illustratur. Hinc homo vaticinari aliquando, & sibi suum futurum sta-

tum prædicere poteſt: aliquando etiam præcognoſcit ea, quæ aliis contingere debent. Bruta ſi vim eiuſmodi præcognoſcendi ſibi inſitam habent, multo magis homo, qui nobiliori rationis ſubſtantia præditus eſt. Mures tam maiores quam minores ædium proxime collapſurarum ruinam præſcientes aufugiunt, priuſquam ruant ædes: E naui, cui naufragium imminet, mures ſimiliter ante nauis ſubmerſionem ſecedunt: Pauo præſentit heri ſui mortem, quam cantu horrendo ſignificat.

Sciendum vero eſt, non cuilibet homini diuinitus conceſſum eſſe, vt latentem vaticinandi virtutem exerceat, propter harmoniæ conſeruationem, & propter inconſtantes vmbras, quæ imagines rerum futurarum repræſentant, non adeo certitudinem vaticinij vbique conſtare: itaque melius eſt vt homo ſe in vtilioribus rebus exerceat, videatque vt in aliis apicem attingat.

Accedit quod non adeo vtile ſit & neceſſarium vbique & ſemper res futuras noſſe. Vates, qui ſerio ſomniis, futurorum præſagiis explicandis incumbunt, plerumque confunduntur.

Somnia ne cures, ait Cato: Homo vero, cuius anima in mentem transformata diuinituſque illuminata fuerit, futura certo præcognoſcere poteſt: ſed ille non tenetur aliquid de iis ſignificare, niſi apertum habeat diuinum mandatum: quod Theoſophi bene intelligunt.

III. *Anima*

III.

Anima hominis quo pertinacius suos radios per sensoria in exteriora dispergit, eo minus suam naturam, & ea, quæ in ipsa sunt, intelligit.

In quæ enim anima radios suos immittit, & figit, in ea intendit. Iam vero animæ nostræ natura est, vt pluribus simul intenta esse, ac proinde intenta externis id, quod internum debite explorare & intelligere nequeat. Diuersa & contraria vno & eodem modo simul & eodem tempore percipi non possunt. Anima dum externis incumbit, interna præterit & negligit. Sed cum interior animæ natura longe præstantior sit, quam natura corporum externorum, quia in hæc inquirenda dominium habet & spiritualis est, æquum est, vt animæ nostræ, quæ in corpore nostro est, & eius tenebris concluditur, intimam naturam expiscemur, & ea, quæ ipsius inuolucro comprehenduntur, exquiramus. Vt autem id sine molestia fiat, discendum est, quomodo à sensoriis externis radios animæ abstrahamus ad internam ipsius animæ essentiam, & ibi lucem animaduertamus, qua vniuersus mundus illuminatur. Quando anima id, quod extra hominem positum est, intelligit, radios suos in illud transmittit & fortiter imprimit: Similiter eadem anima se ipsam intelligere volens radios suos ad circumferentiam promissos in centrum suum reflectere tenetur, vt se & magnalia sua cognoscat. Vnde quo suos radios firmius

mius in externa abripit, eo difficilius se cognoscere poterit: quia cognitio animæ fieri debet per reflexionem radiorum in ipsius animæ intimam profunditatem.

IV.

Quando animæ duo vel plura obiiciuntur, è quibus vnum ipsi eligendum sit, illud quod ipsi videtur optimum, eligit.

Si nimirum recta ratione vti velit. Fit autem interdum & quidem non adeo infrequenter, vt homo velit ea, quæ rectæ rationi non consentanea esse cognoscit, vbi in gratiam alterius aliquid eligit, quod tamen alias nollet. Animæ nostræ inest voluntas: sed ea proprie defertur & refertur ad externa, quæ libere volumus, libere nolumus. Externa autem intellige quæ ad esse necessaria non sunt, sed ad bene esse in hoc mundo: in illo non est voluntas libera, quod euitari nequit. Huiusmodi autem voluntas imperfectionis nostræ indicium est. Ad perfectionem hominis propius accedit propriæ voluntatis abnegatio, & solius Dei voluntatis acceptatio, qua ea tantum homo vult, quæ Deus. Perfectio est hominis summa, ita in Deo viuere, vt omnia quæ pro ratione suæ imperscrutabilis voluntatis ab illo Deus exigit, præstare nunquam recuset.

V.

Anima hominis credendo perficitur.

Vel vere, vel apparenter. Vere quando ho-

mo veris rebus fidem adhibet: Apparenter, quando falsis adhæret: Hinc est superstitio, vt inde fides. Fides enim est radius animæ, quo adhæret verbo alicuius vera proferentis. Qui Deo credit, illi omnia sunt possibilia: qui vero creaturis, confunditur. In Deum credentis anima ita disponitur, vt quicquid homo velit, necessario fiat. Vult autem ille homo ea quæ Deus, & Deus quæ ille. Is homo suam voluntatem abiecit, & tantum Dei voluntati acquiescit.

In cæteris fides aliquando fallit: quamuis etiam aliquando miracula efficere valeat.

VI.

Ex animæ rationalis singulari dispositione per conuenientia organa homo iudicat, discurrit, approbat, improbat, loquitur, ridet, & lacrymatur.

Anima quicquid agit exterius, per organa conuenientia efficit. Organa enim corporis eo fine diuinitus concessa sunt, vt anima possit in externis se delectare, & ex iis se perficere: Quamuis hæc perfectio mera sit imperfectio. Melius enim illi esset, si intro in se ipsam ingrederetur, thesaurumque sibi inclusum intueretur; tum nihil in vniuerso hoc mundo esset, quod non patefieret. Actiones autem istæ externæ quæ sint, quæ earum organa habeantur, vt explicem multis verbis, non necesse esse arbitror. Per se enim patent: Et multo adhuc nobiliora supersunt, quibus studiosius mihi incumbendum

cumbendum est. Ad ea propero. Si quis tamen risus & lachrymarum penitiorem cognitionem habere cupit, legat de iis clarissimi & acutissimi viri M. Rodolphi Goclenii, amici, præceptoris & fautoris perpetuum honorandi Commentationem physicam annexam compendio physico Hermolai Barbari, & Marpurgi Anno 1597. typis Egenolphi excusam.

CAPVT X.

DE GENERATIONE hominis.

1 *Partes hominis essentiales fuerunt: ad ortum, conseruationem, & destructiones eiusdem procedimus.*

2. Ortus hominis duplex est: præternaturalis & naturalis: ille dicitur creatio, hic generatio.

3. Creatio hominis describitur à Moyse Gen. 1. 26. 27.

His verbis: Ait Deus: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & dominetur piscibus maris & volatilibus cœli, & bestiis vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum: masculum & fœminam creauit eos. Modus vero creationis 2. capit. vers. 7.

ſtina diſtribuitur: cuius reliquiæ per ſplenicum & meſentericum ramum in cauitatem inteſtinorum amandantur, ibidemque ſenſim colliguntur, & diutina mora ita reſiccantur, vt craſſitiem & calorem atrum meconio ſimilem acquirant: purior autem magiſque percocta ſanguinis pars in cauæ truncum, à quo per ramos tanquam riuulos in ſingulas corporis partes diffunditur, atque ea ratione fœtus nutritur, vſque dum infans grandior factus vberius alimentum & Spiritum, quam à matre ſuppeditatur, efflagitans, veluti indignabundus exitum ſibi quærit, calcitrandoque membranas, quibus inuolutus eſt, perrumpit. Quo facto, vterus, qui toto geſtationis tempore clauſus erat, tum demum partim ob molem & pondus infantis, partim ob eius inquietudinem & calcitrationem dehiſcit, & aperitur, atque ſic ad expellendum fœtum ſe conſtringit. Aperto vtero infans ſentit aerem ingredientem, eumque captans inuertit ſeſe, capite ſecundum naturam ad orificium matricis prolapſo, facie vero ipſius verſus dorſum matris conuerſa. Atque ſic tandem, Deo & natura iuuante in lucem cum ploratu prodit. Cæterum cum in omni nutritione fiat ſeparatio puri ab impuro, atque impurum neceſſario excerni debeat, ſerum quod à ſanguine matris nutriente ſegregatur, & nutritioni ineptum eſt, partim per ſudores digeritur, partim à renibus trahitur, & ab his per vreteres in veſicam transcolatur. Sudori excipiendo membranam amnion dictam dicauit, natura: Vrinæ autem

continendæ allontoidem, in quam non per pudendum vrinam refundit, sed per vrachon, qui canalis est oblongus exanguisque, à vesicæ fundo ad vmbilicum perductus.

CAPVT XI.

DE SANITATE.

1 *CONSERVATIO heminis fit, quando continuatur vita in corpore humano.*

Quamdiu enim anima vitales actiones in corpore humano exercet, tamdiu homo conseruatur. Conseruant hominem Deus, Elementa, alimenta & homo. Deus hominem conseruat, quando spiritui bono tanquam custodi tutelam hominis committit, atque iniurias omnes mortem inferentes sua potestate repellit. Elementa, quando debite ad hominis conseruationem concurrunt. Alimenta, quando ex iis id, quod nutrit, assumitur, impurum vero, quod non nutrit, excernitur. Homo, quando aduersus iniurias hostium hominem tuetur. Huc multum facit pius Magistratus, qui insontes & pios ex mandato Dei defendit: & medicus, qui morbos aliunde illatos conuenientibus medicinis pellere nouit.

2. *Dum vero homo conseruatur, in duplici statu est: vel in sano, vel in morbido.*

Vnde aut sanus est, aut æger.

3. *Sanitas*

3. *Sanitas ergo & morbus hic Hermetice explicari debent.*

4. *Sanitas est status à vigore balsami in partibus humanis bene dispositis dependens, ad promouendas actiones animæ.*

Vigor balsami est duplex: natiuus vel aduentitius. Vigor natiuus balsami est, quo balsamus ex hæreditario iure vegetus & fortis est. Aduentitius vigor est, quo balsamus est vegetus & fortis ex iis rebus, quæ extrinsecus adueniunt ad conseruationem hominis. Huiusmodi res sunt Elementa, alimenta, & medicamenta. Ex Elementis & alimentis tum innatus balsamus vigorem reportat, quando ita res extraneæ assumuntur, vt pars in nutrimentum & fomentum cedat, pars ad conseruationem haud idonea vel per insensilem transpirationem, vel per nota emunctoria, vt per nares, os, oculos, aures, anum & pudenda excernatur.

Ex medicamentis balsamus robur accipit, quando illa maximam cum eo cognationem habent, in eius naturam mirabiliter conuertuntur, atque vires balsamo adiungunt, quibus morbos ex aduentitiis impuritatibus intra corpus relictis generatos balsamus noster strenue & fortiter abigit, & sic amissam sanitatem corpori suo restituit, restitutamque diutius conseruat.

Axiomata.

I.

In quocunque corpore tria principia hypostatica per vnionem conueniunt, illud vere sanum iudicari potest: Croll.præfat.admonitoriæ. pag. *24*.

Quando enim principia inter se debite non conueniunt, mouent inter se bellum & inferunt destructionem. Homo in statu integritatis ita erat constitutus, vt nullum Elementum in eo haberet prædominium, sed omnia in æquilibrio stantia eum constanti sanitate donarent. Quam integritatem homo retinuisset, si ex vno Deo intus perfectionem suam haurire longius voluisset. Postquam vero delectationem in vno Deo respuit, & ex intimiori sui cordis scrutinio oculos ad exteriora conuertit, Paradiso excidit, & in externis perfectionem suam conseruare voluit. Externa autem quia corruptioni obnoxia erant, æqualitatem principiorum hypostaticorum interturbabant, & vnionem eorum ita infringebant, vt homo æternum viuere non potuerit. Interim tamen Deus permisit, vt aliquandiu principia illa hypostatica inter se vnita permanerent, hominemque ad certum tempus conseruarent, ne priusquam suam miseriam intellexisset, periret, & annihilaretur. Vnde diuinitus concessum est, vt trium principiorum vnio quædam remaneret, & sic conuenientia eorum daretur, qua ad aliquot annos

vita

vita hominis conuenienter porrigeretur. In hac vnione quanto minor pugna sentitur, eo diutius corpus superesit, & recte statuetur sanum, secundum datum axioma. Quando vero pugna excrescit, & vnum principium alterius abolitionem cum victoria intendit, tum corpus non sanum, sed morbidum iudicari debet.

II.

Sanitas ieiuniis conseruatur, ac optimum regimen ad prolongandam vitam est moderata Diæta. Croll. præfat. admonit. p. 106.

Homo dum in externis sui conseruationem quærere voluit, eam amisit: Ab vno perfectio, à multitudine est imperfectio. Quare etiam ii, qui variis cibis & potionibus quotidie se inferciunt, citius sanitatem abiiciunt, quam qui moderatius cibo & potu vtuntur. Vnde recte d. l. Crollius: Multi viuentes vt edant, voluptuosamque abundantiam naturali necessitati paucis contentæ præponentes, crapula sibi abbreuiant vitam, & reperiunt mortem in olla. Nostrates, ait Sendiuogius de sulphure p. 34. temere gula & inordinata vita ad corruptionem festinant. Hinc factum est, vt Philosophi miseriam fragilitatis humanę intuentes certo consilio contrarium ordinē in assumendis alimentis externis statuerint & moderatā diætam instituerit. Quanto plus cibi & potus in corpus ingeritur, tāto plus negotii balsamo natiuo imponitur in separatione

puri ab impuro, purique assimilatione & impuri excretione: Et quanto maiori copia alimenti corpus obruitur, tanto maior abundantia impuritatum accedit, & sic naturæ maius onus in exturbatione excrementorum facessitur: vnde facile ex accidenti aliquo fieri potest, vt copia earum fœcum balsamus molestetur, eiusque actiones intercipiantur, ac sic morbis fomentum & radix subministretur. Bono ergo consilio ieiunia& moderata diæta à Sapientibus proponuntur, vt impuritatum abundantia præcidatur, & morborum multorum, qui vitam nostram abbreuiare soleant, caussa euitetur. Tanto vero magis ieiunia & moderata vita instituuntor, quanto magis non tantum sanitatem corporis, sed etiam animæ nostræ rationalis promouent. Sanitas animæ rationalis consistit in recto rationis vsu: At is vsus per crapulam impeditur & reprimitur. Nimia vini & cereuisiæ assumptio ebrietatem caussatur, & cogitationes animæ inordinatas reddit, vt rem debite anima apprehendere nequeat. Ventriculi per nimium cibum repletio obtusam efficit ingenij aciem, hominemque ad meditandum segnem & torpidum facit. Nunquam ad sapientiæ apicem perueniunt, qui magis crapula quam sobrietate delectantur. Crassi vapores continuo ad cerebrum ascendentes subtiles animæ nostræ radios obscurant & suffocant.

CAPVT

CAPVT XII.

DE MORBO.

I. *MORBVS est status ab imbecillitate balsami in partibus humanis male dispositis dependens, ad impediendas actiones.*

Definitur vulgo affectus præter naturam actiones primo lædens. Pendet vero morbi exquisita cognitio à cognitione causæ, à qua oritur: igitur in eam altius & profundius inquirere animus est. Sed ante omnia notandum est, quod morbus duobus modis in homine oriatur; vel ex iure hæreditario, vel modo aduentitio. Iure hæreditario ad hominem morbus peruenit, quando parentes fixis morbis molestati liberos eisdem morbis obnoxios generauerunt: id quod fit, dum parentum semina, è quibus liberi prognati fuerunt, tincturas seminales ex inhærentibus morborum caussis simul contraxerunt, & ita tandem digestis temporibus præ imbecillitate balsami in liberis existentis permiserunt, vt in similes plane morbos excrescerent, & liberorum corpora, non aliter quam parentum antea, conficerent.

Modo aduentitio homo in morbum incidit, vbi vel violentia quædam externa crassi ali-

si alicuius corporis mole vel acumine solutionem continui caussatur, vel ex alimentis elementisque externis, quibus homo ad sui conseruationem carere nequit, impuritates vna aduehuntur, quæ intra œconomiam humanam relicta pro naturę suæ varietate varios producunt morbos.

Quæ omnia distinctius in subiectis quibusdam axiomatibus explicabo.

I.

Morbus omnis ex suo semine nascitur.

Excipitur morbus, qui est à violentia externa solutionem continui per molem quandam, vel per vstionem, vel per sectionem, vel per punctionem, vel per frictionem, vel per contusionem fractionemue aduenientem caussante. Præter hunc morbum alius omnis morbus è suo semine est. Hoc vero non ignorandum est, quod vulnere vel fracturis accidentibus semina morborum in corporibus hominum semper delitescentia facile actiuentur, & ad animationem irritentur, atque sic in morbos enascantur. Vnde à morbo externo alius deinceps prodit morbus è suo tamen semine. Vt autem axioma nostrum melius intelligatur, lubet sic philosophari: Omnium corruptibilium substantiis semina tam sanitatis quam morborum permixta habentur, ita vt seminibus sanitatis prædominantibus, sanitas; morborum vero rationibus dominium sibi vendicantibus,

cantibus, morbi oriantur. Huiusmodi semina sunt impuritates, quæ puris corporum partibus adeo subtiliter vnitæ sunt, vt oculis & sensu, dum ita pura cum impuris cohærent, differentia nulla animaduerti possit. Quæ impuritates etsi seminali malitia imprægnatæ sint, tamen suam malignitatem non semper exerunt, sed quiescunt, vsque dum aliunde ex aliis aduenientibus impuritatibus fomentum accipiant, illudque suæ naturæ adiungere possint, vt exinde earum malitia augeatur, & morbi generentur. In hunc sensum verba Seuerini obseruanda sunt, vbi capit. 12. ideæ med. Philos. mihi pagin. 212. sic ait: Vnicuique speciei & radici mundanæ adiuncti sunt hospites, aduenæ, impuritates, quæ sine discordia & lite in scientiis, vitalibus principiis concurrunt, explicatæ vero in generationum & augmentationum fluxu concontinuo separatæ & exaltatæ inimicitias, dissolutionum mortisque authores, exercent. Ita mineralium radices suas habent impuritates adiunctas, quæ, digestis temporibus absolutis, rubigine & æruginosa corruptione dissolutionem moliuntur. Vegetabilium quoque balsamus hospitum & impuritatum commercio inquinatus, senectutis, morborum & mortis anatomiam admittit. Hic corruptionum species variæ apparent σήψεις, ἀβάνσεις, iuxta proprietates & scientias impuritatum. In quibus Mercuriales impuritates & sulphureæ hospitantur, putredine dissolutionem absoluunt, vt herbæ fere omnes; præsertim mercuriales, anguriæ, cucumeres,

cumeres, melones. In quibus vero impuritates mercuriales non sunt ita copiosæ, & salium robustior natura, ἄβανσιν vel cariem expectant; vt arbores plurimæ, fruticesque nonnulli. In radice vel mumia animalium, quia vegetabilibus & mineralium resolutionibus nutriuntur; similes impuritates reperiuntur, differentes tamen secundum agrorum naturam: Facta est enim transplantatio ex prouincia balsami vegetabilis in rempubli. animalis. Dissolutiones proinde & mortes similes experiuntur. Humana vero radix quia omnium fauore & ministerio vtitur, vniuersis quoque impuritatibus inquinata, morborum & mortis infinitas species obtinuit. Hæc Seuerinus.

II.

Semina morborum partim cum (a) *semine homini implantata sunt, partim cum* (b) *Elementis & alimentis in corpus recipiuntur.*

(*a*) Vbique sunt bona mixta malis, & mala mixta bonis. Ergo & semen hominis habet tincturas seminales, è quibus morbi oriri possint. Non vero morbi ex iis semper prodeunt; quia à bonis tincturis teguntur, reprimuntur; ac proinde balsamus hominis natiuus suis actionibus vegetis & efficacibus potenter vitam tuetur. Quod si vero accidit, vt impuritates latitudinem quandam aliunde adsciscant, vires assumant, & sic actiuitatem quandam conquirant;

quirant, tum morbos excitant. (b) Elementa & alimenta ita necessaria sunt ad conseruationem hominis in hac vita, vt sine eorum fruitione homo existere nequeat. Postquam autem homo se semel ab æternitatis fonte spontaneo consilio segregauit, posteri eius in corruptibilibus alimentis & Elementis suæ vitæ continuationem & propagationem quærere coacti fuerunt. Illa autem cum impuritatibus infinitis scateant, eas simul in hominis corpus ingerunt, quæ, si ex imbecillitate balsami natiui intus relinquuntur, & generationum latitudinem accipiunt, vitalibus actionibus bellum mouent, & dissolutionem serio studio moliuntur, nisi insitus balsamus paulatim se colligat, vel aliunde vires congeneas sibi acquirat; quibus se fortiter hostibus opponat, eisque viriliter resistat. Homo, quia ex externis Elementis & alimentis suam vitam prolongare debet, assumit ea intra corpus suum: Quia autem impuritates simul cum ipsis in corpus ingrediuntur, in corpore fit à superante balsamo mediantibus debitis organis impuritatum segregatio & excretio. Et hinc sanitas accedit. Quod si vero impuritates non bene à pura natura separantur, nec, etiamsi bene superatæ fuerint, exturbantur, tum intra corpus relinquuntur, & vi seminali sua morbos procreant. Exemplis res fit manifestior.

Cibus & potus ingeruntur per os in ventriculum: In ore cibus manditur. Potest accidere vt inter mandendum pars cibi sub cauita-

tibus

tibus dentium relinquatur, & ibi putrefiat. Ex iſta putrefactione benignus ſuccus in ſuperiora aſcendit & inſtar roris refocillare poteſt illa: ſed cum id, quod præter illum bonum ſuccum ſupereſt, per debita emunctoria conuenienter non excernatur, ſed vltra debitum tempus intra dentes relinquatur, contrario modo dentes moleſtat, & ſuo Sale neruos dentium perſtringit, ac ſi pro ratione Salis dolorem creat, & conſumptionem molitur. Præterea dum cibus & potus in ventriculum proiicitur, in ventriculo aliquandiu commoratur, & ventriculo bene diſpoſito in chylum bonum conuertitur: Archæo vero ventriculi infirmato chylus non bene præparatur, ſed cibus vel plane indigeſtus permanet, vel in prauum chylum citius æquo liqueſcentem abit. Ex illo lienteria, ex hoc diarrhœa oritur. Lienteria ergo eſt, quando cibus adhuc plane crudus per inteſtina excernitur. Diarrhœa eſt chyli totius ex deprauata ventriculi concoctione ſic præparati per aluum effluxus intempeſtiuus. Poſtmodum ventriculi Archæo bene ſuam functionem obeunte chylus mittitur per orificium ventriculi inferius ad inteſtina, & in ieiuno per venas meſaraicas pars eius ſincerior ad hepar defertur: impurior vero pars ad inferiora inteſtina abripitur, ibique detinetur, vſque dum ſuam emiſſionem vel pondere vel accedente felleo humore vrgeant. Quod ſi vero eiuſmodi impuritates de Salis conſtringentis natura participent, vel ſulphur aliquod inflammabile in ſe continent, tunc ſulphuris nimia caliditate

impu-

impuritates exiccantur, vel salis styptici virtute intestina contrahuntur, & adeo angustantur, vt postea excrementa excerni nequeant. Hinc permulti solent oriri morbi. Quod si tum excrementa flatuosam naturam secum habuerint coniunctam, flatus ad colon abeunt, ibique tormina ventris excitant: si simul ad generationem vermium disposita fuerint, vermes generabunt: Si sulphurei & fuliginosi vapores inde exierint, cordis capsulam aliquando ferient, & palpitationem creabunt: aliquando vero in caput eleuabuntur, & ibi dolores, epilepsiam, melancholiam, maniam pro fuliginum istarum acrimonia vel remissiore efficacia mouebunt. Addo quod salis acrimonia in excrementis intestinorum existens sæpe dysenteriam causetur, quando ea arrodit & exulcerat. Porro sinceriorem partem chyli ad hepar delatã hepar in sanguinem elaborat: vt vero defœcatior reddatur sanguis qui totius corporis nutrimentũ fieri, & spiritibus vitalibus materiã subministrare debet, tres separationes in hepate animaduertuntur: 1. impuriorem sanguinem splen in se attrahit, fel vesicula fellea sibi elicit, & serum per venas emulgentes in renes delabitur: Reliqui sanguinis parte primũ ipsum hepar nutritur; altera pars per venam cauam in omnia transmittitur membra, & vt spiritum aqueum iis impertiatur, & vt suppeditet nutrimentum, quo alantur & restaurentur: Archæus attractum impuriorem sanguinem magis magisque in officina splenis digerit, & id quod purum est, sibi appropriat, impurum vero segregat & dissipat: Quod si præstare nõ poterit,

& cum impuritatibus intra splenis substantiam relictis sal quoddam sulphureum connectitur, inflammatio & scirrhus splenis producitur. Vesicula fellea quando ob obstructionem ductus, quo in duodenum euacuatur, vel ob copiam peregrini humoris in sanguine existentis nimio felle repletur, solet vel in sanguinem refundere humorem, & sic icteritiam flauam introducit, vel in stomachum per quendam ductum deponere, qui tũ non raro digestionem impedit, & ascensu suo spirituali os superius amaro sapore inficit. Quando fel à sanguine puro perfecte separatum non est, nutritioni omnium membrorum est impedimento (fel enim quia per se nutrire non potest, à sanguine nutriente eiicitur) & sic sensibilem paulatiuam tamen ἀτροφίαν introducit, quam Hermetici phthisin nominant. Serum quod superfluum secernitur à sanguine, & ad renes delabitur, vel in ipsis venis emulgẽtibus, per quas ad renes affluit, relinquit tartarum aliquem, & sic venarum earum obstructio oritur, vnde serũ retro ire tenetur, & sanguini puro remisceri cogitur. Quod vbi facit, officinam hepatis corrumpit, tartarum in eã deponit, & hepar peregrinis impuritatibus adeo defœdat, vt de laudabilis sanguinis elaboratione & confectione aberret, & secundum naturam tartari purissimum sanguinè in serum cõuertat: Quod quia ad omnia membra necessario defertur, nec tamen nutrire potest debite, opplet membra mole sua, & tumorem iis inducit: vnde hydrops oritur, qui recte vniuersalis dici potest, totamque massam carneam in liquorem spissum resoluit.
Dici-

Dicitur vulgo nimis ſtricte Anaſarca. Quando vero vel ex diſpoſitione alimenti, vel ex indiſpoſitione hepatis ſanguis partim in flatus, partim in ſerum commutatur, flatuſque ipſum abdomen penetrant, fit Tympanites, alia hydropis ſpecies. Poteſt etiam accidere, vt venæ, per quas ſanguis ex hepate in abdomen fertur, renum officium per obſtructionem imitentur, & non patiantur ſanguinis ruborem, ſed ſolummodo ſerum ad abdomen prolabi, tum aſcites producitur. Idem in vtero fœminæ aliquando contingit, qui vel ex obſtructione venarum deferentium, vel alio ſuo vitio ruborem attrahere nequit, ſed tantum pro ſanguine ſerum aſſumit, vt ſic intumeſcat & in morbum incidat, qui hydrops matricis appellatur. Cæterum ſerum ad renes delatum per vreteres ad veſicam delabi tenetur: Verum ſæpe euenit, vt ex quadam ſuperadueniente imbecillitate Archæus renum omne tartarum cum ſero ad veſicam ablegare nequeat, ac proinde locum & ſedem ei concedit in officina renum. Horum vires cum inde magis magiſque moleſtentur & obtundantur, tartarum relictum amplius digeritur ibique vel putreſcit, vel paulatim in acrem & corrodentem ſalem reſoluitur: Vnde nephritis & calculus renum oritur.

Quod ſi vero tartarum vlterius ad vreteres prolabitur, ibiq; figitur, ſerum ex parte regurgitat, & ineffabiles dolores in renibus, dorſo & lũbis cauſatur. Sin vero è renibus in veſicam ſerum illabitur, & in ea vel ex vi conſtringenti ſalis tartarei in ſero contenti, vel ex tenacitate tartari

puri ab impuro, purique aſſimilatione & impuri excretione: Et quanto maiori copia alimenti corpus obruitur, tanto maior abundantia impuritatum accedit, & ſic naturæ maius onus in exturbatione excrementorum faceſſitur: vnde facile ex accidenti aliquo fieri poteſt, vt copia earum fœcum balſamus moleſtetur, eiuſque actiones intercipiantur, ac ſic morbis fomentum & radix ſubminiſtretur. Bono ergo conſilio ieiunia & moderata diæta à Sapientibus proponuntur, vt impuritatum abundantia præcidatur, & morborum multorum, qui vitam noſtram abbreuiare ſoleant, cauſſa euitetur. Tanto vero magis ieiunia & moderata vita inſtituuntor, quanto magis non tantum ſanitatem corporis, ſed etiam animæ noſtræ rationalis promouent. Sanitas animæ rationalis conſiſtit in recto rationis vſu: At is vſus per crapulam impeditur & reprimitur. Nimia vini & cereuiſiæ aſſumptio ebrietatem cauſſatur, & cogitationes animæ inordinatas reddit, vt rem debite anima apprehendere nequeat. Ventriculi per nimium cibum repletio obtuſam efficit ingenij aciem, hominemque ad meditandum ſegnem & torpidum facit. Nunquam ad ſapientiæ apicem perueniunt, qui magis crapula quam ſobrietate delectantur. Craſſi vapores continuo ad cerebrum aſcendentes ſubtiles animæ noſtræ radios obſcurant & ſuffocant.

CAPVT

CAPVT XII.

DE MORBO.

1. *MORBVS est status ab imbecillitate balsami in partibus humanis male dispositis dependens, ad impediendas actiones.*

Definitur vulgo affectus præter naturam actiones primo lædens. Pendet vero morbi exquisita cognitio à cognitione causæ, à qua oritur: igitur in eam altius & profundius inquirere animus est. Sed ante omnia notandum est, quod morbus duobus modis in homine oriatur; vel ex iure hæreditario, vel modo aduentitio. Iure hæreditario ad hominem morbus peruenit, quando parentes fixis morbis molestati liberos eisdem morbis obnoxios generauerunt: id quod fit, dum parentum semina, è quibus liberi prognati fuerunt, tincturas seminales ex inhærentibus morborum caussis simul contraxerunt, & ita tandem digestis temporibus præ imbecillitate balsami in liberis existentis permiserunt, vt in similes plane morbos excrescerent, & liberorum corpora, non aliter quam parentum antea, conficerent.

Modo aduentitio homo in morbum incidit, vbi vel violentia quædam externa crassi ali-

si alicuius corporis mole vel acumine solutionem continui caussatur, vel ex alimentis elementisque externis, quibus homo ad sui conseruationem carere nequit, impuritates vna aduehuntur, quæ intra œconomiam humanam relicta pro naturę suæ varietate varios producunt morbos.

Quæ omnia distinctius in subiectis quibusdam axiomatibus explicabo.

I.

Morbus omnis ex suo semine nascitur.

Excipitur morbus, qui est à violentia externa solutionem continui per molem quandam, vel per vstionem, vel per sectionem, vel per punctionem, vel per frictionem, vel per contusionem fractionemue aduenientem caussante. Præter hunc morbum alius omnis morbus è suo semine est. Hoc vero non ignorandum est, quod vulnere vel fracturis accidentibus semina morborum in corporibus hominum semper delitescentia facile actiuentur, & ad animationem irritentur, atque sic in morbos enascantur. Vnde à morbo externo alius deinceps prodit morbus è suo tamen semine. Vt autem axioma nostrum melius intelligatur, lubet sic philosophari: Omnium corruptibilium substantiis semina tam sanitatis quam morborum permixta habentur, ita vt seminibus sanitatis prædominantibus, sanitas; morborum vero rationibus dominium sibi vendicantibus,

cantibus, morbi oriantur. Huiuſmodi ſemina ſunt impuritates, quæ puris corporum partibus adeo ſubtiliter vnitæ ſunt, vt oculis & ſenſu, dum ita pura cum impuris cohærent, differentia nulla animaduerti poſſit. Quæ impuritates etſi ſeminali malitia imprægnatæ ſint, tamen ſuam malignitatem non ſemper exerunt, ſed quieſcunt, vſque dum aliunde ex aliis aduenientibus impuritatibus fomentum accipiant, illudque ſuæ naturæ adiungere poſſint, vt exinde earum malitia augeatur, & morbi generentur. In hunc ſenſum verba Seuerini obſeruanda ſunt, vbi capit. 12. ideæ med. Philoſ. mihi pagin. 212. ſic ait: Vnicuique ſpeciei & radici mundanæ adiuncti ſunt hoſpites, aduenæ, impuritates, quæ ſine diſcordia & lite in ſcientiis, vitalibus principiis concurrunt, explicatæ vero in generationum & augmentationum fluxu concontinuo ſeparatæ & exaltatæ inimicitias, diſſolutionum mortiſque authores, exercent. Ita mineralium radices ſuas habent impuritates adiunctas, quæ, digeſtis temporibus abſolutis, rubigine & æruginoſa corruptione diſſolutionem moliuntur. Vegetabilium quoque balſamus hoſpitum & impuritatum commercio inquinatus, ſenectutis, morborum & mortis anatomiam admittit. Hic corruptionum ſpecies variæ apparent σήψεις, αἰβάνσεις, iuxta proprietates & ſcientias impuritatum. In quibus Mercuriales impuritates & ſulphureæ hoſpitantur, putredine diſſolutionem abſoluunt, vt herbæ fere omnes; præſertim mercuriales, anguriæ, cucumeres,

cumeres, melones. In quibus vero impuritates mercuriales non sunt ita copiosæ, & salium robustior natura, ἄβανσιν vel cariem expectant; vt arbores plurimæ, fruticesque nonnulli. In radice vel mumia animalium, quia vegetabilibus & mineralium resolutionibus nutriuntur; similes impuritates reperiuntur, differentes tamen secundum agrorum naturam: Facta est enim transplantatio ex prouincia balsami vegetabilis in rempubli. animalis. Dissolutiones proinde & mortes similes experiuntur. Humana vero radix quia omnium fauore & ministerio vtitur, vniuersis quoque impuritatibus inquinata, morborum & mortis infinitas species obtinuit. Hæc Seuerinus.

II.

Semina morborum partim cum (a) *semine homini implantata sunt, partim cum* (b) *Elementis & alimentis in corpus recipiuntur.*

(*a*) Vbique sunt bona mixta malis, & mala mixta bonis. Ergo & semen hominis habet tincturas seminales, è quibus morbi oriri possint. Non vero morbi ex iis semper prodeunt; quia à bonis tincturis teguntur, reprimuntur; ácproinde balsamus hominis natiuus suis actionibus vegetis & efficacibus potenter vitam tuetur. Quod si vero accidit, vt impuritates latitudinem quandam aliunde adsciscant, vires assumant, & sic actiuitatem quandam conquirant;

quirant, tum morbos excitant. (b) Elementa & alimenta ita necessaria sunt ad conseruationem hominis in hac vita, vt sine eorum fruitione homo existere nequeat. Postquam autem homo se semel ab æternitatis fonte spontaneo consilio segregauit, posteri eius in corruptibilibus alimentis & Elementis suæ vitæ continuationem & propagationem quærere coacti fuerunt. Illa autem cum impuritatibus infinitis scateant, eas simul in hominis corpus ingerunt, quæ, si ex imbecillitate balsami natiui intus relinquuntur, & generationum latitudinem accipiunt, vitalibus actionibus bellum mouent, & dissolutionem serio studio moliuntur, nisi insitus balsamus paulatim se colligat, vel aliunde vires congeneas sibi acquirat; quibus se fortiter hostibus opponat, eisque viriliter resistat. Homo, quia ex externis Elementis & alimentis suam vitam prolongare debet, assumit ea intra corpus suum: Quia autem impuritates simul cum ipsis in corpus ingrediuntur, in corpore fit à superante balsamo mediantibus debitis organis impuritatum segregatio & excretio. Et hinc sanitas accedit. Quod si vero impuritates non bene à pura natura separantur, nec, etiamsi bene superatæ fuerint, exturbantur, tum intra corpus relinquuntur, & vi seminali sua morbos procreant. Exemplis res fit manifestior.

Cibus & potus ingeruntur per os in ventriculum: In ore cibus manditur. Potest accidere vt inter mandendum pars cibi sub cauitatibus

tibus dentium relinquatur, & ibi putrefiat. Ex ista putrefactione benignus succus in superiora ascendit & instar roris refocillare potest illa: sed cum id, quod præter illum bonum succum superest, per debita emunctoria conuenienter non excernatur, sed vltra debitum tempus intra dentes relinquatur, contrario modo dentes molestat, & suo Sale neruos dentium perstringit, ac si pro ratione Salis dolorem creat, & consumptionem molitur. Præterea dum cibus & potus in ventriculum proiicitur, in ventriculo aliquandiu commoratur, & ventriculo bene disposito in chylum bonum conuertitur: Archæo vero ventriculi infirmato chylus non bene præparatur, sed cibus vel plane indigestus permanet, vel in prauum chylum citius æquo liquescentem abit. Ex illo lienteria, ex hoc diarrhœa oritur. Lienteria ergo est, quando cibus adhuc plane crudus per intestina excernitur. Diarrhœa est chyli totius ex deprauata ventriculi concoctione sic præparati per aluum effluxus intempestiuus. Postmodum ventriculi Archæo bene suam functionem obeunte chylus mittitur per orificium ventriculi inferius ad intestina, & in ieiuno per venas mesaraicas pars eius sincerior ad hepar defertur: impurior vero pars ad inferiora intestina abripitur, ibique detinetur, vsque dum suam emissionem vel pondere vel accedente felleo humore vrgeant. Quod si vero eiusmodi impuritates de Salis constringentis natura participent, vel sulphur aliquod inflammabile in se continent, tunc sulphuris nimia caliditate

impu-

impuritates exiccantur, vel salis styptici virtute intestina contrahuntur, & adeo angustantur, vt postea excrementa excerni nequeant. Hinc permulti solent oriri morbi. Quod si tum excrementa flatuosam naturam secum habuerint coniunctam, flatus ad colon abeunt, ibique tormina vẽtris excitant: si simul ad generationem vermium disposita fuerint, vermes generabunt: Si sulphurei & fuliginosi vapores inde exierint, cordis capsulam aliquando ferient, & palpitationem creabunt: aliquando vero in caput eleuabuntur, & ibi dolores, epilepsiam, melancholiam, maniam pro fuliginum istarum acrimonia vel remissiore efficacia mouebunt. Addo quod salis acrimonia in excrementis intestinorum existens sæpe dysenteriam causetur, quando ea arrodit & exulcerat. Porro sinceriorem partem chyli ad hepar delatã hepar in sanguinem elaborat: vt vero defœcatior reddatur sanguis qui totius corporis nutrimentũ fieri, & spiritibus vitalibus materiã subministrare debet, tres separationes in hepate animaduertuntur: 1. impuriorem sanguinem splen in se attrahit, fel vesicula fellea sibi elicit, & serum per venas emulgentes in renes delabitur: Reliqui sanguinis parte primũ ipsum hepar nutritur; altera pars per venam cauam in omnia transmittitur membra, & vt spiritum aqueum iis impertiatur, & vt suppeditet nutrimentum, quo alantur & restaurentur: Archæus attractum impuriorem sanguinem magis magisque in officina splenis digerit, & id quod purum est, sibi appropriat, impurum vero segregat & dissipat: Quod si præstate nõ poterit,

Dicitur vulgo nimis ſtricte Anaſarca. Quando vero vel ex diſpoſitione alimenti, vel ex indiſpoſitione hepatis ſanguis partim in flatus, partim in ſerum commutatur, flatuſque ipſum abdomen penetrant, fit Tympanites, alia hydropis ſpecies. Poteſt etiam accidere, vt venæ, per quas ſanguis ex hepate in abdomen fertur, renum officium per obſtructionem imitentur, & non patiantur ſanguinis ruborem, ſed ſolummodo ſerum ad abdomen prolabi, tum aſcites producitur. Idem in vtero fœminæ aliquando contingit, qui vel ex obſtructione venarum deferentium, vel alio ſuo vitio ruborem attrahere nequit, ſed tantum pro ſanguine ſerum aſſumit, vt ſic intumeſcat & in morbum incidat, qui hydrops matricis appellatur. Cæterum ſerum ad renes delatum per vreteres ad veſicam delabi tenetur: Verum ſæpe euenit, vt ex quadam ſuperaduenienle imbecillitate Archæus renum omne tartarum cum ſero ad veſicam ablegare nequeat, ac proinde locum & ſedem ei concedit in officina renum. Horum vires cum inde magis magiſque moleſtentur & obtundantur, tartarum relictum amplius digeritur ibique vel putreſcit, vel paulatim in acrem & corrodentem ſalem reſoluitur: Vnde nephritis & calculus renum oritur.

Quod ſi vero tartarum vlterius ad vreteres prolabitur, ibiq; figitur, ſerum ex parte regurgitat, & ineffabiles dolores in renibus, dorſo & lũbis cauſatur. Sin vero è renibus in veſicam ſerum illabitur, & in ea vel ex vi conſtringenti ſalis tartarei in ſero contenti, vel ex tenacitate tartari

aliquandiu perſeuerat, calculũ veſicæ generat, & pro diuerſitate ſalis diuerſos dolores creat. Quod ſi calculus ille fuerit valde compactus, difficillime ſoluitur & expellitur: Si vero arenarius, facilius eiicitur. Iam venio ad digeſtionem, qua ſingula membra in ſanguinem operantur, & ex eo nutrimentũ ſibi hauriunt, vt inde intelligi queat, quomodo ex nutritione membrorum impuritates relinquantur, infinitorum morborum procreatrices. Vbi ante omnia ſciendum: 1. Sine alteratione ſanguinem in ſubſtãtiam membrorum permutari nõ poſſe. 2. Alterationem eam ſanguinis fieri mediante Archæo ſingulis membris deſtinato & appropriato, dum aſſumptum ſanguinẽ digerit, & amplius coquit. 3. In omni eiuſmodi digeſtione fieri ſeparationem puri ab impuro, & impurum, quando relinquitur in ipſis membris, vel ad alia membra, quæ à ſe illud repellere nequeunt, propellitur, pro ratione ſuæ naturæ dolores & morbos excitare. Quot ergo membra in homine, quæ ſanguine nutriuntur, reperiuntur, tot etiam ſpecies morborum dari poſſunt. Intuemini articulos. Hi ex ſanguine eliciũt illud quod eſt mucilaginoſum & viſcoſum ad ſui nutritionẽ. Quod ſi vero cum eo nutrimento ſal aliquod peregrinũ in articulos inſinuatur, quod expelli nequit, generatur arthritis, quæ in manus articulis chiragra, in pedis articulis podagra, in genibus gonagra, in vertebris dorſi, das Rückwehe appellatur. Similiter vbi in inferioribus partibus poſt digeſtionem nutrimenti impuritates relinquuntur & reſoluuntur, ſurſum ex iis vapores eleuantur; qui

tur, qui cum à superioribus partibus etiam dissentiant, agunt in spirituum ergasteria, spiritusq; adeo molestāt, vt ordinarie & moderate suas actiones absoluere nequeant: itaque vel vasa superiora obstruunt magna ex parte: & sic Epilepsiam inuehunt, dum per vehementem istam obstructionem spiritibus à corde ad cerebrum ascendentibus liberam surripiuut motionem & operationē, conuulsionemque causantur: vel manifesta vi in spiritus agunt congelando: quod fit vel vaporibus sulphuribusq; narcoticis, quæ sensum & motum adimunt neruosis partibus: vnde lethargus, paralysis & apoplexia oriuntur; vel vitriolaticis spiritibus: qui humores coagulant, & coagulando debita vasorum officia impediunt: Vnde aliquando lucta inter spiritus vitales & animales producitur, & Epilepsia etiam nascitur. Præter ista sciendum est, alimenta ingeri debere, quando corpus bene & temperate constitutum est: alias etiam bonum succum & humorem in contrariam mutari naturam, & morbos imo sępe mortem generare; Tum enim impuritatum cum alimento assumptarum à conuenienti puritate separatio legitima fieri nequit. Sic corpore nimium inflāmato homo in ingentem sitim fertur: qui vbi deinde potionem frigidam in ventriculum infundit, humor potionis subito in vapores resoluitur, & vel suffocationem spiritibus infert, vel vasa in intemperiem disponit, vt varii inde morbi suam sumant originem. Est & adhuc alius modus, quo, præter impuritatum ex digestione sanguinis ad partium nutritionem facientis relictionem, morbi oriun-

tur ex ſpirituum digeſtione: Dum enim ſpiritus aqueus cum aereo in officinam cordis fertur, mutatur in ſpiritum vitalem. Hæc mutatio non poteſt fieri ſine ſpirituum digeſtione, ac proinde tum impuritates quædam fuliginoſæ ſæparantur: quæ ſi intra cordis capſulam per quandam obſtructionem aliquandiu detinentur, palpitationem, vel ſyncopen non raro producunt. Si deferantur in pulmonem, ſecumque ſimul habent ſal aliquod aluminoſum & acre, pulmone male alias affecto, facile eum exulcerāt, & ſic phthiſin, quā Dogmatici vocant, efficiunt. Sin vero ſurſum cum ſpiritu impuritates iſtæ ſulphureæ & ſalinæ aſcendunt, neruos obſtruunt, ſtuporem inducunt, caput feriunt, dolores excitant, vertiginē cauſantur & multa alia infinita mala. Accedit quod etiamſi legitima fiat excretio impuritatum per digeſtionem ſpirituum in officina cordis factam, tamen in cerebro ſpiritus vitales nouam mutationem ſubeant, & perfectius digeſti in animales radios cōmutentur. In eiuſmodi digeſtione ſi fortaſſis peccatur, & impuritatum ſpiritualium perfecta ſeparatio non ſit, tum ſeſe vaſis ſuperiorib. immiſcent, intemperiem inuehunt, & impedientes functionem animalium ſpirituū omnis generis morbos pro ratione ſuæ naturæ, ſulphureæ ſcilicet ſalinæve aut Mercurialis in capite gignunt. Conſiderabis hæc omnia, ô homo, apud te exactius, & in profundiorem morborum cognitionem eueheris, nulluſque fere morbus, qui ex impuritatibus per digeſtionem ſeparatis ortum ſuum trahit, tibi ignotus eſſe poterit. Elementum aeris per inſpi-

rationem & tranſpirationem ſecum adducit aliquoties venenum. Quod ſi à vitali facultate & balſamo hominis natiuo ſuperatur & repellitur, nihil noxii affert: Sin vero ex imbecillitate quadam internarum virtutum venenum ſeparari nequit, agere illud incipit in corpus, & vel ſubito, ſi ſpiritus nimium potentes habet, œconomiam humani corporis diſſoluit & deſtruere molitur, vel ſi ſpiritus non adeo potentes ſunt, ſed corporis cuiuſdam mole quodammodo coercentur, ſeſe intimius partibus imprimit, vſque dum tandem cum ſucceſſu temporis exacerbetur, & pro varietate naturæ ſuæ varios progeneret morbos,

III.

Omnis humor naturalis ſi è ſuo genuino loco mouetur, & in alienum corporis locum delabitur, morborum multorum ſit radix.

Id ſic intellige ex hoc exemplo: Sanguis venoſus venis tanquam propriis vaſis continetur: Si vero accidit vt extra ea vaſa oberret, & vel in pleuram muſculosve meſopleuriticos internos vel in diaphragma alioue feratur, putrefieri incipit & pro putrefactionis ratione inflammationem gignit, ex qua deinceps pleureſis & alia mala ſuboriri queunt. Quando humor naturalis in aliena parte eſt, pars illa innato calore agit in eũ, & id, quod ſibi eſt inconueniens, non tantum ſegregare, ſed etiam exterminare conatur. Vbi quia naturali emunctorio, per quod expurgatur, deſtituitur, in acrimoniam impuritas exaltatur, & ſic

putrefactionem partis, ad quam prolapſus erat humor, mouet.

CAPVT XIIII.

De Deſtructione.

1. D*Eſtructio hominis eſt animæ humanæ à corpore ſeparatio.*

Quod ſi anima ſeparatur, mors oritur. Deſtruitur autem homo variis modis: 1. à Deo immediate: Sic Moyſes mortuus eſt, 2. manu Angeli, 3. manu hominis, 4. impetu alicuius bruti, 5. lapſu aliquo repentino, 6. oppreſſione ſubita, & 7. veneni coniuncti cum iis, quę conſeruationi hominis inſeruire debent, dominio: Venenum enim illud quando naturales vires ſuperat, certiſſimam affert mortem.

2. *Anima hominis poſt ſeparationem à corpore ad Deum, qui dedit eam, redit: corpus autem eius in Elementa.*

Reuertitur puluis in terram, vnde erat, & ſpiritus redit ad Deum, qui dedit eum. Eccleſiaſt. 12. verſ. 7.

Axioma.

Reſolutio ſeu deſtructio hominis fatalis eſt, & euitari nullo ſubſidio humano poteſt.

Id eſt, homo quia immortalis eſt, & in externis vitæ ſuæ conſeruationem quærit, tandem moritur, etiamſi fieri poſſit, vt terminus vitę prolongetur, & hora, qua per naturam moriendum fuiſſet, pro-

procrastinetur. Prolongationis autem certa sunt auxilia & media, per quæ euitare licet non ipsam mortem, sed horam quandam mortis. Media talia sunt Pietas & Medicina. Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabũtur Prou. 10. 27. Ezechias postquam à Propheta Esaia nomine Dei ipsi mors annunciata fuit, Esa. 38. 1. faciem suã ad parietem conuertit, & orauit ad Dominum ib. v. 2. & ipsius diebus 15. anni à Deo adiecti fuerũt, ib. v. 5. Medicina tam diætetica, quam prophylactica & therapeutica intelligitur. Hic commẽdatur valde remedium metallicum, quod vocant vniuersale; sed magis commendatur ad eundem vsum medicamẽtum desumptum ex radice hominis, quæ est sanguis ipsius. In sanguine hominis proximius cõtineri balsamum humanum, quam in aliis rebus toto genere diuersis, vt vegetabilib. & metallicis, nemo nescit, ac proinde recte medicinam vere confortatiuam ex eo elici merito statuimus; Sed cum sit euidenti corruptioni obnoxius sanguis, curandum est, vt ex re minus corruptibili metallica ipsi balsamum adiũgamus, & sic in medicinam longæuitatis permutemus. Radice bene curata facilius & melius curabitur id, quod ex ea radice est. Medicina autem ex sanguine & balsamo vere metallico confieri nequit, nisi balsamum metallicum è statu minerali in vegetabilem & animalem, arte iuuante & ingenio Philosophi transplantatum & transmutatum fuerit. Doctrinæ filiis id considerandum & peragendum relinquo.

HERMETICÆ PHYSICÆ LIBER XI.

DE HARMONIA RERUM Naturalium.

CAPUT I.

DE HARMONIA RERUM NATURALIUM in Genere.

1. *HActenus simplicem Physicam tractauimus: superest Harmonica, quæ harmoniam rerum naturalium explicat.*

2. *Harmonia rerum naturalium est, qua res naturales vel inter se, vel etiam diuinioribus sunt similes.*

Iam tandem, Deo benedicente, ad nobilissimā Physicæ Hermeticæ partem accedo, eiusque explicationem non sine singulari delectatione instituo. Video enim & re ipsa cognosco, fundamētalem

talem rerum naturalium cognitionem in harmoniæ genuinæ apprehensione consistere. Omnia ab vno profluxere, & omnia in vnum redeunt: Vnde etiam in vno fundamentum harmoniæ collocatur. Sunt qui harmonicam rerum cognitionē plane repudiant & reiiciunt tanquam humanum figmentum: sed si intimius diuina & mundana inspicerent, & Deum in dispositione eorum singularem concentum obseruasse scirent, vtique perfectius & exquisitius scripturam sacram, macrocosmum & microcosmum intelligerent. Omnia ordine, tempore, mensura & pondere à Deo creata subsistunt. Syrach. 39. 26. Harmonia ad omniū mysteriorum cognitionem DEO singulariter sic ordinante certissima via est. Etsi autem superius in prodromi physici c. 6. collationem macrocosmi cum microcosmo instituerim, & quodammodo explicuerim, tamen cum harmonia rerum latius se ostendat, hic ex professo de harmonia agā, atq; dilucidiori methodo ξὺν θεῷ eam proponam.

Axioma.

Harmonia est similitudo rerum.

Non tantum respectu essentiæ alicuius communis, sed etiam ratione conuenientiæ in quantitate, qualitate, actionibus, passionibus & relationibus.

3. Harmonia rerum naturalium est 1. Rerum terrestrium inter se. 2 Rerum inferiorum & superiorum 3. Macrocosmi inferioris cum macrocosmo superiore, 4. Macrocosmi vtriusq; cū homine tanquam

quam microcosmo, & 5. Macrocosmi cum perpetuo mobili.

CAPVT II.

DE HARMONIA TERRESTRIUM respectu generationis.

1. H*Armonia terrestrium inter se est, qua terrestria sibi inuicem respondent.*

2. *Idque potissimum fit tribus modis, Generatione, Conseruatione, & Destructione.*

Metalla, vegetabilia, & animalia tria constituunt inter se distincta regna: Et tamen vbiq; idem modus generationis, conseruationis & destructionis obseruatur.

3. *Generatione terrestria sibi inuicem respondent, quia vno & eodem modo singula generantur & producuntur.*

4. *Vno autem & eodem modo generantur metalla, vegetabilia, animalia, sanitas, morbus.*

Generantur

Metalla ex

(a) Sulphure & argento viuo: vbi Sulphur rationem masculi & agentis, argentum viuum rationem fœminæ & patientis habet. Quæ duo quãdo inter se connectuntur, aquam viscosam proximã metallorum materiam constituunt.

Hæc

Hæc materia dum (*b*) *mineræ tãquam matrici* includitur, insita vi magnetica ex ea sibi (*c*) aquam tanquam alimentum attrahit, insito Archæo seu calore natiuo illam in suam naturam metallicam conuertit, idque eo vsque continuat, donec pori, per quos nutrimentum intus recipitur, externo aere vel salis interni coagulantis abundantia cõstringuntur & clauduntur, vt hinc amplius foueri & nutriri nequeat. Tum generata est metallica (*d*) stirps in se omnia habens, quibus ad sui vberiorẽ conseruationem & perfectionẽ opus habet. Sulphur ergo insitum, seu calor natiuus metallicus, tum non amplius intendit in nutrimenti absentis assumptionem, sed assumpti digestionem, & metallicæ formæ confectionem. Sed cum sulphur sub primum impetum propter suam imbecillitatem omnes Mercurii seu argenti viui cruditates superare nequeat, (*e*) motu suo sibi vires colligit, & paulatim eas vincere conatur. Dum autem ita agit, primum plumbeo, 2. stanneo, 3. argenteo, 4. cupreo, 5. ferreo, & 6. aureo colore materiam metallicam inuestit & perficit, vt hinc Saturnum radicem metallorum recte statueris.

Vegetabilia

ex

(*a*) Semine vegetabili, quod in sua natura Hermaphroditicum est. Tale semen est granum tritici, è quo triticũ, nucleus pomi, è quo pomus, nux auellana, è qua corylus nascitur. Quod si semen istud in (*b*) terram conuenientem proiicitur, ex insito perfectionis appetitu (*c*) aquam (*d*) interue-

aperte vrsinus fœtus testatur, qui post exclusionem ab vrsa lambendo in formam vrsinam efformatur.

Sanitas

ex

(*a*) Balsamo hominis (*b*) corpori inhærente, quãdo (*c*) similem balsamum seu humorem oleagineum ex alimento vel medicamento ad sui confortationem sibi (*d*) accedẽte caloris externi auxilio adiungit, eo se fouet, & ita exaltat, vt omnibus iis, quæ sanitatem vel impediunt, vel plane tollere solent, fortiter se opponat, & sic sanitatem procuret.

Morbus

ex

(*a*) Tincturis malignis seu impuritatibus (*b*) bonæ hominis substantiæ pexmixtis, dum (*c*) impuritatibus & tincturis aduentitiis ex alimentorum & elementorum vsu obortis (*d*) externi caloris subsidio irritantur, fouentur, nutriuntur & exaltantur, vt balsami innati functiones interpellent & plane obtundant, eaque ratione morbum procreent. Impuritates aduentitiæ sunt tartareæ substantiæ seu humores peregrini, qui ex digestionibus sanguinis vel spirituum in corporis humani œconomia relinquuntur, & occultis morborum seminibus excitandis fouendis & alendis destinantur. Habent hæ aduentitiæ tincturæ se instar masculi, quemadmodum insitæ tincturæ fœmineam naturam induerunt.

Colla-

Collatio.

Vides ita ex dictis, ea, quæ generãtur, singula ex suo semine (*a*) in conuenienti matrice (*b*) produci, humore cõsimili (*c*) nutriri & conseruari, donec tandem aliquando suum prædestinatum terminum assecuta fuerint. Insuper etiam facile hic animaduertis ad generationem requiri motum, (*d*) qui ab externo quodam calore excitatur. Notandum quoque hic est, quod stirps metallica & ouum (*e*) singularem concordantiam inter se habeant: vnde & ouum Philosophorum stirps metallica vocatur, quia instar oui omnia in se continet, quibus ad productioné lapidis indiget. Terra enim metallica tantum aquæ sibi hausit, vt sufficiens sit medicinæ vniuersalis productioni, ita vt alia aqua non opus habeat. Cætera si diligenter dicta perlegeris, & inter se comparaueris, facile ipse iudicabis, & harmoniam eorum intelliges.

CAPVT III.

De Harmonia Terrestrium respectu conseruationis.

1. *Conseruantur terrestria, 1. caloris fotu, & alimenti subministratione, 2. speciei propagatione, 3. Regeneratione, & 4. Renouatione.*

2. *Caloris fotu & alimenti subministratione conseruantur*

Vege-

Vegetabilia:

In terra radicem agentia, dum calore Solis externo & sulphure innato fouentur, eo aqua subtiliatur, & in vapores adigitur, atque ita disponitur, vt per eam inhærens terra attenuetur, & per vapores in radices propulsetur ad nutriendum vegetabilia. In eiusmodi nutrimenti assumptione pro organorum ratione & caloris insiti virtute separantur impuritates & reiiciuntur, quamdiu vegetabilia sana sunt. Remanentibus vero iisdem fecibus intra vegetabilium corpora corruptio sequitur, vt in sequenti capite latius audietis.

Animalia:

Tam respirantia, quam alia, quorum Elementum aqua est, dum insiti balsamici sulphuris & externi caloris beneficio fouentur, alimentum genuinum sibi colligunt, intra se recipiunt, digerũt, in sanguinem conuertunt, sanguine omnia membra nutriunt, & impuritates, quæ in eiusmodi digestionibus separantur, excludunt, & sic vitam suam continuant.

Annotatio.

Sanitatis conseruatio & cum generatione eiusdem & cum conseruatione animalium coincidit: quare separatim ea explicanda non est.

3. Speciei propagatione conseruantur terrestria, dum similia generando sui speciem post se relinquunt, atq; in ea conseruantur.

Vt vegetabilia, animalia pleraque.

4. Regeneratione conseruantur, qua externam quidem formam quodammodo abijciunt, internã autem naturã & quidem præstantiorem retinent, & foras ostendunt. Hoc modo regenerantur lolium ex tritico natum, & metalla.

Lolium

in terram viuaciorib. spiritibus, & balsamico sulphure impraegnatam, ac proinde meliorem ea, è qua natum est prius, proiicitur, aqua conuenienti, quæ balsamicum terræ spiritum in se continet, conuenienter nutritur, calore sulphuris innati & extrinsecus moti genuino fouetur, & sic tritici natura intus abstrusa tandem cum multiplicatione in lucem prodit.

Metalla

in argentum viuum seminantur, & in eo, ingenio veri Philosophi disponente nutrimentum sibi sumunt, atque tam diu coquuntur, donec omnibus impuritatibus abiectis spiritualem naturã induerint, & aliorum imperfectioni tollendæ inseruire queant. Hinc Paracelsus lib. de generat. rer. natur. Zu gleicher weiß/ wie der Mensch widerumb in seiner Mutter Leib mag gehen / das ist / in die Erden/ darauß der erste Mensch kommen/ vnd also zum andern mal mag gebohren werden / am Jüngsten Tag : Also mögen alle Metall widerumb in den Mercurium viuum gehen / vnd mit sampt jhm solvire /vnnd ein Mercurius werden/ vnnd durch das Fewer zum andernmal gebohren / vnnd clarificiret werden / so sie biß in die viertzig Wochen in stäter

Wärme/

Wärme / wie das Kind in Mutterleib / darinnen verharren/rc. Also werden nun nicht allein gemeine Metall / sondern tingirende Metall gebohren. Dann so das Silber/wie gemeldt/ zum andernmal gebohren wirdt / tingirt es darnach andere Metall zu Silber : Also auch das Goldt andere Metall zu Goldt: Deßgleichen mit allen andern Metallen zuverstehen ist. Qui imaginantur subtilia, nihil inueniunt: Qui vero simplicem incedunt viam, ad sapientiæ apicem pertingunt.

4. *Renouatione conseruantur* (a) *vegetabilia,* (b) *viperæ* (c) *cancri,* (d) *cerui,* (e) *gallinæ,* (f) *vulpes, &* (g) *imperfecta metalla.*

(*a*) Dum verno tempore virorem ex fermentato terræ prægnantis sulphure induunt, & quæ quasi mortua per hyemem visa fuerunt, reuiuiscunt. (*b*) Balsami renouantis in terræ latibulis existentis haustu, vnde pellem antiquam exuunt, & noua vestiuntur. (*c*) Similiter etiam cancri quotannis renouantur, qui crustam antiquam deponentes molliori tegumento amiciuntur. (*d*) Cerui quotannis cornuum generatione & regeneratione suæ vitæ innouationem ostendunt. Ad senium prouecti speluncas viperarum vestigant, & illuc venientes ex iis spiritu suo viperas attrahunt, attractas deuorant, seque totos inde ita renouant, vt iam non amplius senes, sed iuuenes videantur. Ferunt in eiusmodi renouatione ex oculis ceruorum Bezoar exudare & coagulari. (*e*) Gallinæ postquam ouis pariendis finem imposue-

Tt 2 runt,

runt, singulis annis veteres plumas abiiciunt, & nouis iterum ornantur. (*f*) Vulpes pilos mutant quotannis: Quod venatores probe sciunt, ac proinde iis verno & æstiuo tempore non insidiari solent. (*g*) Imperfecta metalla renouantur lapidis Philosophici communicatione: intus enim cum sint aurum, aureitas ista Hermetici lapidis proiectione augetur, & foras se sistit, dum in aurum verum mutantur, & sic à corruptione, cui antea obnoxia erant, præmuniuntur.

CAPVT IV.

De Harmonia Terrestrium respectu Destructionis.

DEstruũtur terrestria, vt metalla, vegetabilia, animalia, aquis fortibus. Aquas enim fortes, quia cum natura ipsorum pugnant, tanquam nutrimenti vehiculum admittere nequeunt. Vnde & aurum aquis fortibus in se permittit ingressum, quo externa illa forma plane destruatur: taceo vegetabilia & animalia, quæ tenerioris naturæ sunt, & corruptioni magis appropinquant. Illa enim fortius per aquas fortes euertuntur. 2. Vegetabilia & animalia euidentius etiam impuritatibus ex separatione & digestione alimentorum relictis ad interitum feruntur. Vegetabilia enim ex terra cui infixa sunt, per aquam alimentum suum hauriunt: Tertia vero cum impuritatibus abũde scateat, impuritates se nutrimento in aqua ad radices plantarum vniunt, vbi vel foris relinquuntur,

vel si subtiles fuerint, cum nutrimento simul in substantiam vegetabilium ingrediuntur: vnde radicum quarundam corrosio & putrefactio præmatura sæpe oritur: fit & inde quoque ex frumēti grano lolium: Quando vero ex rebus alimentariis impurum à balsamo naturæ vegetabilis separatur, forisque relinquitur, illud fit sub mucilaginosa & tartarea aliqua specie, è qua putrefacta vermes, formicæ, terræ pulices & alia inutilia pōdera nascuntur, quæ fœcunditatem terræ exenterant & tollunt, vt non immerito homines querātur, hisce temporibus agrorum & vinearum quarundam etiam probe stercoratarum prouentus prioribus prouentibus non respondere. Vnde fit vt multis in locis vineæ, quæ antecedentib. temporibus etiam nostrorū hominum memoria fœcundissimæ fuerunt, iam euertantur, atque in agros, hortosque spe maioris vtilitatis commutentur. Si hoc vegetabilibus accidit, quid putas fieri in animalibus, quæ vegetabilibus vescuntur? Siquidem in hisce separationum vasa & instrumenta sunt longe plura. Quo vero plura sunt separationū vasa in aliquo corpore, eo plus periculi est, ne facultas coquens & digerens propter impuritatum cum nutrimento se insinuātium admixtionem deficiat, atq; ex defectu radicem corruptionis corpori induci permittat. Confer quæ supra de morborum ortu præcedente libro disserui, & harmoniam corruptionis facile intelliges. 3. Morbus & hostis vno & eodem modo propulsatur. Dux qui vrbem vel propugnaculum aliquod occupat & possidet, militem intra illud admittit, vt

eius subsidio hostem forinsecus obsidentem & sibi habitationem istam appropriare conãtem fundat, pellat, & prorsus interimat. Hinc studiose primum sibi prospicit, ne cuniculos hostis sub terra fodiat, per quos clam in propugnaculum illabatur, & ipsum improuidũ exturbet. Deinde omnia machinaměta, quę ab hoste propius vrbi admota fuerunt, tormentis bellicis aliisve viis discutit, dirumpit & plane destruit, quam diu hoste fortior fuerit. Imo interdum occasione oblata extra munimentum suum erumpit, & milite stipatus hostẽ viriliter adoritur, oppugnat, & vel fugat, vel forti manu interficit. Sic etiã balsamus innatus animalis cõducto milite medicamentorum balsamicorum morbum aduenientem, vel iam intus existẽtem tam fortiter aggreditur, vt, nisi potestate inferior fuerit, morbus cedere cogatur, & sic sanitas vel vacillans, vel plane amissa debito modo in diuturniorẽ animalis conseruationẽ restituatur.

CAPVT V.

De Harmonia Superiorum & Inferiorum.

1. *HArmoniam qua terrestria sibi inuicem respõdent, explicauimus: Harmonia, qua superiora inferioribus, cœlestia terrestribus assimilantur, sequitur.*

2. Vbi primum sciendum est, Solẽ quendam in centro terræ inuisibiliter conclusum esse, qui è cẽtro

vndiq;

vndique ad terræ circumferentiam radios suos in promotionem fructuum terræ transmittat, non aliter ac Sol cœlestis radios suos è cœlo in terram demittit.

Sol vero istiusmodi eo fine in centro terrę latitat, vt semina rerũ in centrũ terræ deiecta sursum eleuet ad rerum productionem. Centrum terræ abyssus talis est, quæ nõ patiatur diu iniecta semina latere: ac proinde insita sua virtute ea ad superficiem per radios suos promouet, vt id, quod occultum est, manifestum fiat. De harmonia quam Sol terrenus cum Sole cœlesti habet, sic philosophatur Sendiuog. tract. 11. Sicuti Sol inter sphæras Planetarum centrũ est, & ex hoc cẽtro cœli deorsum calorem motu suo spargit: sic in centro terræ Sol terræ est, qui motu suo perpetuo calorem vel radios sursum ad terræ superficiem pellit. Is calor intrinsecus multo efficacior est hoc igne Elementali, sed temperatur terra aqua, quæ de die in diẽ poros terræ penetrat, illamq; refrigerat: Sic Solẽ cœlestem & eius calorem tẽperat aer, qui de die in diem circumuolat orbem, & nisi hoc esset, calore tali res omnes cõsumerentur, nec quicquã nasceretur. Sicuti autẽ ignis ille inuisibilis seu calor cẽtralis omnia consumeret, si nõ intercederet aqua: Sic Solis calor omnia destrueret sine intermedio aere. Sicuti Sol cẽtralis, ait idẽ autor in epilogo 12. tractatuũ, habet suũ mare & aquã crudã perceptibilẽ: Sic Sol cœlestis habet suũ mare & aquã subtilẽ & imperceptibilẽ (aerem videl.) in superficie terræ radiis iungantur, & producunt flores & omnia.

3. Quemadmodum autem in cœlo & in terra Sol datur: ita etiam in singulis terræ fructibus Solis natura latitat, quæ actionum omnium origo & radix est, & ad similitudinem externi Solis radios suos è centro corporis sui ad circumferentiam in lucem propellit.

4. Inter fructus tèrræ numerantur mineralia & vegetabilia.

Quemadmodum omnia sidera, tam minora, quam maiora de Solis cœlestis natura participāt: ita & fructus terræ Solis terreni sunt participes: vnus tamen magis quam alter. Vnde astris cœli superioribus comparari solent: & metalla planetis recte assimilantur. Sic Saturnus terræ plumbum, Iupiter terræ stannum, Mars terræ ferrum, Sol terræ aurum, Venus terræ cuprum, Mercurius terræ argentum viuum, & Luna terræ argentum est. Vbi notandum est, aurum Solē terrę dici, non quod sit Sol centralis terræ, sed quod in terra natū eundem respectum ad reliqua metalla habeat, quem Sol cœlestis habet ad reliquos Planetas, & quod non aliter ac Sol cœli complementum totius Vniuersi eminenter in se habeat, vt vel hinc vno signo hieroglyphico (circulo videlic. in cuius medio centrum consistat) tam aurum quam Sol notentur. Ex auro lux seu tinctura Philosophico ingenio elicitur, quæ vbi reliquis metallis communicatur & insinuatur, omni imperfectione metalla exuuntur, & perfectione auri induuntur. Alias terrea illa corpora planetis non comparantur: nisi quod singula omnium astrorum superiorum tincturas

cturas in se habeant, & eas etiam actu ostendere possint, si philosophice præparentur. Id quod euidẽter microcosmus Philosophica manu ex metallis erutus nobis demonstrat. Quod natura diffundit in Sole cœli; id eadem natura coarctat in auro. Quod libere in Saturno natura operatur in macrocosmum, illum ipsum plumbo inclusit eadem natura, vt in inferioribus etiã essent corpora, quorum resolutione sidera remotissima explorari possent. Miserãdum est, quod cœlestia perscrutari conemur, & negligamus terrestria, in quibus cœlestia tamen occultantur, & facilius resolutione debita præmissa, vires eorum explicatæ exhibentur.

5 *Magneti cum stella poli Arctici locum sustinentis tanta conuenientia est, vt ab vna parte semper ad Septentrionem respiciat.*

Magnes & stella illa vnius generis spiritu ferreo pollent, cuius radii ab vtroque corpore per rectã lineam sibi inuicem occurrunt, se mutuo amplectuntur & quiescunt: Quando vero oblique se tangunt, magnetis radii consistunt irrequieti: id quod euidenter in pixide nautica nobis innotescit. Hæc enim ligulam in se habẽt, cuius vna pars lilii imagine insignita ferrea & magnete confricata est. Ligula illa quiescere non potest, vsque dum lilium illud, seu pars quæ ad magnetem affricata est, septentrioni obuertatur, vt radii radiis directe obuiam venientes se mutuo amplexu excipiant, & amore spiritus vinciantur.

6. *Cum humoribus tantus Lunæ concentus est,*

vt Luna decreſcente minuantur, creſcente vero augeantur.

Hinc & cerebra animalium iam accreſcunt, iam decreſcunt pro luminis Lunaris diminutione & auctione. Cancri in plenilunio pleni, in nouilunio vacui ſunt. Luna ad culmen diei aſcendente mare affluit & intumeſcit: à culmine vero diei ad occaſum quãdo Luna deſcendit, mare detumeſcit & refluit. Rurſus cũ Luna ab occaſu ad culmen noctis aſcendit, mare intumeſcit & affluit: cũ vero à noctis culmine ad occaſum redit, mare detumeſcit & refluit. Cũ enim Luna ab ortu ad faſtigium diei mouetur, tum ſupra noſtrũ verticem aſcendit, & ita aquas marinas ſuo motu & aſcenſu velut eleuat; aquæ autem eleuatæ per ſex horas defluunt: dum autem mouetur à culmine diei ſiue à meridie ad occaſum, per ſex horas continenter recedit à noſtro vertice ſeu hemiſphęrio, atque ita remittendo vim ſui motus facit vt aqua marina decreſcens refluat, nõ ſecus ac calor ignis ſi remittat, facit vt aqua in olla ſeu aheno detumeſcat: Cum deniq; ab occaſu ad culmen noctis Luna mouetur, quia ſupra hemiſphærium nobis oppoſitum aſcẽdit, vt ibi etiam mare intumeſcat, & contra cum deſcendit, etiam detumeſcat. Ita fit vt in noſtra parte ſeu hemiſphærio intra 24. horas bis mare æſtuet, ſemel à portu in altum affluendo & ſemel ex alto in portum refluendo: In parte vero mundi nobis oppoſita etiam bis æſtuet, defluendo nimirum & refluendo, atq; ita intra 24. horas integrum mare quater reciprocatur, noſtri reſpectu bis, & bis etiam reſpectu eorum, qui ex aduerſo

perso nobis habitant. Vide Keckermanni problemata nautica.

7. *Plantæ quædam, quæ radios quasi vndique vibrare videntur, folijs in orbem digestis veluti radiis, solisequæ & heliotropiæ appellantur, quod flores semper Soli obuertant, motumq; eius imitentur, etiam nubilo die.*

Quales sunt Cichorium, lupinus, flos magnus Peruiuanus, calendula, crocus, &c. Plantæ florib. albis spectabiles plerumque Lunæ orbem repræsentantes sunt Chamomillæ genera, Oenanthe, seu saxifraga rubra, lilium conuallium, pœonia, & quæ folia habent in falcis formam sinuata, vel corniculata, vt lunaria minor: quæq; lunam crescentem & decrescentem imitantur. Sempervivum & asphodelus Saturno; Eupatorium & gallitrichon Ioui: Peucedanum Marti, rapsum barbatum & pentaphyllum Mercurio, & Verbena Veneri respondet.

CAPVT VI.

De Harmonia Macrocosmi Inferioris & Superioris.

1. *MVndus est duplex: alius Spiritualis & purus: qui dicitur superior, alias cœlū Empyreum: alius corporeu & impurus, qui appellatur inferior.*

In illo

In illo habitant ſpiritus omnibus maculis deſtituti, & Dei Omnipotentis gloria eminenter illuceſcit: In hoc viſibiles ſubſtantiæ ſubſiſtunt.

2. *Tanta autem inter duos iſtos mundos harmonia eſt, vt nihil exiſtat in macrocoſmo ſuperiori, quod non ſui imaginem oſtendat in macrocoſmo inferiori.*

Id quod futurum eſt in macrocoſmo ſuperiori, id prius adumbratum apparet in macrocoſmo inferiori. Hinc à cognitione inferiorum aſcẽdimus in cognitionem ſuperiorum.

3. *Sicuti ergo in hoc inferiori macrocoſmo quatuor ſunt Elementa extrinſecus corporea & impura: ita in ſuperiori macrocoſmo quatuor ſunt Elementa extrinſecus ſpirutualia, & in ſe totaliter pura.*

Vbi tamen ſciendum eſt, quod terra & aqua ſuperioris macrocoſmi vnum globũ conſtituant, nomineque aquarum ſupercœleſtium in S, literis veniant, vt ſupra lib. 2. c. 2. innui.

4. *Sicuti Sol macrocoſmi inferioris influentiarum ſuarum radios lucem & calorem in hæc inferiora demittit, vt exinde tenebræ & frigora inferiorum diſcutiantur, & lumen calorq; rerum inſitus è tenebris euocentur, omniaq; ſic vere animentur, & vita vigore induantur. ita etiam ſupercœleſtium aquarum continuis radiis omnia ſuperiora ſidera illuſtrantur, & earum virtutes iis inſinuantur, vt mediantibus aſtrorum viſibilium radiis*

diis inferiora supranaturalium aquarum virtutibus inuisibiliter potiantur.

Astra cum quotidie effluant, spiritus vniuersi in aquis supercœlestibus eminenter cōtentus necesse est vt continuo vicissim influat, ne defectus in inferiorum conseruatione accidat. Mundus enim hic inferior si conseruatur, conseruatur spiritu Vniuersi, qui è superis in intimas inferiorũ corporum abyssos & centrum delabitur, iisque ita se incorporat, vt inferiora corpora merito gloriari & triumphare possint, quod id, quod superiora in superficie obtinent, in centro suo intimius absconditum gerant. Cœlum ergo Empyreum cum omnibus virtutibus, potestatibus & tincturis per Verbum Dei & continuum superiorum influxũ in intimis inferiorum profunditatibus inuisibiliter habetur. Vbicunque autem cœli Empyrei essentia est, ibi & Deus est. Cœlum enim illud sine Deo per se subsistere nequit. In Deo sumus, viuimus, & mouemur.

5. *Quemadmodum terra ab astris fouetur & conseruatur: ita aquæ supercœlestes, quæ terrã virgineam sibi inclusam habent, ab igne diuiniori, mediante aere supercœlesti animantur & sustentantur.*

Metalla, vegetabilia & animalia à macrocosmo inferiore sui conseruationem petunt. Similiter macrocosmus inferior à superiore: quia in hoc continetur & comprehenditur.

6. *Spiritus vt naturales elementis corporeis continentur & situantur: ita etiam spiritus purissimi*

ſimi in elementis illis diuinioribus ad Dei ſummam Maieſtatem deprædicandam habitant.

Annotatio.

Aliquid hic etiam dixiſſem de harmonia ſocietatis humanæ cum ſocietate Angelorum, (omne enim quod fit in terris, fit ad exemplum cœleſtis Monarchiæ,) ſed quia magnum illum virum Dn. M.S. qui eam Harmoniam exquiſitius intelligit, quam ego, de ea Harmonia diſſerentem prius audire malo, mea cogitata differam, & ſuo tempore, vbi iis maior acceſſio, partim ex aliorum fideli inſtitutione, partim ex ſingulari Dei fauore facta fuerit, exponam.

CAPVT VII.

De Harmonia Macrocoſmi vtriuſq; & Microcoſmi.

1. *IAm aggredior rem magnã, dignam quæ probè à naturæ ſecretariis expendatur & conſideretur. Nam poſtquam harmoniam, 1. rerum terreſtrium inter ſe comparatarum, 2. rerum terreſtriũ & cœleſtium, & 3. macrocoſmi inferioris & ſuperioris pro virili perſpicue explicaui, ſupereſt doctrina, qua omnia quæ in vtroq; macrocoſmo continentur diſtincte, in vno homine ſpiritualiter reperiri ingenue doceatur.*

Homo enim Vniuerſi compẽdium eſt, & in eo omnium rerum vires, tincturæ & poteſtates veluti in centro concentratæ latent.

2. Vbi

2. Vbi ante omnia sciendũ est, quod omniũ eorũ, quæ in macrocosmo vtroq; habentur, imago in homine dari posſit: & quod quo aliquid magis recedit in macrocosmo ab impuriorib. elemẽtis aqua & terra, eo profũdius in hominis abyſſũ sit immersũ.

Hinc merito statuimus, quod ea quæ sunt omnium suprema; in intimo hominis centro ab inferiorib. occultata iaceant, & prodire nequeant, nisi tantum thesaurum sibi inesse homo agnouerit, Deumque asſidue sine intermisſione in vera fide inuocauerit. Deus enim solus est, qui lucẽ verbo suo inclusam è tenebris cimmeriis euocare, & mundo, si quando ipsi Deo visum fuerit, demonstrare sciat. Verbum DEI scriptum viam ad istá sternit, & docet nihil esse occultum, quod non manifestari debeat.

3. Qui ergo hæc, quæ dixi, perfectius intelligere cupit, infimũ & intimum locũ in mũdo occupari à terra veluti à cẽtro, & supremũ extimũq; locũ à cælo Empyreo, cæteraq; elemẽta esse intermedia scito.

Ita tamen vt supra terram aqua, supra aquam aer, supra aerem cœlum sideribus aspectabile, & supra cœlũ sidereũ macrocosmus superior seu cœlum Empyreum statuatur. Contrario autem ordine omnia ista in homine sunt, secundum quod vires suas exercent. Cœlum Empyreum, in quo Maiestas DEI eminentisſime residet & relucet; in centro hominis est, terra vero in eius circumferentia. Cætera vero ita se habent, vt proxime cœlo hominis Empyreo adiaceat cœlum sidereum, huic aer, huic aqua, & huic

terra

terra, cuius virtutes primum se ostendunt non tãtum in eo, quod hominis corpus multis impuritatibus refertum est, sed quod fructibus terræ notabiliter & visibiliter in sui conseruationem potiatur.

4. *Vt autem euidentius omnia pateant, cælum Empyreum in homine dicimus esse* (a) *Mentẽ seu spiraculum vitæ: cælum sidereum, animam rationalem cum spiritu animali: aerem, spiritum vitalem, aquam sanguinem, & terram, corpus ex osse, carne, cartilaginibus, membranis, ligamentis, venis, arteriis, neruis, & medullis constans.*

(*a*) Mens est anima hominis exaltata, in qua Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus sanctus habitaculum sibi cõstituunt, suamq; superexcellentem maiestatem ostendũt. Mens igitur hominis proxime adhæret Deo, & fit cum eo vnus Spiritus. Sol mentis est Christus, qui eam spiritu suo illuminat & firmat. Fides in Christum est mentis vigor. In quocunq; homine mens suos radios ad operãdum emittit, ibi Christus omnia operatur. Ille homo non facit ea, quæ vult propria voluntate, sed quæ Dei voluntas postulat. Totus Deo est deditus, & vere in Christo regeneratus. Quamdiu vero homo mentis suæ operationes occultat, & tenebris inuolutas esse permittit, tamdiu mundo viuit, & supranaturalium cognitione genuina destituitur. In mente omnia eminenter latent, & nihil potest esse ei occultum, qui per fidem in Christum animam in mentem exaltare nouit. Naturalia obtundenda & reprimenda sunt, si supranaturalia

talia intelligere, & ex Olympo nouo Iesu Christo operaverę virtutis exercere desideramus. Hermes cum mētis aciē ad superna erigeret, sopitis sensib. omnium rerum scientiam adeptus est. O homo, qui diuinitus imago Dei factus es, te ipsum intuere, meditare, & inuenies maiorem thesaurum in te ipso, quam extra te in alienis creaturis. Tu fac, vt tuū talentū fœnori exponas, & ne sepelias. Vende omnia, & eme agrū, in quo pretiosa illa regni cęlestis margarita recōdita est. Plura iā nō superaddā.

4. Prӕterea in homine quatuor mundi cardines habes: Orientē in vētriculi fundo, Occidentē in ano, Septentrionē in tergo, & Meridiē in vmbilico.

5. Similiter astrorum influentias reprӕsentant Spiritus terrei, aquei, aerei, & cœlestes, seu Spiritus vt vulgo vocant, naturales, vitales, & animales.

Per hos n. astra animæ humanæ agūt in vniuersum corpus, illudq; tam ad motū, quā ad sensum disponunt. Insuper accedunt adhuc aliorū astrorum influxus: vnde phantasia, memoria & intellectus causantur. Quādo cor, pulmo, hepar, vesicula fellea, splen, cerebrū, renes Planetæ nominantur, intelliguntur ipsorum Archæi, vt in Prodromo Physico abūde docui. Eclipsin Solis & Lunæ epilepsia explicat, ortum Solis, vigiliarum accessus; occasum Solis somni accessus demonstrat.

7. Stellӕ fixӕ in fixiorib. humani corporis partibus nimirū intra ossium, cartilaginum, ligamentorum, membranarum, arteriarum, venarū, neruorum substantiam sine notabili motu sedem sibi

constituunt, quia pertinaciter ijs affixa adhærent; & sunt dictarum partium Archæi.

Etsi autem quædam ex dictis partib. cauæ sunt: vt spiritus à se diuersos in se vehant, vel aliquid crassius; tamen ipsarum natura intima fixioris essentię est, & astrorum fixorum domicilium. Sicut etiam singulæ stellę fixæ in cœlo propriis nominibus destituuntur: ita etiam Archæi fixiorũ humani corporis partium propria nomina non habent, nisi à partibus, quas inhabitant, eos denominare velis. Et fixis cœli stellis, quando inter se coordinantur, certæ quædam figuræ & signa constituũtur: simili modo ex ossium, cartilaginum & reliquarum fixarum partiũ in homine coordinatione dantur positiones certæ, secundum quas Planetæ microcosmici, vel bene, vel male operantur pro constellationis varietate.

8. Meteora hominis sunt flatus, qui vẽtos repræsentant. Et catarrhi, qui pluuiis similes sunt, & rori, si quando naturæ conueniunt: Si vero disconueniunt, pariunt diluuiũ & hydropem, aliosve morbos. Fulmini apoplexia & paralysis respondent.

Vt Solis beneficio vapores, tam humidi, quam sicci è terræ gremio in medium aerẽ eleuantur, & pro natura sua tam aerem, quam terram relabendo afficiũt: ita etiam in hominis corpore iam mitiores & benigni vapores eleuantur, & relabũtur coagulati: iam vehementiores & maligni pro ratione materiæ in inferioribus partibus existentis Vnde ex benignis sanitas promouetur, ex malignis vero perturbatur & morbi oriuntur. In hanc

tem

rē sic philosophatur doctiss. Quercetanus tetrad. suæ p.51. Obseruandum est & notandũ, quotquot vapores, fumi, halitus, fuligines quotidie in corpore nostro generantur, & ex quibus euaporationum & exhalationum generibus tot ac tam varia, perinde ac in maiore mũdo, meteora in nobis, siue frigida, siue calida & ignea; humida vel sicca excitantur, succorum ac substantiarũ mercurialiũ sulphurearum & salinarum naturam redolere ac participare: à quibus etiam prodeunt & exhalant, vt subiectæ substantiæ similem esse defluxum oporteat; Modestiores enim, benigniores ac vtiliores vapores nũquam non à Mercuriis aut liquoribus bonis & laudabilibus proficiscuntur, vt à sanguine sincero, qui ab omni superfluo ac corrupto humore, crudo ac retorrido acri aut salso purus sit & defæcatus: benignoq; ac naturalis balnei nostri leni igne sit probe concoctus & dulcoratus. Atq; his aut huiusmodi dulcibus & benignis vaporib. vt & aliis optimi nutrimẽti, eiusdem naturalis caloris beneficio excitatis, perfusum & imbutũ cerebrum, nec non referti nerui: condensatis vtcunque in illis partibus eiusmodi vaporib. animales spiritus antea vigiles & mobiles, subsidere incipiunt, & quodãmodo aggrauati mẽbra antea labore agitata quiescere, & motũ ac sensum paulatim deponere, suaui sc. & placidissimo obrepente somno & quiete: dulcibus ẽt & gratissimis perfusá insomniis. At contra si vapores ex liquoribus mercurialib. iisq; incoctis, crudis aut malignis humorib. exhalauerint, inde molestior somnus & grauior futurus est, niuosis insomniis, glacialibus &

diluuia effigiantib. stipatus. Quæ quidē temperamento pituitoso & phlegmatico, ac mercurialib. humiditatibus referto propria sunt. Biliosorū vero vapores, aut eorū, qui calidiore sunt sanguine aut nitrosulphureo præditi, breuiores in cerebro somnos conciliabunt: quorū somnia seu phantasmata ac euanida rerū simulacra nihil pręter incēdia, coruscationes, bella, furores repræsentāt. Sicut ēt melācholicorum habitus nihil nisi molestissimos somnos inducūt, & in somniis deserta, cœmiteria, sepulchra, pauores, terrores, suspiria, lacrymas & id genus alia exhibebunt. Atq; hi sunt vaporū & exhalationū effectus, qui pro varia hominū natura & tēperamentis varii ēt produci solent. Qui vero vapores caloris excessu & vehemētia, ex sanguine aut vitiosis & excremētitiis, ac nō naturalib. sed alienis humoribus procreātur: ii nō in cerebro tantū, sed aliis ēt partibus, longe alios effectus, sinistros nēpe & morbificos proferunt: præsertim si diutius in corpore retineantur, & ab eo exhalare, resolui aut dissipari per meatus & occultos corporis ductus nequaquā possint. Ista de primis exhalationum generib. & differentiis, qui mercuriales sunt liquores in corpore humano dicta sunto: illi n. vapores primi omniū expirant, vt in artificiosis destillationib. videre est. Hos sequūtur calidiores & ficciores, ac spiritualiores fumi, seu aquę vitæ, ac benigniotis, ac suauioris sulphuris sanguinis nostri naturā redolētes: quiq; per tēperatum caloris gradū è sanguine exhalātes optimū & gratissimū spiritib. nostris alimentū erogāt. Qui si ab extraneo & vehemētiore calore siue externo,

terno, vt à violentiore motu: siue interno, vtpote aliqua calidiore intemperie aut ardore febrili huiusmodi fumi pellãtur aut vrgeãtur: ii acriores redditi & aridiores, necnõ incendio cõcipiendo adaptati vigilias, deliria, & inquieta somnia inducũt: idq; iuxta eã naturã & qualitatem variã, quam ex diuersis calorũ gradib. ex variis hominũ temperamentis & humorũ proprietatib. possident: siue etiã mercuriales, siue sulphurei, siue tartarei ii sint fumi, qui euaporãt: horum n. alii acriores & mordicãtiores, alii minus, alii tenuiores & spirituosiores, alii crassiores & dẽsiores, qui iuxta variã illam suã conditionem varios affectus in corpore suscitant. Halitus aquosi & mercuriales dẽsiores sunt: & minus spirituosi fumis calidis & ventosis, ꝙ hi de sulphure viscoso & glutinoso sanguinis nostri magis participẽt: Qui aũt per secundũ caloris gradũ ex tẽperato & laudabili sanguine exeunt fumi aut halitus, ii quiddã cõmune & affine habent cũ subtili & vitali arteriarũ nostrarum sanguine. At si ex corrupto sanguine & calidiore exurgunt hi vapores: cũ plus quã par est, vrgeantur incẽdio, benigniores quidem & vtiliores halitus euanescunt: Alii (autẽ) nitrosulphureã & inflãmabilem naturã induentes, in cordis sinus delati, synochũ inualescentẽ aut decrescentẽ suscitant, prout eiusmodi halit⁹ minus vel magis vitiosus: aut velocioris vel tardioris fuerit resolutionis. At q̃ ex humorib. excremẽtitiis exhalationes, vtpote ex fecib. & tartaro corporis nostri emergunt, & violẽtiore impetu extrudũtur, ꝑ natura sui generis diuersa, diuersas quoq; morborũ & symptomatũ species inducũt.

9. Mineralia vel cum toto humano genere, vel cum partibus singulorum hominum analogiam habent.

10. Cũ toto humano genere conferũtur metalla.

In scholis veterũ Philosophorũ n tum est, & extra controuersiam positum, 1. quod metalla omnia vnius sint originis & naturæ. 2. quod imperfecta adspirẽt ad perfectionem auri, quod omniũ perfectissimũ esse perhibetur. 3. ꝙ ex metallis ipsis medicina eruatur, qua imperfecta in aurum facile transmutentur, & 4. quod eiusmodi medicina lapis Philosoph. appelletur. Vt autẽ harmonia, quæ intercedit metallis cum humano genere, euidentior & manifestior appareat, sic eã explicabo: Sulphur Solis seu auri vbi vidit reliquorum metallorum impuritates, & scintillulam suæ naturæ iisdẽ impuritatibus plane obtectam & obrutã, ac proinde euenire, vt imperfecta metalla facili corruptioni obnoxia essent, misericordia motum est, & cum auro patre suo in deliberationẽ abiuit, vt in viam & modum, quo imperfectorum metallorũ impuritates extirparẽtur, essentiaq; aurea intus in metallis talib. occultata in lucem rediret, inquirerent. Tandem deliberatione habita decretum est, cõmode imperfectorum metallorũ exaltationẽ & transmutationem obtineri non posse, nisi sulphur Solis descenderet, humiliaretur, & imperfecti alicuius corporis intimis finib. insinuaretur, vt mortali isto corpore indutũ pati, mori, resurgere & ꝑpetua gloria cõdecorari posset, quo deinceps carne sui glorificati corporis per proiectionẽ cõmunicata imperfecta orp ora in verũ & probatis-

simum

ſimũ aurũ conuerterētur. Decreto hoc ab omniũ mineralium cœtu approbato & promulgato, ſulphur auri ſe abiectiſſimi metalli veſte induit, & in matricē ſuam redit primã, è cuius ſinu in mineris terrę paulatiuo tēpore, interueniente debita concoctione & digeſtione procreatũ iã olim fuerat: vbi primũ moritur, incineratur, & in nigrũ liuidũq; colorē mutatur, qui inſito ſulphure Mercurii extrinſecus conuenienter excitato tandē in album, citrinũ & rubicundiſſimum ſanguinē tranſplãtatur, quo cõſperſa reliqua metalla ex corruptionis carcere redimũtur, digna ſanitate cõtinua reddũtur, & in perfectiſſimũ aurũ transformãtur. Similiter ēt Deus Pater vbi vidit humanũ genus ex regno cœleſti excluſum, & in tenebris ignorãtię denſiſſimis verſari, mortiq; ęternę appropinquare, miſericordia motus Filiũ ſuũ vnigenitũ in hunc mũdum miſit, qui in vtero V. Mariæ carnē aſſumpſit mortalem, vt in ea pateretur, moreretur & reſurgeret, & æternam gloriam indueret ad humanum genus, quod in ipſum crederet, à morte æterna redimendum & glorificandum. Huc refer illa Henrici Kunrathi: איש μικρόκοσμον, ἀνδρόγυνον & formatione & natura καθολικὸν, perſona terrenum, ob peccata vilem atque immundum, flammeo δεκαλόγε contritionis piſtillo in glebam pulueream, conuerſionis ſale fœcundo viridantem, reuerberando exoluito. Ex puluere pœnitentia in ſacco & cineribus liquefacto, necnon digito gratiæ DEI, commoto, Aquam lacrymarum ardentium hylealem, regenerationis ſcaturiginem, igne crucis & tribulationum patienter

extrahito. Ex aqua nouæ obedientiæ in Spiritu S, Euangelico amoris diuini igne viuifico, in ieiunio pie digesta & sapienter dissoluta, *Spiritualis*, rite separādo eliciatur Charitatis animatus igne serenæ fidei, aer: & derelicto malo, trireunitus, regenerādo sublimetur Mentigneus, καθολικὸς נור.

11. Cum partibus singulorum hominum conferuntur metalla, aurum, argentum, stannum, plūbum, ferrum, cuprum, Mercurius. Aurū cordi, argentū cerebro, stānū iecori, plumbū spleni, ferrū vesicula fellea, cuprū renib. & Mercurius seu argentū viuum pulmoni respondet propter balsama insita.

Hæc enim si Philosophice ex iis eruta & preparata fuerint, faciunt ad confortationē partiū, quibus respōdent. Quo respicientes Chymici in auro nobilissimā medicinā contineri iudicarūt, vtpote quæ nobilissimo hominis visceri corroborādo sit destinata: Id quod etiam ipsi Dogmatici non inficiabuntur, qui vsum auri crudi, necdum Philosophice resoluti in praxei sua valde commendant.

12. Cęterū lapides repræsentant calculi & arenæ in vesica, renib. iecore & aliis partib. Sulphuris naturā adeps & pinguedo omnis: vt & excremēta intestinorū & auriū abunde demōstrant: Salis naturā articuli exhibēt in podagricis, caro & mēbranæ in exulceratione, sanguis emissus, dū gustatur.

13. Vegetabilium natura in homine conspicitur non tantum ex eo, quod veteribus homo inuersa planta dictus fuerit, sed etiam quod nulla herba

reperiatur, cuius non sit aliqua analogia cum humani corporis partibus, excrementis, & habitu.

Hinc videre licet, reperiri plantas figuris cordi, iecori, spleni, renibus, testiculis, calculis, &c. similes: vt hinc intelligamus partes cõfortari ab iis plãtis, quæ cũ iis sub eandẽ figurã cadunt, morbosq; extirpari ab iis plantis, in quib, symptomata morborũ certa quadam forma repræsentẽtur. Eadem natura, idem spiritus vbiq; easdem figuras efficit ad similitudinis demonstrationem. Vide de huiusmodi signaturis mei Prodromi physici cap. 6.

14. *Animalium naturam homo ita sibi inclusam gerit, vt in gestibus, habitu & aliis modis eam strenue imitetur.*

Hinc quidã reperiuntur homines fortes instar leonum: quidam rapaces instar accipitrum: quidã proximum suum labascentem videntes pro virili incumbũt, vt eum ad genua prolapsum plane detrudant, & opprimant. Habent hi naturam gallinarum, quæ morbo corripi aliam gallinã videntes in ipsam vbiq; inuolant, & mordendo magis magisq; opprimere solent. Sunt homines qui aliorũ fortunæ inuident, & sic canũ naturam sibi innatã esse testantur. De huiusmodi collatione potes etiã mei prodromi cap. 6. legere, & serio statuere, quod omnis bestię, cuius actionem & virtutes homo æmulatur, natura reuera homini insita sit. Cuiuscũque bestiæ essentia in homine dominatur, illa se primum & facile exerit, cæteris suppressis.

15. *Quod si antẽ homo vltra animaliũ sortem se euehi patietur, & vitã viuet vere angelicã, nobis*

in S S manifestatam, angelis similis euadet, & testabitur etiam naturam supracœlestem verę angelicam animæ suæ inditam esse.

Huius vitæ imaginem perfectam Deus Pater nobis in filio suo Iesu Christo Deo vero & Redemptore totius humani generis ostendit, & viam ad perfectionem angelicam perueniendi mõstrauit. Plura & quidẽ angustiora hic ex singulari Dei gratia adducere possem de transfiguratione nostra, sed eorum, qui videri malunt quam esse sapientes, præiudicium non dignum arbitror, cui tantæ perlæ conspiciendæ exhibeantur. Veri Cabalistæ secretioribus suis discipulis talia cõcredere solent. Quod vulgo maximo cum applausu approbatur, minima Sapientiæ portio est. Præstantissima Naturę & Gratię mysteria paucissimis nota sunt: Et credat vniuersus mundus, quod nunquã manifesto stylo vllus Sophorum tanta secreta dicere, nedum adeo aperte reuelare audeat, vt à quolibet intelligi possint. Accidit quidẽ interdum, vt initiati, qui primum limen sapientiæ ex longinquo intuentur, summo gaudio ex eiusmodi cognitione perfundantur, ac aliquando ex improuiso erumpant, seq; sapientiæ omnes gradus transcendisse opinentur. Talis fuit Hẽricus Kunrathi, Med. V. D. & Theosophiæ initiatus: Talis fui aliquando & ego, vbi fundamentum veræ Sapientiæ primis, quod aiunt labris tantum gustaueram. Sed iidem coguntur tandem suum errorem agnoscere & confiteri, quando in vera humilitate continuis & ardentibus precibus ad Deum sapien-

ſapientiæ ſincerioris ſtudium proſequuntur, & tã manu, quam mente plura myſteria naturæ explorarunt: Tum enim tacere & in ſuo ſinu gaudere addiſcunt. Imprudẽter non ſunt propalanda, quę Deus mundo occultata manere voluit. Prophetæ ſuis filiis tantum aperiunt myſteria, neq; citius q̃ diuinitus iuſſi fuerint vt ea reuelent. Cum hodie quilibet ſibi fingat ſapientiam, Sapientiæ vere diuinæ capax non erit. Sapientia vera intrat in eum hominem qui aliena Sapientia plane deſtituitur. Propria ſapientia obſtaculo eſt, ne homo credat ſapientiã Dei oblatam eſſe veram ſapientiã. Vende omnia quæ habes, & eme tibi agrum Sapiẽtiæ: tum ea potieris, & in ea vere apud te ſine vlla gloriatione triumphabis. Hodie ſapientiam quęrunt multi in aliorum ſcriptorum refutatione: At in refutatione tali non eſt. Permitte quempiam ſibi eſſe ſapientẽ, & tu in natura, in temetipſo, & in Deo quære ſapientiam per licitas vias: tum in ſapientię filium adoptaberis. Non omnia, quæ tibi vidẽtur abſurda, falſa, talia ſtatim ſunt: Tu forſan nõdum mentem ſapientis aſſecutus es: & eius ſcripta ſe tuæ cenſuræ ſubmitti non patiuntur. Non omnia quæ videntur talia, talia reuera ſunt. Fingunt alii ſibi principia, quæ veriſſima iudicant, ac proinde ex iis iudicium ſuum formãt. Sed ea ſæpe ſunt falſiſſima, vt ex examinatione conſiſtit. Igitur & iudicium tale ex iis principiis erit incõueniens. Natura non ad ingenium detorquenda, ſed ingenium ad naturam dirigendum, & in eius vero lumine informandum eſt.

Cap.

CAPVT VIII.

De Harmonia macrocoſmi & perpetui Mobilis.

1. *HActenus Harmoniam terreſtrium inter ſe collatorum, terreſtrium & cæleſtium, macrocoſmi inferioris & ſuperioris, macrocoſmi & hominis pro ingenij modulo explicaui: ſupereſt harmonia, quæ eſt inter macrocoſmum & primum mobile.*

2. Huiuſmodi autē harmoniæ cognitio conſiſtit potius in oculari demonſtratione, quam verboſa explicatione.

3. Conſulendi ergo & compellandi ſunt veri Philoſophi, qui manu ſua perpetuum mobile confecerunt, atq; non tantum in eius confectione mūdi creationem oſtendere, ſed etiam in eo confecto & elaborato curſum aſtrorum, Elementorum, & omnium naturā compendioſe monſtrare poterūt.

4. Nullus dubito, quin omnes ij, qui dignātur tāti theſauri diuinitus hominib. conceſſi aſpectu, Philoſophiam verboſam & diſputatoriam ſint reiecturi, & aliter de veris Doctrinæ filiis iudicaturi.

Ego admiror, & tamen nondum meis oculis illum minutū video. Deum oro, vt in Philoſophorum, tam precioſam gazam poſſidentium notitiā me adducat. Deum oro & non hæſito. Deus adaugeat fidem. Amen.

Concluſio

Conclusio totius Operis.

NVnc, ô Lector, huic meo operi Physico ξὺν θεῷ finem impono. Tu vero, si cādidus es, ne impone finem lectioni & meditationi. Necessarium enim est, vt cōtradictiones frequenti meditatione inter se concilies, si me intelligere cupies. Non te absterreat à lectione, quod prima fronte paradoxa tibi in meis sctiptis appareant. Considera ea probe & suspende iudicium. Vtilitatem re ipsa videbis. Opinionibus hominum, nō ipsi Naturæ mea paradoxa aduersantur. Si forsan quædā non intelligis, permitte me frui meo iudicio, & mea ne iudica. In Deum, in Naturā, & eius secretarios si quæ dicta à me sunt, dicta ne sunto. Liberum probo philosophandi genus. Si meos libros physicos probe perlegeris, & contenta in iis apud te aliquoties meditatus fueris, ad te hæc vtilitas, si non alia redundabit, vt facile & sine omni dubitatione intelligas, profundiorem etiam dari Philosophiam, quam eam, quæ publice in scholis legendo & disputādo docetur. In vltimo libro doceo Harmoniam: imperfecte quidē, quod fateor: sed ita tamen vt aliis occasionem exquisitius in eā inquirendi subministrem. Si Deo visum fuerit, meamq; operam gratam fore animaduertero, in pleniorem Harmoniæ tractationem serio, Deo iuuante, incumbam, & suo tempore vltimum librum auctiorem in lucem emittam. Deus interea ocium dabit vberius, quo ad Harmoniæ considerationem frui possim. Hoc tamen tibi certo persuade, in Harmoniæ meæ libello plura mysteria

Naturæ

Naturæ detegi, quam ſub primum intuitum & lectionē credere queas. Philoſophos veros teſtor. Sunt qui Harmoniã rerum promiſerunt, eos admoneo, vt eam publici iuris faciant: inprimis verò rogo magnum illum Philoſophum M. S. vt ſui promiſſi memor harmonicam doctrinam edat, & mihi aliiſue veræ doctrinæ filiis materiam meditandi vberiorem ſuggerat. Vale, Lector, & ſi quid ex meis Phyſicis diſcurſibus didiciſti, illud tibi habe, & tacere diſce. Loquacitate & temeraria garrulitate myſteria profanantur. Si vis loqui & ſcribere de naturæ adytis, imitare in eo ſtylum verorum Philoſophorum, vt vidētes ne videant, & intelligentes ne intelligant. Ne tamen ea pro myſteriis habe, quæ non ſunt talia. Sophiſtæ pro more id habent, vt ſua figmenta magni vendant, & ſic eruditionis nomen apud alios aucupentur. Myſteria ſunt reconditioris literaturę ſemina. Eaque partim de Chymiæ ſummo miraculo, partim de occultiori Theoſophia agunt. Hæc ita tractabis, vt ad impiorum & indignorum manus ne deueniant. Cætera apertiori ſtylo explicabis. Iterum vale & vni Deo viue.

Vni Deo ſit Sempiterna Laus & Gloria. Amen.

HERMETICÆ PHYSICÆ APPENDICES DVÆ:

Quarum vna

PANSOPHIÆ FVNDAMENTVM:

Altera vero

PHILOSOPHIAM HERMETICAM DE LAPIDE PHILOSOPHORVM

quatuor tractatibus,

Antehac editis, iam vero recognitis & auctis comprehensam proponit

Autore

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO AD Lectorem.

QVæ in ſequentibus tractatibus propono, affinitatem magnam habent cum iis, quæ in Phyſica mea doceo: Et multa in iis tractantur, quæ ex Phyſicis præceptis elucidari poterunt; vt & plurima in Phyſica occultãtur, ad quorum illuſtrationem via in appendicibus meis explicatur. Lege igitur & meditare, agnoſces facile quo in cardine Hermetis Sapientia verſetur. Vale & ama.

H. N.

APPENDIX I.

Exhibens

PANSOPHIÆ FVNDAMENTVM, THEOSOPHIÆ ET secretioris Philosophiæ Studiosis monstratum ab

HENRICO NOLLIO.

Admonitio.

HARMONIA *rerum superiorum & inferiorum si tibi, beneuole Lector nota fuerit, atque ex ea tam theosophice, quam physice Pansophiæ (quæ est rerum superiorum & inferiorum ex infallibili harmonia scientia) fundamentum oblatum intellexeris, ea quæ in Naturæ gremio inuoluta habentur, & quæ è Dei sinu à Christo nobis proponuntur arcana, tibi vno intuitu patescent. Millies relege modo, & toties deuote meditare.*

IN NOMINE IESV Amen.

QVicquid est in ordine Entium, aut summum est, aut infimum, aut intermedium.

Summum est, quod ita de luce participat, vt tenebræ actuales in ipso reperiri & dari nequeant. *Infimum* est, quod ita de tenebris participat, vt nulla lucis portiuncula in ipso se prodat, nec vnquam se in actum producere & exerere valeat. *Intermedium* est, quod de luce & tenebris vna participat: Vbi sciendum est, inueniri Entia, alia quæ plus lucis quam tenebrarum, alia quæ plus lucis tenebrarum quam lucis possideant. Tenebrarum autem dominium cum sit fons omnis inconstantiæ & corruptionis, quemadmodum lux omnis constantiæ & perseuerantiæ, necessario statuendum est: 1. Ea Entia in quibus tenebræ dominium habent, corruptibilia esse & interire: ea vero in quibus lux tenebris dominatur, incorruptibilia esse, & æternum persistere. 2. Lucem quando tenebris premitur & occultatur, non quiescere: cum æquum sit, vt id, quod in intermedia natura optimum est & tegitur, prodeat, & vinculis redimatur, & æternis lucidisque substantiis adiungatur. 3. Id quod in Ente intermedio est lucidum, elici debere per aliud, quod sit lucidius & potentius, vt hac ratione lux, quæ in tenebris occultata continetur, emicet, & æternis aliis rebus in perpetuum se deuinciat. 4. Lucem è tenebris non emergere, nisi tenebræ prius discu-

us discu-

ius discutiantur: tenebras autem discuti non posse, nisi corpus tenebrarum plenum corrumpatur & destruatur. Hinc omnis corruptionis origo & scaturigo: omnis calamitatis fons & fundus.

Ens summum est solus & vnicus ille Deus, qui omnia verbo suo creauit, & Spiritu oris sui sapienter disposuit, vt inde in mundum anima, vita, viror & vigor diminauerint. Hic Deus cum sit purissime lucidus, habitat in luce, ad quam nihil nisi purè lucidum accedere & appropinquare potest, vt vel hinc homo in carne sua, quatenus nondum glorificata nec in lucis puræ naturam transformata est, nunquam Deum sit visurus. Deus sicuti lux est maxime splendida, maxime pura, ita à mentibus tenebrarum actiones deponentibus & reiicientibus, atque se à mundo vere separantibus, nec non luce splendida se induentibus inspici, cognosci & apprehendi potest. Felix ille homo, qui, quoties voluerit, mentem suam è corporis ergastulo per fidem eleuare, ad thronum Dei lucidum intus in hominis centro (quod est τὸ κρυπτὸν, ἐν ᾧ ὁ Πατὴρ βλέπει καὶ ἐστι. Matth. 6. 4. 6. 17.) latitantem sistere, ibique cum Deo & angelis Sanctis colloqui, atque ab iis ineffabilia doceri queat. Talis homo θεοδίδακτος est, & omnia, quæ à Deo in nomine IESV Domini nostri per fidem petit, facile impetrat. Viuit hic homo in mundo ita, vt mente sua semper extra mundum exspatietur. Sensus suos sopitos subiicit menti, vt hæc sola agat, atque à Spiritu Dei ad agen-

dum inflammetur. Videtur quidem mundo stultus & insipiens: sed sapientes huius mundi sapientia longe superat: imo cœci & stulti sunt, quibus homo diuinus videtur esse stultus. Quo quis magis indulget temporibus, eo remotior est à Dei gratia & luce: & cum lux illa omnium virium sit scaturigo, eo minus aliquid homo præstare poterit, quo longius à lucis fonte distat. Sensus in suo centro lucem mentis conclusam gerunt: Homo, qui sensus à circumferentia in centrum cogere & lucem inclusam ad circumferentiam producere didicit, est verus Cabalista & Theosophice doctus. Tales sunt Ecstatici, qui, præmissis ad Deum verum precibus, & instante ad thronum Dei pulsatione, assiduaque secundum Christi verbum instituta vestigatione, sensuum operationes occultare, & mentis operationes è tenebris eruere, atque per Spiritus diuini lucidissimam flammam illuminare optime nouerunt. Hi sunt veri ministri Dei, qui etiam aliquando glorificationem aliqualem suæ naturæ hoc in mundo persentiscunt. Considerate Mosis faciem splendore fulgido maxime ex colloquio diuino illustratam. Exod. 34. Intuemini Christum cuius vestimenta Petro, Iacobo & Iohanni summo splendore & niuea albedine circumfusa apparuerunt: Marc. 9. & habebitis adumbrationem glorificationis, quæ in hoc seculo sanctis Dei seruis contingere solet. Si autem quæris, qua via eousque exaltari possis, vt in colloquium Dei venias, facile tibi respondebunt S. litteræ, & suggerent, à Christo viam

eam

eam ex abundanti esse monstratam. Si sermonem Christi seruas, in luce Deum apprehendes, & à Deo ita illuminaberis, vt mentem Deo firmiter vnitam habeas, vereque diuinus euadas. Quam perfectionem vbi nactus fueris, videbis Angelos Dei cœlo descendere, & in cœlum ascendere, atque hominum piorum conseruationibus summe delectari. Sermo Christi duo requirit, abnegationem mundi & nouam vitam. Abnegatione mundi voluptas circa temporalia propter regnum cœlorum reiicitur & contemnitur, ac proinde est prima ianua ad regnum cœlorum. Noua vita post abnegationem mundi pie secundum sermonem Christi viuitur, & in solo Deo omnis fiducia collocatur. Hæc est secunda ianua ad regnum cœlorum. Abnegatio mundi includit desertionem inferiorum: Noua vita apprehensionem superiorum. Hucusque qui in Spiritus S. schola ex Dei verbo manifestato peruenit & profecit, nihil non à Deo contendit & assequitur. Credenti omnia possibilia. Huiusmodi homo reuelationibus diuinis delectatur & fruitur, nec non in scientia & iustitia de die in diem incrementum capit. Qui iustus est, iustificetur adhuc. At ais, impossibile esse, vt ad legem Christi viuant, qui negotiis mundi implicantur. Bene ais & recte, si in curis mundanis nihil diuini concurrat: Mundo enim mori debes, vt Deo viuas: Mortuis mortuos sepeliendos relinque. Sic mundana tractaueris, vt ea nihil cures, neque in iis felicitatem tuam colloces. In solo Dei verbo ti-

ti tua quies esto: hoc noctes diesque meditator, vt ex eo Dei reddaris filius, vitam tuam iuxta verbum Dei instituendo. Ascendito non descendito: Supremo Enti intime adhærescito, ab infimo te longe separato, vt vere beatus sis & appelleris.

Ens infimum est Ens nigrius nigro, abyssus tenebrarum, Nihilo potius quam Enti propinquum, omnis imperfectionis radix, nihil lucis in se actu gerens: Cui quo aliquid vicinius & propius est, eo imperfectius, obscurius, tenebricosius & corruptibilius est. Deus vero qui & hoc obscurum Ens latere noluit, in formam liquidam, quam aquam appellant, illud constituit, & ei lucem permiscere voluit, vt per lucem id ex infimo statu in splendidiorem, eminentiorem, illustriorem & superiorem conditionem eueheret, & sic id, quod summe imperfectum fuit, perfectione quadam donaret. Deus vbi misericordia erga tenebrarum abiectionem ductus lucem abysso tenebrarum admiscuit, non statim luci dominium concessit, sed tenebris lucem inclusit, vsque dum verbo & Spiritu oris sui vires & admirandas operationes occultatæ lucis mouendo excitaret, atque ex Chao illo tenebricoso lucem inditam in se abscondente, mediante stupenda fermentatione, omnia alia intermedia Entia crearet. Vnde primum per verbum Dei ex Chao illo Elementa, & ex his Elementata, eaque superiora & inferiora, tam cœlestia & terrestria, quam supercœlestia prodierunt. Supercœlestium nomine veniunt

niunt Angeli, qui supra sidera in cœlo Empyreo apud Deum viuunt, ibique Deo ita seruiunt, vt singulis momentis sint parati ad facienda iussa Dei. Hisce angelis redduntur similes, quicunque diuinæ sapientiæ pennis sursum eleuantur, atque in Deo luce summa perfectionem istam supranaturalem quærunt. In mortali homine radius diuinus latitat. Quem si verbo Dei in lucem produxerimus, carnemque nostram, & eius actiones vere cum omnibus concupiscentiis attritione & lacrumarum expressione crucifixerimus, radius ille in illustrem & splendidissimum Solem diuinæ virtutis plenissimum commutabitur, atque in Dei secretum habitaculum supercœlesti metamorphosi transformabitur, vt inde non amplius nobis, sed soli Deo deuote viuamus. Da Deus, qui hæc me ex singulari gratia, & lucis tuæ mirabili affluxu realique demonstratione intelligere facis, vt scintilla mentis diuinæ mihi gratuito oblata & data in me in inexhaustum lucis fontem excrescat, & ego cum angelis tuis tua mirabilia considerando, tuaque iussa præstando in te solo quietem animæ meæ inueniam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

Amen.

HERMES LIBRO DE Vnitate Entis.

Richte dich gantz vnnd gar zu dem das vber dir ist / erhebe die Flügel deines Verstandes zu dem Schein der Obern Substantz / so wirstu mit deinen Augen in vnnd außwendig anschauwen deren vnzahlbar vnnd hohe Schönheiten / vnnd ein ander Liecht / welches alle Liechter vbertrifft: Wirst dich verwundern / vnnd alle Werck der Welt nicht achten / auch bey dir in deinem Hertzen für der rechten Zeit den Todt wüntschen vnnd erwehlen / deinen Leib casteyen vnd tödten: vber das aber wirstu deine Seele selbst verlaügnen vnnd hassen / den König aller Könige / vnnd Gott der Glori mit hertzlichen schönen Lobgesängen preisen / vnnd das Wort des Vatters / welches vns so sehr geliebet / vnnd des Vatters Hertz ist / sollen wir von gantzem Hertzen vnnd Seele anbetten vnnd lieben / vns vber so grossem Schatz verwundern / jn glorificiren / daß wir entlich der gemeinschafft GOTtes gewürdiget durch ihn mti gnaden erfüllet werden: Welchem sey lob vnd Ehr in ewigkeit zu ewigkeit.

AMEN.

APPENDIX

APPENDIX II.

Exhibens

HERMETICAM PHILOSOPHIAM DE LAPIDE PHILOSOphorum, quatuor tractatibus, quorum

1. est VERVS HERMES.
2. PORTA HERMETICÆ SAPIENTIÆ.
3. SILENTIVM HERMETICVM.
4. AXIOMATA HERMETICA.

explicatam

Autore

HENRICO NOLLIO.

PHILOSOPHIAE HERMETICAE

Tractatus primus. qui est

VERVS HERMES.

Autore

HENRICO NOLLIO.

NEMO non hoc seculo, qui vel simplicem aquam, vel oleum è corpore extrahere nouit, non tantum haberi, sed etiam audire Hermeticus desiderat. Et Medici hodierni, qui Chymiæ beneficio remedium aliquod concinnare didicerunt, ab Hermete nomen mutuantur: idque eo fine, vt veris Philosophis verisque Medicis à vulgo annumerentur: Manifestum enim est, & vel vulgo notum, quod Hermes Philosophorum pater appelletur, veramque Sophiam, Deo inspirante, obtinuerit, atque ex ea summam totius mundi gloriam, vniuersam omnium rerum imperfectionem quandam habentium medicinam sibi comparauerit. Quis ergo non ex animo optet esse Hermetis verus & genuinus filius, atque eiusdem Sapientiæ particeps? Verum enimuero quemadmodum Consulis nomine non dignatur, qui nunquam consulatu functus est: ita quoque nunquam nomen sapientis Hermetis sibi sumat, qui sapientia Hermetica ne micam possidet. Id quod ex animo pensitans

stans hodiernorum sophistarum arrogantiam, quæ similes viris antiquis, veræ sapientiæ cultoribus videri quam esse malunt, agnosco: Vnde in sincerioris Philosophiæ gratiam, atque in sophisticæ ambitionis refutationem hunc compendiosum tractatum conscribere, atque Verum Hermetem inscribere volui, vt candidus lector veros Hermeticos à pseudo-Hermeticis & sophistis discernere sciat: Tempus enim est præsens, quo Philosophia in vulgus nota atque cum sophistica summum commercium habens repudietur, veraque sapientia, quæ ab antiquis Sophis exculta, & ad nos propagata est, è tenebris ad lucem reducatur, atque sophisticæ altercationes ad autorem suum, Cimmeriasque tenebras redeant, ne inposterum sumptus & horæ in sophisticis scriptis inutiliter insumantur. Vt vero hic tractatus certa & perspicua tractetur methodo, docebo: 1. Quis HERMES Philosophorum pater fuerit? 2. Quam doctrinam HERMES docuerit? 3. Quomodo propagata? 4. Qua occasione à Sophistis defœdata fuerit? Et 5. qua ratione è tenebris vera HERMETIS Sophia sit eruenda.

Deus ita gubernet & mentem & calamum meum, vt quicquid hic iam sim in medium prolaturus, veræ Philosophiæ filiis in summam cedat vtilitatem; sophisticæ vero amatoribus, atque indignis homuncionibus via & aditus ad penetralia solidæ nostræ scientiæ præcludatur, ne margaritæ porcis obiectentur, & indigne conculcentur.

AMEN.

CAPVT

CAPVT I.

QVIS HERMES?

AB Hermete cum perplures Chymistæ nomen mutuentur, atque ingenue Hermeticos se appellitent, ante omnia necessarium est, vt, quis ille Hermes fuerit, à quo hoc tempore denominari ex animo cupiunt, edoceamus, atque probe discutiamus: Autore enim bene cognito, facilius inde ij, qui siue secundum rei veritatem, siue falso nomen illud sibi tribuant, innotescunt. HERMES ergo, de quo iam loquimur, fuit Rex Ægypti, dictus Trismegistus, seu Termaximus, quod omnium rerum hoc macrocosmo contentarum, atque in tria regna, nimirum in minerale, vegetabile & animale distributarum perfectam & exquisitam scientiam habuerit, atque vniuersi huius theatri quintam essentiam omnium virium tam superiorum, quam inferiorum receptaculum non tantum elaborauerit, sed etiam ad posteros ænigmatico & obscuro stylo transtulerit. Tanti thesauri descriptionem in tabula Smaragdina in valle Ebron post diluuium inuenisse, atque Dei instinctu & inspiratione eius tabulæ genuinum sensum percepisse ille dicitur.

CAPVT

CAPVT II.

QVAM DOCTRINAM HERmes docuerit?

DOcuit ergo HERMES nullam aliam doctrinam, quam illam, quæ in tabula Smaragdina comprehensa est, atque vniuersi mundi compendium nobis ob oculos ponit.

TABVLA SMARAGDINA hæc est:

Verum, sine mendacio, certum & verissimum. Quod est inferius, est sicut quod est superius: & quod est superius, est sicut quod est inferius, ad perpetranda miracula rei vnius. Et sicut omnes res fuerunt ab vno, meditatione vnius: sic omnes res natæ fuerunt ab hac vna re adaptatione. Pater eius est Sol: mater eius est Luna. Portauit illud ventus in ventre suo. Nutrix eius terra est. Pater omnis telesmi totius mundi est hic. Vis eius integra est, si versa fuerit in terram. Separabis terram ab igni, subtile à spisso, suauiter, cum magno ingenio. Ascendit à terra in cælum, iterumque descendit in terram, & recipit vim superiorum & inferiorum. Sic habes gloriam totius mundi. Ideo fugiet à te omnis obscuritas. Hic est totius fortitudinis fortitudo fortis, quia vincet omnem rem subtilem,

omnem-

omnemque solidam penetrabit. Sic mundus creatus est. Hinc erunt adaptationes mirabiles, quarum modus est hic. Itaque vocatus sum Hermes Trismegistus, habens tres partes Philosophiæ totius mundi. Completum est, quod dixi de operatione Solis.

Hæc tabula omnem sapientiam, quæ in lumine Naturæ sese offert conspiciendam, compendiose describit, atque insignes eius vires commendat, dum id, quod in ista tabula docetur, omnes virtutes, quas & superiora & inferiora corpora obtinent, possidere dicitur. Magna sane Philosophia, quæ tam eximium & preciosum thesaurum nobis pandit! Et nemo hominum vni nostro Deo sufficientes grates agere potis est, quod Hermetem Philosophorum omnium principem excitarit, permiseritque ab eodem sinceriorem Philosophiam ad posteros propagari. Nostrum est singulis horis Deum orare, vt in vere Hermeticæ Sophiæ penetralia introducamur, & genuini Hermetis filij reddamur.

Vt vero beneuolus lector & veritatis Sophicæ studiosus dilucidius sapientiam recensita tabula comprehensam percipiat, 1. Specialius thesaurum & mysterium sincerioris Philosophiæ tractabo. 2. Materiam eius more Philosophico explicabo: & 3. Modum arcani istius ex materia Philosophica conficiendi demonstrabo, vt vel hinc constet, eum non esse verum Hermeticum, qui ad istum modum veram materiam non tra-

ctet. Vt igitur exordiar à primo capite, thesaurus & mysterium sincerioris Philosophiæ à veris sapientibus arcanum arcanorum & medicina medicinarum appellatur. Arcanum arcanorum vocatur, quod, cum macrocosmi totius vires in se tãquam in compendio complectatur, nullumque aliud arcanum ei respondeat, præ cæteris omnibus mysteriis celari, arcanumque manere debeat, ne ad indignos deueniat, atque in summum abusum, nimirum in damnum & perniciem proximi, contemptumque Dei trahatur. Medicina medicinarum dicitur, quod omnium aliarum medicinarum virtutes & efficaciam in se quasi contractam possideat, omniumque imperfectionum, quibus tam mineralia & vegetabilia, quam animalia obnoxia sunt, curam & sublationem subministratione eminentiæ & substitutione perfectioris essentiæ vere sine omni difficultate instituat. Est vero hic thesaurus nihil aliud, quam Spiritus cœlestis à Sole & Luna, cæterisque astris ad nos demissus, atque in catholico Saturnio subiecto in summam medicinam excoctus, quo homo omnibus morbis eximitur, in sanitatis perpetuo statu vsque ad terminum vitæ diuinitus sibi præfixum conseruatur, ingenium eius acuitur, memoria adiuuatur, intellectus mirandum in modum illuminatur, metalla imperfecta in verum & non apparens aurum transmutantur, vegetabiliaque omnia ita reficiuntur, vt vires, vigorque ipsorum in summo gradu facile deprehendi possint. Cætera taceo, ne maleuolis & calumniatoribus ansam vituperandi & conuitandi præbeam.

1. Thesaurus & mysteriũ Philosophiæ.

E Sole

II. *Materia lapidis.* E Sole vero tanquam mare & patre, & Luna tanquam fœmina & matre summa illa medicina desumitur, atque non nisi in Mercuriali substantia reperitur, secundum hunc versiculum:

Est in MERCVRIO, quicquid quærunt sapientes.

Si per Mercurium solum perficere poteris magisterium, ait subtilissimus Geber, eris preciosissimi operis indagator. Itaque quia solus Mercurius vera materia medicinæ est, materia illa erit vna. Et quia vna, multa simul ad ipsam medicinam non requiruntur. Vnde Philosophi aiunt, artem suam in multitudine rerum non perfici.

III. *Modus operandi in veram materiam.* Ex dicta autem materia medicinæ Hermeticæ conficiendæ modum Hermes noster in sua Tabula hisce verbis exprimit: *Separabis terram ab igne, subtile à spisso, suauiter, cum magno ingenio.* Tria hic notabis. 1. Ignem Hermetis esse vnicum, quia operatio describitur vna. 2. esse tenuem & lenem, quia separatio terræ ab igne debet fieri suauiter cum magno ingenio. 3. ipsam operationem, quæ in separatione terræ ab igne, subtilis à spisso consistit: id quod fit continua irrigatione & aquæ affusione. Quo enim sæpius terræ aqua affunditur, eo magis ipsa terra attenuatur & subtiliatur, vsque dum anima Separata Corpori puro iterum iungatur, & infans Sophorum exinde prodierit. Vnde vt ascendendo à terra in cœlum, & iterum descendendo in terram filius sapientiæ primum à natura generatur: ita idem filius simili ascensu & de-

scensu

ſcenſu in Philoſophico vaſe in ſolidam medicinam, reiectis vulgaribus Chymiæ operationibus, regeneratur. Sic tandem concludo.

Veri Hermetici veram Philoſophici myſterii materiam paulo ante deſcriptam ſciunt, nonniſi vnam agnoſcunt, atque modum in Hermetis tabula depictum & adumbratum in operando obſeruant.

Atqui vulgares Chymiſtæ nec ſciunt veram materiam, nec vnam ſed plures adhibent, nec modum operandi Hermeti obſeruatum ſectantur.

Ergo vulgares Chymiſtæ non ſunt veri Hermetici.

Propoſitio negari non poteſt: æquum enim eſt, vt, qui ab autore aliquo nomen ſibi ſumit, eiuſdem autoris inſtitutum ad amuſſim ſequatur. Aſſumptio tamdiu vera eſto, donec vulgares chymiſtæ demonſtrauerint, ſibi & veram materiam, modumque in illam operandi verum, perfectum & exquiſite notum eſſe. Pro me aſſumptum confirmat Michael Sendiuogius, qui tractatu ſuo primo in hæc verba loquitur. *Si hodie* „ *reuiuiſceret* ipſe Philoſophorum pater Hermes, „ & ſubtilis ingenij Geber, cum profundiſſimo „ Raimundo Lullio, non pro Philoſophis, ſed po- „ tius pro diſcipulis à noſtris Chymiſtis haberen- „ tur: Neſcirent tot hodie vſitatas deſtillationes „ tot circulationes, tot calcinationes, & tot alia „ innumerabilia opera Artiſtarum, quæ ex illo- „ rum ſcriptis huius ſeculi homines inuenerunt & „ excogitarunt. Vnicum tamen nobis deeſt, ſci- „

" re quod ipsi fecerunt, lapidem videlicet Philoso-
" phorum, seu tincturam physicam. Nos dum il-
" lam quærimus, *alia inuenimus*. Quæ cum ita sint, ratum & firmum esto: Quicunque scit Hermetis magisterium, eiusque præparandi modum, verus est Hermeticus: Qui nescit, & se tamen Hermeticum κατ' ἐξοχὴν salutari cupit, quamuis omnia alia olea, salia & aquas distillare nouit, ille est mendax & sophista.

CAPVT III.

QVOMODO HERMETIS DOctrina propagata fuerit?

DOctrina Hermetis cum tantum arcanum, quo in vniuerso hoc mundo ex naturæ profundissimo penu non habetur maius & præstantius, proponat, atque eius cognitione indignum vulgus, quod plus mundi gloriam, quam suam ipsius salutem & æternam felicitatem affectat, ad abusum facile prolabatur; veri Philosophi vnanimi consensu id mysterium sibi solis concreditum seruare, atque omnes indignos omni studio ab eo procul arcere voluerunt. Audi subtilissimum Raimundum Lullium, qui theor. test. cap. 6. sic ait: *Secretum teneas, quia totum fit arte & scientia, & nulli dices: nisi velis maiestatem Philosophorum & secreta eorum accusare, &c.* Quæ cum ita sint, sinceriores Philosophi stylum suum in hunc modum formarunt, vt à solis doctrinæ filiis ipsorum dicta apprehendantur & intelligantur, Sophistis vero & indignis veræ sapientiæ nucleus

mane at

maneat abſconditus. Vnde iam ænigmatico & parabolico, iam plane alieno ſtylo ſapientes artem Hermetis conſcripſerunt & expoluerunt, vt nihil niſi inania figmenta Philoſophaſtris, ingentia vero myſteria veris Hermetis diſcipulis ſciuiſſe videantur. Lapidem ſeu medicinam ſuam omnibus nominibus nominauerunt, quia omnium rerum virtutes in ſe continet. Ad literam ergo Philoſophici tractatus nec volunt, nec debent intelligi.

Capvt IV.

Qvomodo et qva occaſione Hermetica Philoſophia defœdata fuerit?

MVndus cum diuitiis adeo indulgeat, vt noctesque diesque in corradendis pecuniis inſumat, atque per otium & negotium nihil niſi argentum meditetur; variæ technæ à plurimis hactenus inuentæ fuerunt, quibus alios circumueniant, diuitias vndecunque colligant, aliorumque loculos emungant. Verſutia hic opus eſt. Vnde inueniuntur, qui diuitibus, (cum hi, quo ditiores fuerint, eo ardentius ad auri ſui maiorem acceſſionem adſpirent) magnam auri copiam, & ſapientiſſimi opulentiſſimique Salomonis immenſos auri theſauros pollicentur, atq; ſe indubitatos auri cõficiendi prorſus tenere temere gloriãtur. Auari iſti homines, qui Midæ ſimiliores quã Hermeti Philoſophorũ patri haberi vo-

lunt, mox fidem adhibent, sumptus subministrant, ingentibus muneribus impostores afficiunt, atque auro inhiantes de die in diem Pluti accessum expectant. Sed omnis spes in nihilum tandem abit: Impostores cum dedecore vel aufugiunt, vel se quodammodo excusant. Sunt & præterea alii, qui ex scriptis Sophorum litteraliter intellectis sine naturæ veræ vera cognitione ad magisterij Hermetici veritatem prouehi intendunt; Verum cum ad literam vbique Philosophorum scripta intelligant, ad sua sophistica figmenta, quæ vel ipsi imaginati fuere, vel ab aliis accepere, sensum eorum detorqueant, nec Naturæ viam notam habeant, nunquam ipsorum conatus ad frugem peruenit, sed in perpetuum quærentes nihil inueniunt, quod vel micam sapientiæ Hermeticæ habeat. Si in opere suo colorem aliquem similem colori alicui à Sophis depicto deprehenderint, lætantur, exultant & triumphant, & cogitantes, quod cuique corpori omnis generis colores insint, atque ignis varij varia dispositione è tenebris prolici queant. Inter istas vero lætitias processus fingunt, eos dictis Sophorum palliant, atque caro precio vendunt, vt sibi ad delicias mundi argentum concilient. Sophistæ hi sunt, qui Hermeticæ arti ex eiusmodi sophisticationibus & deceptionibus maculam affricant, contemptum afferunt, atque alios homines vel ipsius veritatis amantissimos in consortium suum trahere, extremamque in perniciem intrudere pro more habent. Hisce nebulonibus piorum aures non pateant: sed se-

ſed ſerio cogitent, ſtudium Hermeticum verſa-ri non primario circa auri elaborationem, ſed circa medicinam, quæ non tantum auri, ſed etiam omnium aliorum tam ſuperiorum quam inferiorum corporum vires in ſe poſſideat. Tantum de Hermeticæ doctrinæ conſpurcatione aliunde inuecta dixiſſe ſufficiat, & verum maneat, auri aucupio, ſophiſtarum fraude, litterali dictorum Philoſophicorum ſenſu, proceſſibus ſcriptis atque naturæ neglecta conſideratione veram Hermetis artem defœdatam eſſe, atque in odium & contemptum deueniſſe.

Capvt V.

QVA RATIONE E TEnebris vera Hermetis Sophia ſit eruenda.

Magna ſane ſapientia eſt, quam Hermes Dei inſpiratione ſibi acquiſiuit, & quanto maior & præſtantior eſt, tanto maiorem diligentiam ei comparandæ quiſque hominum adhibere cupiat: Æquum enim eſt, vt, quod omnium hominum vtilitati inſeruire poteſt, omni ſtudio quæratur & veſtigetur. Verum cum Philoſophi artem Hermetis ſtudio ex Dei indultu obſcure tractarint, eam ſolis doctrinæ filiis ſcripſerint, atque Sophiſtæ ſuis fraudulentis proceſſibus magis magiſque obfuſcarint, in rationem, qua è tenebris ars illa diuina eruatur, quiſ-

que veritatis amans inquirere studeat. Ego hac vice iis, qui ex intimis cordis visceribus & non ex ficto animo ad sinceriorem Philosophiam adspirant, viam certissimam, qua è tenebris in lucem ars Hermetis statuatur, ex Philosophorum vnanimi consensu & ipso Naturæ lumine explicabo. Moneo itaque primum, vt porta mea Hermeticæ sapientiæ diligentissime legatur, & ad eius monita artis Philosophicæ studiosus omnes suas cogitationes & operationes dirigat. Non vero arbitrator, sibi viam ad arcanum arcanorum ex porta mea patere posse, nisi virtutibus iam recensendis sit prædictus.

Qui ergo Philosophici mysterij ab Hermete Philosophorum patre per tabulam Smaragdinam ad nos tanquam ad genuinos hæredes propagati scientiam ex animo consequi desiderat, ille

1. *Deum timeto & se humiliato.*

Initium sapientiæ est timor Domini, ait Syracides. Eum, inquit Hermes lib. de compositione, qui in hanc artem & scientiam introduci vult, oportet arrogantiæ vitium à se repellere, & pium esse & probum, ac profundæ rationis, hominibus humanum, & sereni vultus ac hilarem, Deumque ante omnia timere.

2. *Esto sufficienter locuples.*

Id est, tantas habeto diuitias, quantæ sumptibus in magisterio collocandis, & sustentatione vitæ suæ, dum operatur, sufficiunt: Cum enim sumptus nostro operi impenduntur, im-

possibile

possibile est, ex Aristotelis sententia, indigentem philosophari.

3. *Beneficus & largus.*

Itaque nec auarus, nec vsurarius, nec monetæ renouator, nec mercator esto. Atque hinc Lull. cap. 29. theor. test. ait, illud secretum non manifestari, nisi Philosophis, & Philosophiæ veræ filiis, qui sunt indagatores & amatores eius, & non sophistis, plenis mendaciis, nec auaris, nec amatoribus mundanis, sicuti sunt vsurarii, mercatores & renouatores monetæ, cambiatores & congregatores thesaurorum, condemnatis, & per Diabolum incantatis, qui nolunt laborare, nec inquirere nisi in res palbabiles.

4. *Mitis, seu humanus.*

Teste Hermete citato loco.

5. *Sobrius, non gulæ deditus.*

Atque hinc facile intelligis, quam procul à nostra arte absint, qui dum aliis aurum cudere moliuntur, noctesque diesque potationibus continuis indulgent, & ebrietatem studio sectantur.

6. *Firmus in proposito & constans.*

Rosarius phil. pag. 206.

Vnius esto voluntatis in opere naturæ, nec modo hoc, modo illud attentare præsumas: quia in rerum multitudine ars nostra non perficitur.

Lull. lib. de anima transmutatione.

Non fatigetis, nec ab opere cesses, & inuenies quod optas.

Michael Sendiuogius tract. 2.

Scrutatorem Naturæ oportet esse veracem, simplicem, patientem, *constantem, vnica saltem rei* animam applicantem.

7. Patiens.

Id est: moram, quæ in nostro magisterio est maxima, non ægre ferro.

Thomas Aquinas c. 2.

Qui patientiam non habet, ab operatione manum suspendat.

Moseus in Turba.

Nisi patientiam habeatis, errabitis in regimine, & corpus corrumpetis.

Zenon in Turba.

Qui prolixitatem decoctionis & compositionis patienter fert, lucrum accipit.

Bacaser in Turba.

Qui patiens est in regimine, ingredietur artem.

Lull. c. 19. theor. test.

Intellige, quod omnis mora, nec non tarditas in hac arte electæ sunt operando patienter; nec sine patientia iter arripias: cum tibi contigerit studio cognoscere multa, patientiam retine, semper operando directe, & sic Philosophiam habebis habituatam. Operi patientia datur: Patientia enim morum semper est maxima in nostro magisterio.

8. Taciturnus.

Ea enim quæ ex sincera Philosophia addiscit, & indu-

& indubitata experientia vera esse deprehendit, in vulgus non spargito, ne porcis margaritas obiicere videatur, & per abusum arcanorum pereat. Confer c. 1. libri Thomæ Aquinatis ad Rainaldum.

Augurell. 2. chrysopoeia.

Illud sæpe etiam inprimis iterumque mouebo,
Ne, si rara tibi contingat gratia cælo,
(Namque aliunde sibi nemo sperauerit) vlli
Hanc vix insinues charo fidoue sodali,
Nedum aliis referes: ea ne te noscere iactes,
Quæ scieris: verum secreto in pectore seruans
Tecum habita, & tecum tantum ipsa arcana reuolue.
Nam suspecta probis, ars ipsa inuisaque multis
Inuisos etiam cultores efficit artis.

CONSECTARIVM.

Ac proinde ne disputato, nec altercator.

Hoc nostro seculo, & ante in scholis publicis sapientiam veram altercando & disputando assequi nemo non in animum inducit suum. Et qui à studiosorum & literatorum vulgo commendari laudarique desiderat, animum totum vel ad refutationem aliorum scriptorum appellit, vel nouas controuersias mouet. Verum vt in sapientia vulgari, quæ nihil arcani in se complectitur, illud studium merito probatur, cum indignis philosophastris quiete animi, quæ in solida naturæ cognitione consistit, frui haud liceat: Sic sincerior Philosophia econtra quie-

te animi delectatur, dum omnem dubitationem circa arcana naturæ excludit, atque de iis cum nullo hominum confert, ne mutua ex disceptatione forte fortuito summum Philosophiæ arcanum indigno alicui innotescat. Id cuius reuelationem Deus sibi soli reseruat, nemo manifestato.

9. Ingeniosus.

Id est: Non esto ingenio stupido, sed sagaci & subtili. Videndum tamen, ne sit nimium subtilis, qui præ nimia sua subtilitate dictis Sophorum & ipsi naturæ nouitatem quandam inuehat, sensum afferat, non exinde efferat, atque naturam potius ad suæ rationis cogitata, quam hæc ad illam metiatur: Siquidem inde naturæ simplicitas peruertitur, & ad intima veræ sapientiæ penetralia accessus impeditur. Natura vt simplex est: ita indagatorem simplicem non nimis subtilem requirit.

10. Metallorum originem, generationem, differentias, amicitias & inimicitias perfecte scito.

Si nostrum consilium, ait Sendiuogius pagin. 49. de Sulph. vis sequi, consulimus, vt antequam ad hanc artem accedas, inprimis discas compescere linguam, & naturam minerarum & metallorum inquiras. Geber ab initio suæ summæ præcipit, vt à practica operis Philosophici abstineant, qui vera fundamenta materiarum ac minerarum ignorant.

Quare veri Philosophi studiose filios suos ad inqui-

inquisitionem metallorum ipsorumque generationis vbique adhortantur.

II. *Pseudochymicos & sophistas vitato.*

Qui, vt verbis Rosarij Philosophorum vtar, decepti ingenii sui tarditate, & ad inopiam deducti alios etiam tentant seducere, & ad miseriam compellere. Hinc ita Treuisanus: Fugite sophisticationes Alchymistarum nequam, & quoscunque alios, qui fidem istis adhibent: nam si quid boni vos lectio librorum docuit, falsis iuramentis & assertionibus adimere conantur. At ais: te ex animo velle fugere sophistas, si nosses; & cum non noueris, te non posse eos vitare. Vt igitur conqueri desinas, atque ex suis signis sophistas dignoscas, characteres eorum nouem propositionibus describam.

I.

Sophistae vulgaribus operationibus, calcinationibus, solutionibus, congelationibus, &c. insudant.

Vnde huiusmodi operationes Treuisanus appellat deceptiones: vt vero intelligas, quantum sit discriminis inter nostras & vulgares operationes, attende ad ea, quae iam sum dicturus: Vulgo calcinant, sed sine corporis multiplicatione, potius cum diminutione; Philosophi calcinant cum corporis multiplicatione: Vide Querceran. resp. ad Aubertum p. 66. Vulgo calcinant igni comburenti: Philosophi aqua: Vulgo soluunt, & solutione facta separant menstruum: Philosophi soluunt ita vt soluens & solutum in vna homogenea essentia permaneat:

Treuis.

Treuis. in epistol. ad Thomam de Bononia. Vulgo solutio & congelatio diuersis fiunt temporibus & horis: Philosophi dum soluunt, simul congelant: vide Lud. Puer. mihi pag. 198. Præterea vulgus corpora liquefacit per ignem comburentem: Philosophi per aquam: vnde dicitur: Liquefacite corpora liquefactione non vulgari, sed nostra, quæ est cum aqua. Vide Autor. consurg. c. 27. & Rosar. Phil. mihi p. 333.

II.

In illo laborant, quod in se tincturam Philosophis notam non habet.

Stultis sunt stultiores, ait Senior, qui præparant illud, quod in se tincturam non habet. Omnia alia despicias, ait autor Rosar. Philosoph. p. 302. quibus non est naturaliter virtus tingendi; cum in ipsis nullus sit fructus, sed solum perditio rerum & stridor dentium.

III.

Variis in vasis suas materias coquunt.

Operantum, inquit Dionysius Zacharias Gallus, hac tempestate pars maxima errorem suum hoc ipso fateri cogitur, cum nemo non ipsorum tres vel quatuor furnos habeat, & nonnulli decem vel duodecim; hunc ad calcinandum, illum ad soluendum, alium ad sublimandum, & innumera vasa, quibus vtuntur: verum enim vero ij in extremum operarentur, priusquam hac via ad perfectionem peruenirent, nisi suas operationes corrigerent.

IV. In-

IV.

Ingentes sumptus ad magisterium requirunt.

Id quod Reges, Principes, Comites & nobiles viri, qui eos alunt, vbertim testari possunt. Sed multæ expensæ non sunt nostro magisterio conficiundo necessariæ; quia vna materia, vnum vas, & vna sola coctio ad lapidis creationem requiritur. Vili precio, ait subtilissimus Geber, ad complementum peruenies.

V.

Processus habent scriptos, secundum quos operantur.

At ars nostra nullo continuo processu ad litteram intellecto continetur: Philosophi veri adeo hanc nostram scientiam ænigmatibus, parabolis & figuris occultauerunt, vt impossibile sit sola librorum lectione ad cognitionem huius artis peruenire. Dionys. Zachar. Gallus. Impossibile est (sic disponente diuino consilio) reperiri omnia ex ordine scripta, quæ ad hanc artem sunt necessaria. Idem in præfat.

VI.

Vltro sua officia magnatibus deferunt, atque iis artem auri conficiundi pollicentur.

Magnates vel ad superbiam, vel ad mundi delicias, vel ad tyrannidem diuitias expetunt, ac proinde iis, qui se auri conficiendi rationem tenere gloriantur, faciles præbent aures: non cogitan-

gitantes, quod auri studium à Philosophis non primario, sed secũdario spectetur. Aurum primo non intendit, qui omnium rerum, non solum metallorum, sed etiam vegetabilium & animalium vitia imperfectionesque vno Catholico remedio ex debito corpore extracto auferre, & in perfectiones transplantare sibi proponit. Si metallorum perfectionem solam non quærunt Philosophi, quo fine opus est vt in metallico corpore omnium rerum supplementum & instaurationem quæramus. Tinctura auri cum certum & determinatum rerum sublunarium genus sit; catholicum remedium esse nequit: ac proinde qui vniuersalem affectant medicinam, tincturam auri per se non appetunt: Secus qui faciunt; sophistæ sunt, & nunquam nostro magisterio dignabuntur. Quia autem magnates sunt sitientissimi auri & pecuniæ, sophistas auri tincturam primario intendentes ad se vocant, vel quando suam operam deferunt, deuinciunt, vt breui magnam argenti copiam ipsorum auxilio corradant. Verum vt stultum est hoc magnatum propositum: ita nunquam aliquid aliud, quam summam argenti iacturam inde reportant. Suspectus omnis, ait Thomas Aquinas, in hac arte seruiens regibus & prælatis.

VII.

Asseuerant se sæpius fecisse, sed tum non habuisse necessaria. Treuis.

VIII.

Se continue maxima cum diligentia per multos an-

tos annos ad fornaces suas adsedisse, & sine intermissione operatos fuisse prædicant.

Hoc eo fine faciunt, vt aliquid arcani ex tanto labore didicisse videantur, & apud incautos facilius se insinuent.

IX.

Ex lumine naturæ rationem sui operis exponere nesciunt: sed sine rationibus suam scientiam veram esse garriunt, adduntque sæpe, se arcanorum fuisse participes redditos à docto quodam viro, quem fingunt, vt alterius eruditione fraudes & sophismata sua pallient.

Non enim sunt Philosophi, nec guttulam de fonte naturæ gustauerunt: ac proinde satis mirari non possum, quod magni viri ab eiusmodi impostoribus sibi imponi patiantur, non reputantes, sine artibus præclaris & liberalibus nullam mysteriorum perfectam cognitionem vnquam esse acquirendam. Quicunque, ait Treuisanus, radices minerarum & simplices & compositas ignorat, principia naturæ ignorat: Ergo & artis: & per consequens erit sophista potius quam Philosophus.

CONCLVSIO.

Quod si, suauissime lector, hunc meum tractatum, quem Verum Hermetem inscribo, diligẽti lectione percurreris, non tantum ex eo abunde percip-

de percipies, hodiernos Chymistas non esse veros Hermeticos, imo potius sophistas, qui sanam nostram Philosophiam suis falsis receptiunculis obscurent, deprauent, atque cum arcanum Hermetis assequi nequeant, quascunque Chymicas operationes Hermeti adscribant, ne ab Hermetis studio alieni videantur: sed etiam via, qua ad secretioris Philosophiæ magisterium promoueri possis, tibi profunde rem pensitanti, & sedulo inquirenti demonstrabitur. Interim vale diu in Deo, & filio eius Iesu Christo.

DEO VNI, ET FILIO EIVS Iesu Christo sit laus & gloria in æternum, Amen.

PHILO-

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus secundus, qui est

PORTA HERMETICÆ SAPIENTÆ.

Cum quinque Clauibus appropieatis.

Autore

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

HVNC *tractatum, beneuole Lector, pro tam sapientia Hermetica inscribo, quo nemo ad arcanum Hermetis peruenire potest, nisi clauibus à me hic propositis ad reserationem porta vtatur.* Est vero porta sapientiæ nostræ *nihil aliud, quam* naturæ inuolucrū, quo macrocosmi filius, filius Solis & Lunæ, lapis Philosophorum alias dictus, in abstruso Saturni Philosophi regno latet. *Qui si in lucem sistitur, atq; è natura tenebricoso corpore eruitur in nobilissimam omnium abit medicinam. Si tu, sincere Lector, mysterium illud omnium præstantissimum, & miraculum natura vere admirandum ex sincerioris Philosophia arce reportare in animo habes, per genuinam portam ingredere, atq; ad eius apertionem proxime enarrandas claues adhibe. Claues vero enumero quinque:* Quarum prima est; Inuoca-

Michael Sendiuogius tract. 2.

Scrutatorem Naturæ oportet esse veracem, simplicem, patientem, *constantem, vnica saltem rei* animam applicantem.

7. Patiens.

Id est: moram, quæ in nostro magisterio est maxima, non ægre ferto.

Thomas Aquinas c. 2.

Qui patientiam non habet, ab operatione manum suspendat.

Moseus in Turba.

Nisi patientiam habeatis, errabitis in regimine, & corpus corrumpetis.

Zenon in Turb.

Qui prolixitatem decoctionis & compositionis patienter fert, lucrum accipit.

Bacaser in Turba.

Qui patiens est in regimine, ingredietur artem.

Lull. c. 19. theor. test.

Intellige, quod omnis mora, nec non tarditas in hac arte electæ sunt operando patienter; nec sine patientia iter arripias: cum tibi contigerit studio cognoscere multa, patientiam retine, semper operando directe, & sic Philosophiam habebis habituatam. Operi patientia datur: Patientia enim morum semper est maxima in nostro magisterio.

8. Taciturnus.

Ea enim quæ ex sincera Philosophia addiscit, & indu-

& indubitata experientia vera esse deprehendit, in vulgus non spargito, ne porcis margaritas obiicere videatur, & per abusum arcanorum pereat. Confer c. 1. libri Thomæ Aquinatis ad Rainaldum.

Augurell. 2. chrysopoeiæ.

Illud sæpe etiam inprimis iterumque mouebo,
Ne, si rara tibi contingat gratia cœlo,
(Namque aliunde sibi nemo sperauerit) vlli
Hanc vix insinues charo fidoue sodali,
Nedum aliis referes: ea ne te noscere iactes,
Quæ scieris: verum secreto in pectore seruans
Tecum habita, & tecum tantum ipsa arcana reuolue.
Nam suspecta probis, ars ipsa inuisaque multis
Inuisos etiam cultores efficit artis.

CONSECTARIVM.

Ac proinde ne disputato, nec altercator.

Hoc nostro seculo, & ante in scholis publicis sapientiam veram altercando & disputando assequi nemo non in animum inducit suum. Et qui à studiosorum & literatorum vulgo commendari laudarique desiderat, animum totum vel ad refutationem aliorum scriptorum appellit, vel nouas controuersias mouet. Verum vt in sapientia vulgari, quæ nihil arcani in se complectitur, illud studium merito probatur, cum indignis philosophastris quiete animi, quæ in solida naturæ cognitione consistit, frui haud liceat: Sic sincerior Philosophia econtra quie-

re animi delectatur, dum omnem dubitationem circa arcana naturæ excludit, atque de iis cum nullo hominum confert, ne mutua ex disceptatione forte fortuito summum Philosophiæ arcanum indigno alicui innotescat. Id cuius reuelationem Deus sibi soli reseruat, nemo manifestato.

9. Ingeniosus.

Id est: Non esto ingenio stupido, sed sagaci & subtili. Videndum tamen, ne sit nimium subtilis, qui præ nimia sua subtilitate dictis Sophorum & ipsi naturæ nouitatem quandam inuehat, sensum afferat, non exinde efferat, atque naturam potius ad suæ rationis cogitata, quam hæc ad illam metiatur: Siquidem inde naturæ simplicitas peruertitur, & ad intima veræ sapientiæ penetralia accessus impeditur. Natura vt simplex est: ita indagatorem simplicem non nimis subtilem requirit.

10. Metallorum originem, generationem, differentias, amicitias & inimicitias perfecte scito.

Si nostrum consilium, ait Sendiuogius pagin. 49. de Sulph. vis sequi, consulimus, vt antequam ad hanc artem accedas, inprimis discas compescere linguam, & naturam minerarum & metallorum inquiras. Geber ab initio suæ summæ præcipit, vt à practica operis Philosophici abstineant, qui vera fundamenta materiarum ac minerarum ignorant.

Quare veri Philosophi studiose filios suos ad inqui-

inquisitionem metallorum ipsorumque generationis vbique adhortantur.

II. *Pseudochymicos & sophistas vitato.*

Qui, vt verbis Rosarij Philosophorum vtar, decepti ingenii sui tarditate, & ad inopiam deducti alios etiam tentant seducere, & ad miseriam compellere. Hinc ita Treuisanus: Fugite sophisticationes Alchymistarum nequam, & quoscunque alios, qui fidem istis adhibent: nam si quid boni vos lectio librorum docuit, falsis iuramentis & assertionibus adimere conantur. At ais: te ex animo velle fugere sophistas, si nosses; & cum non noueris, te non posse eos vitare. Vt igitur conqueri desinas, atque ex suis signis sophistas dignoscas, characteres eorum nouem propositionibus describam.

I.

Sophistæ vulgaribus operationibus, calcinationibus, solutionibus, congelationibus, &c. insudant.

Vnde huiusmodi operationes Treuisanus appellat deceptiones: vt vero intelligas, quantum sit discriminis inter nostras & vulgares operationes, attende ad ea, quæ iam sum dicturus: Vulgo calcinant, sed sine corporis multiplicatione, potius cum diminutione; Philosophi calcinant cum corporis multiplicatione: Vide Querceтan. resp. ad Aubertum p. 66. Vulgo calcinant igni comburenti: Philosophi aqua: Vulgo soluunt, & solutione facta separant menstruum: Philosophi soluunt ita vt soluens & solutum in vna homogenea essentia permaneat:

Treuis.

Treuiſ. in epiſtol. ad Thomam de Bononia. Vulgo ſolutio & congelatio diuerſis fiunt temporibus & horis: Philoſophi dum ſoluunt, ſimul congelant: vide Lud. Puer. mihi pag. 198. Præterea vulgus corpora liquefacit per ignem comburentem: Philoſophi per aquam: vnde dicitur: Liquefacite corpora liquefactione non vulgari, ſed noſtra, quæ eſt cum aqua. Vide Auror. conſurg. c. 27. & Roſar. Phil. mihi p. 333.

II.

In illo laborant, quod in ſe tincturam Philoſophis notam non habet.

Stultis ſunt ſtultiores, ait Senior, qui præparant illud, quod in ſe tincturam non habet. Omnia alia deſpicias, ait autor Roſar. Philoſoph. p. 302. quibus non eſt naturaliter virtus tingendi; cum in ipſis nullus ſit fructus, ſed ſolum perditio rerum & ſtridor dentium.

III.

Variis in vaſis ſuas materias coquunt.

Operantum, inquit Dionyſius Zacharias Gallus, hac tempeſtate pars maxima errorem ſuum hoc ipſo fateri cogitur, cum nemo non ipſorum tres vel quatuor furnos habeat, & nonnulli decem vel duodecim; hunc ad calcinandum, illum ad ſoluendum, alium ad ſublimandum, & innumera vaſa, quibus vtuntur: verum enim vero ij in extremum operarentur, priuſquam hac via ad perfectionem peruenirent, niſi ſuas operationes corrigerent.

IV. In-

IV.

Ingentes ſumptus ad magiſterium requirunt.

Id quod Reges, Principes, Comites & nobiles viri, qui eos alunt, vbertim teſtari poſſunt. Sed multæ expenſæ non ſunt noſtro magiſterio conficiundo neceſſariæ; quia vna materia, vnum vas, & vna ſola coctio ad lapidis creationem requiritur. Vili precio, ait ſubtiliſſimus Geber, ad complementum peruenies.

V.

Proceſſus habent ſcriptos, ſecundum quos operantur.

At ars noſtra nullo continuo proceſſu ad litteram intellecto continetur: Philoſophi veri adeo hanc noſtram ſcientiam ænigmatibus, parabolis & figuris occultauerunt, vt impoſſibile ſit ſola librorum lectione ad cognitionem huius artis peruenire. Dionyſ. Zachar. Gallus. Impoſſibile eſt (ſic diſponente diuino conſilio) reperiri omnia ex ordine ſcripta, quæ ad hanc artem ſunt neceſſaria. Idem in præfat.

VI.

Vltro ſua officia magnatibus deferunt, atque iis artem auri conficiundi pollicentur.

Magnates vel ad ſuperbiam, vel ad mundi delicias, vel ad tyrannidem diuitias expetunt, ac proinde iis, qui ſe auri conficiendi rationem tenere gloriantur, faciles præbent aures: non cogitan-

gitantes, quod auri ſtudium à Philoſophis non primario, ſed ſecūdario ſpectetur. Aurum primo non intendit, qui omnium rerum, non ſolum metallorum, ſed etiam vegetabilium & animalium vitia imperfectioneſque vno Catholico remedio ex debito corpore extracto auferre, & in perfectiones transplantare ſibi proponit. Si metallorum perfectionem ſolam non quærunt Philoſophi, quo fine opus eſt vt in metallico corpore omnium rerum ſupplementum & inſtaurationem quæramus. Tinctura auri cum certum & determinatum rerum ſublunarium genus ſit, catholicum remedium eſſe nequit: ac proinde qui vniuerſalem affectant medicinam, tincturam auri per ſe non appetunt: Secus qui faciunt, ſophiſtæ ſunt, & nunquam noſtro magiſterio dignabuntur. Quia autem magnates ſunt ſitientiſſimi auri & pecuniæ, ſophiſtas auri tincturam primario intendentes ad ſe vocant, vel quando ſuam operam deferunt, deuinciunt, vt breui magnam argenti copiam ipſorum auxilio corradant. Verum vt ſtultum eſt hoc magnatum propoſitum: ita nunquam aliquid aliud, quam ſummam argenti iacturam inde reportant. Suſpectus omnis, ait Thomas Aquinas, in hac arte ſeruiens regibus & prælatis.

VII.

Aſſeuerant ſe ſæpius feciſſe, ſed tum non habuiſſe neceſſaria. Treuiſ:

VIII.

Se continuo maxima cum diligentia per multos an-

tos an-

vos annos ad fornaces suas adsedisse, & sine intermissione operatos fuisse prædicant.

Hoc eo fine faciunt, vt aliquid arcani ex tanto labore didicisse videantur, & apud incautos facilius se insinuent.

IX.

Ex lumine naturæ rationem sui operis exponere nesciunt; sed sine rationibus suam scientiam veram esse garriunt, adduntque sæpe, se arcanorum fuisse participes redditos à docto quodam viro, quem fingunt, vt alterius eruditione fraudes & sophismata sua pallient.

Non enim sunt Philosophi, nec guttulam de fonte naturæ gustauerunt: ac proinde satis mirari non possum, quod magni viri ab eiusmodi impostoribus sibi imponi patiantur, non reputantes, sine artibus præclaris & liberalibus nullam mysteriorum perfectam cognitionem vnquam esse acquirendam. Quicunque, ait Treuisanus, radices mineratum & simplices & compositas ignorat, principia naturæ ignorat: Ergo & artis: & per consequens erit sophista potius quam Philosophus.

CONCLVSIO.

Quod si, suauissime lector, hunc meum tractatum, quem VERVM HERMETEM inscribo, diligẽti lectione percurreris, non tantum ex eo abun-

de perci-

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus secundus, qui est

PORTA HERMETICÆ SAPIENTÆ.

Cum quinque Clauibus appropieatis.

Autore

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

H*VNC tractatum, beneuole Lector, pro tam sapientiæ Hermeticæ inscribo, quo nemo ad arcanum Hermetis peruenire potest, nisi clauibus à me hic propositis ad reserationem portæ vtatur.* Est vero porta sapientiæ nostræ *nihil aliud, quam* naturæ inuolucrũ, quo macrocosmi filius, filius Solis & Lunæ, lapis Philosophorum alias dictus, in abstruso Saturni Philosophi regno latet. *Qui si in lucem sistitur, atq; è naturæ tenebricoso corpore eruitur in nobilissimam omnium abit medicinam. Si tu, sincere Lector, mysterium illud omnium præstantissimum, & miraculum naturæ vere admirandum ex sincerioris Philosophiæ arce reportare in animo habes, per genuinam portam ingredere, atq; ad eius apertionem proxime enarrandas claues adhibe. Claues vero enumero quinque:* Quarum prima est; Inuoca-

tio Numinis diuini. 2. Meditatio. 3. Viua institutio. 4. Lectio. & 5. Operatio. *De singulis ordine tractabo.*

CAPVT I.

DE INVOCATIONE NVminis diuini.

1 T*V, qui ad Philosophorum artem adspiras,* (a) *sine intermissione* (b) *in fide,* (c) *nihil hæsitans,* (d) *Deum* (e) *orato, vt eius auxilio ad arcanum arcanorum peruenias.*

(*a*) Sine intermissione oportet orare, & non defatigari. Luc. 18. 1. (*b*) Omnia quæcunque petieritis in precatione, credentes, accipietis. Matt. 21. v. 22. Marc. 11. 24. (*c*) Si cui vestrum deest sapientia, à Deo dante omnibus simpliciter nec exprobrante postulet, ac dabitur ei: postulet vero cum fiducia, nihil hæsitans: Nam qui hæsitat, fluctui maris, qui ventis agitur & impetu rapitur, similis est: neque existimet homo, se quicquam accepturum à Domino. Iac. 1. 5. 6. (*d*) Omne enim donum perfectum è supernis est, descendens à Patre luminum. Iac. 1. 17. (*e*) Quisquis enim petit, accipit, & quicunque quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Matth. 7. 8. Itaque cum hæc pura & diuina scientia, teste Morieno & omnibus Philosophis, sit donum altissimi, qui eam suis cōmendat, nemo (ait Dionysius Zacharias Gallus in præfatione) per se ipsum absque diuina inspiratione comprehendere atque intelligere potest *opus diuinum*, etsi doctissimus alioqui Philosophus existat:

existat: nec decet, inquit Morienus, quenquam se ab hoc magisterio retrahere, sed suam fidem & spem in altissimo firmiter configere, illumq; assidue orare, vt diuinũ & mirabile opus efficiat. Vnde Sendiu. de sulph. p. 53. Tu quicunq; cupis ad hanc S. scientiã accedere, pone inprimis spem integrã in Deo Creatore tuo, illumq; precib. fatiga, & crede firmiter te ab illo non derelinquendum: quoniam si Deus cor tuum candidum & spem integram in se positam cognouerit, facile dabit medium. Initiũ sapiẽtiæ est timor Domini, ora nihilominus & labora. Melius est, Sendiu. iudicante, ab ipso Naturæ magistro, quã à discipulis discere.

Basilius Valent. mihi p. 2.

Ich sage dir in lauter Warheit/daß/so du vnsern grossen vhralten Stein machen wilst / so folge meiner Lehre / vnnd bitte für allen dingen deinen Gott/ den Schöpffer aller Creaturen / daß er dir darzu Segen vnd gedeyen geben wolle.

2. Deo ex toto animo in precibus voueto, te per Philosophorum arcanum Ecclesiæ, pauperibus, omnibusq; piis, qui tuum poscũt auxiliũ, adfuturũ.

Alio profecto fine ne quærito Hermetis magisterium: si secus feceris, non acquires. Vnde & omnes ij, qui eam ob causam Chymiam Hermeticam tractant, vt mundanas diuitias sibi compatent, splendide & magnifice inde viuant, atq; tyrannidem suam, quam sub corde tectam gerunt, magis magisque exercere valeant, nunquam adepturi sunt, quamuis in mille annos vestigent.

Basil. Valent. mihi p. 3.

Gedencke/wenn du zu ehren gesetzt wirst/daß du

dem armen vnd dürfftigen darbietest/jn auß Elend zu erretten/vnnd mit deiner hülfflichen Hand zuerfrewen/auff daß du desto mehr Segen vom Herrn empfangest/vnd einen Stuel im Himmel durch bestetigung deines glaubens vberkommen mögest.

CAPVT II.

DE MEDITATIONE.

1 *ANtequam ad opus te accingas, imaginare diligenter quid quæras, & quis sit intentionis tuæ scopus & finis.* Sendiug.

Lull. c. 24. theor. test.

Antequam aliquid facias, vide quid velis facere, & sapienter operare.

Et c. 31. eiusdem libri.

Debes præmeditari, fili, cui rei debeas manum apponere ad operandum.

2. *Diligenter* (a) *naturam rimator, &* (b) *dicta Philosophorum probe meditator.*

(*a*) Sine lumine enim & cognitione naturæ impossibile est hanc assequi artem, nisi singulari reuelatione alicui contingat, vel per secretam amici demonstrationem: Sendiuogius. Frustra ergo, vt ait idem in Epilogo, laborat ille, qui sine naturæ cognitione manus ad labores porrigit. Idem in præfat. ad Lect. tract. de sulph. si, quomodo natura operetur, maturo iudicio considerares, non opus haberes tot voluminibus Philosophorum.

(b) *Lull. c. 29. Theor. test.*

Nota doctrinas nostras, & glossa fortiter per multas considerationes & reiterationis speculationes, si desideras nos intelligere.

Morienus.

Si quis Philosophorum dicta inuenerit, in illis diligenter studeat, donec ea recto modo intelligat: cum diuturnitate enim meditationis immensæ scientiarum arcanum & incomparabilem thesaurum inuenit.

CONSECTARIVM.

Itaque ad praxin ne accedito, nisi in theoria diligenter versatus fueris.

Oportet enim, vt in hoc studio doctrina experimentum præcedat.

Lull. c. 53. theor. test. sub finem.

Nisi per theoriam naturas intelligas, nullo tempore per practicam opus tuum corrigere scies: sed potius in errorem cades.

Treuisanus ad Thomam de Bononia.

Errare contingit ad opus accedere volentes omisso & neglecto mentalis practicæ iudicio, quam theorica in animo operatur, priusquam ad opus conficiendum operationes accedant.

Razes.

Non potest facile eius in praxei manus inclarescere, nisi cuius mens in theorica prius maceretur: ille enim ad operationes securus accedit, cuius in mente plures operationum imagines resultant. Confer & Arnold. præf. in Ros.

Lull. lib. Vade mecum.

Ars nostra sine philosophia nec doceri, nec possideri debet.

Paracelsus lib. vexat. p. 932.

Wer baß dichtet/der trifft auch baß die Kunst/

Treuis. in epistol. ad Thomam de Bononia. Vulgo solutio & congelatio diuersis fiunt temporibus & horis: Philosophi dum soluunt, simul congelant: vide Lud. Puer. mihi pag. 198. Præterea vulgus corpora liquefacit per ignem comburentem: Philosophi per aquam: vnde dicitur: Liquefacite corpora liquefactione non vulgari, sed nostra, quæ est cum aqua. Vide Auror. consurg. c. 27. & Rosar. Phil. mihi p. 333.

II.

In illo laborant, quod in se tincturam Philosophis notam non habet.

Stultis sunt stultiores, ait Senior, qui præparant illud, quod in se tincturam non habet. Omnia alia despicias, ait autor Rosar. Philosoph. p. 302. quibus non est naturaliter virtus tingendi; cum in ipsis nullus sit fructus, sed solum perditio rerum & stridor dentium.

III.

Variis in vasis suas materias coquunt.

Operantum, inquit Dionysius Zacharias Gallus, hac tempestate pars maxima errorem suum hoc ipso fateri cogitur, cum nemo non ipsorum tres vel quatuor furnos habeat, & nonnulli decem vel duodecim; hunc ad calcinandum, illum ad soluendum, alium ad sublimandum, & innumera vasa, quibus vtuntur: verum enim vero ij in extremum operarentur, priusquam hac via ad perfectionem peruenirent, nisi suas operationes corrigerent.

IV. In-

IV.

Ingentes ſumptus ad magiſterium requirunt.

Id quod Reges, Principes, Comites & nobiles viri, qui eos alunt, vbertim teſtari poſſunt. Sed multæ expenſæ non ſunt noſtro magiſterio conficiundo neceſſariæ; quia vna materia, vnum vas, & vna ſola coctio ad lapidis creationem requiritur. Vili precio, ait ſubtiliſſimus Geber, ad complementum peruenies.

V.

Proceſſus habent ſcriptos, ſecundum quos operantur.

At ars noſtra nullo continuo proceſſu ad litteram intellecto continetur: Philoſophi veri adeo hanc noſtram ſcientiam ænigmatibus, parabolis & figuris occultauerunt, vt impoſſibile ſit ſola librorum lectione ad cognitionem huius artis peruenire. Dionyſ. Zachar. Gallus. Impoſſibile eſt (ſic diſponente diuino conſilio) reperiri omnia ex ordine ſcripta, quæ ad hanc artem ſunt neceſſaria. Idem in præfat.

VI.

Vltro ſua officia magnatibus deferunt, atque iis artem auri conficiundi pollicentur.

Magnates vel ad ſuperbiam, vel ad mundi delicias, vel ad tyrannidem diuitias expetunt, ac proinde iis, qui ſe auri conficiendi rationem tenere gloriantur, faciles præbent aures: non cogitan-

gitantes, quod auri studium à Philosophis non primariò, sed secūdario spectetur. Aurum primò non intendit, qui omnium rerum, non solum metallorum, sed etiam vegetabilium & animalium vitia imperfectionesque vno Catholico remedio ex debito corpore extracto auferre, & in perfectiones transplantare sibi proponit. Si metallorum perfectionem solam non quærunt Philosophi, quo fine opus est vt in metallico corpore omnium rerum supplementum & instaurationem quæramus. Tinctura auri cum certum & determinatum rerum sublunarium genus sit, catholicum remedium esse nequit: ac proinde qui vniuersalem affectant medicinam, tincturam auri per se non appetunt: Secus qui faciunt, sophistæ sunt, & nunquam nostro magisterio dignabuntur. Quia autem magnates sunt sitientissimi auri & pecuniæ, sophistas auri tincturam primario intendentes ad se vocant, vel quando suam operam deferunt, deuinciunt, vt breui magnam argenti copiam ipsorum auxilio corradant. Verum vt stultum est hoc magnatum propositum: ita nunquam aliquid aliud, quam summam argenti iacturam inde reportant. Suspectus omnis, ait Thomas Aquinas, in hac arte seruiens regibus & prælatis.

VII.

Asseuerant se sæpius fecisse, sed tum non habuisse necessaria. Treuis.

VIII.

Se continuò maxima cum diligentia per multos an-

vos annos ad fornaces suas adsedisse, & sine intermissione operatos fuisse prædicant.

Hoc eo fine faciunt, vt aliquid arcani ex tanto labore didicisse videantur, & apud incautos facilius se insinuent.

IX.

Ex lumine naturæ rationem sui operis exponere nesciunt: sed sine rationibus suam scientiam veram esse garriunt, adduntque sæpe, se arcanorum fuisse participes redditos à docto quodam viro, quem fingunt, vt alterius eruditione fraudes & sophismata sua pallient.

Non enim sunt Philosophi, nec guttulam de fonte naturæ gustauerunt: ac proinde satis mirari non possum, quod magni viri ab eiusmodi impostoribus sibi imponi patiantur, non reputantes, sine artibus præclaris & liberalibus nullam mysteriorum perfectam cognitionem vnquam esse acquirendam. Quicunque, ait Treuisanus, radices minerarum & simplices & compositas ignorat, principia naturæ ignorat: Ergo & artis: & per consequens erit sophista potius quam Philosophus.

CONCLVSIO.

Quod si, suauissime lector, hunc meum tractatum, quem VERVM HERMETEM inscribo, diligēti lectione percurreris, non tantum ex eo abunde perci-

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus secundus, qui est

PORTA HERMETICÆ SAPIENTÆ.

Cum quinque Clauibus appropriatis.

Autore

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

H*VNC tractatum, beneuole Lector, pro tam sapientiæ Hermeticæ inscribo, quo nemo ad arcanum Hermetis peruenire potest, nisi clauibus à me hic propositis ad reserationem portæ vtatur.* Est vero porta sapientiæ nostræ *nihil aliud, quam* naturæ inuolucrũ, quo macrocosmi filius, filius Solis & Lunæ, lapis Philosophorum alias dictus, in abstruso Saturni Philosophi regno latet. *Qui si in lucem sistitur, atq; è natura tenebricoso corpore eruitur in nobilissimam omnium abit medicinam. Si tu, sincere Lector, mysterium illud omnium præstantissimum, & miraculum naturæ vere admirandum ex sincerioris Philosophiæ arce reportare in animo habes, per genuinam portam ingredere, atq; ad eius apertionem proxime enarrandas claues adhibe. Claues vero enumero quinque:* Quarum prima est; Inuoca-

tio Numinis diuini. 2. Meditatio. 3. Viua insti-tutio. 4. Lectio. & 5. Operatio. *De singulis ordine tractabo.*

CAPVT I.

DE INVOCATIONE NVminis diuini.

1 **T**V, *qui ad Philosophorum artem adspiras,* (a) *sine intermissione* (b) *in fide,* (c) *nihil hæsitans,* (d) *Deum* (e) *orato, vt eius auxilio ad arcanum arcanorum peruenias.*

(*a*) Sine intermissione oportet orare, & non defatigari. Luc. 18. 1. (*b*) Omnia quæcunque petieritis in precatione, credentes, accipietis. Matt. 21. v. 22. Marc. 11. 24. (*c*) Si cui vestrum deest sapientia, à Deo dante omnibus simpliciter nec exprobrante postulet, ac dabitur ei: postulet vero cum fiducia, nihil hæsitans: Nam qui hæsitat, fluctui maris, qui ventis agitur & impetu rapitur, similis est: neque existimet homo, se quicquam accepturum à Domino. Iac. 1. 5. 6. (*d*) Omne enim donum perfectum è supernis est, descendens à Patre luminum. Iac. 1. 17. (*e*) Quisquis enim petit, accipit, & quicunque quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Matth. 7. 8. Itaque cum hæc pura & diuina scientia, teste Morieno & omnibus Philosophis, sit donum altissimi, qui eam suis cōmendat, nemo (ait Dionysius Zacharias Gallus in præfatione) per se ipsum absque diuina inspiratione comprehendere atque intelligere potest *opus diuinum*, etsi doctissimus alioqui Philosophus existat:

existat: nec decet, inquit Morienus, quenquam se ab hoc magisterio retrahere, sed suam fidem & spem in altissimo firmiter configere; illumq; assidue orare, vt diuinũ & mirabile opus efficiat. Vnde Sendiu. de sulph. p. 53. Tu quicunq; cupis ad hanc S. scientiã accedere, pone inprimis spem integrã in Deo Creatore tuo, illumq; precib. fatiga, & crede firmiter te ab illo non derelinquendum: quoniam si Deus cor tuum candidum & spem integram in se positam cognouerit, facile dabit medium. Initiũ sapiẽtiæ est timor Domini, ora nihilominus & labora. Melius est, Sendiu. iudicante, ab ipso Naturæ magistro, quã à discipulis discere.

Basilius Valent. mihi p. 2.

Jch sage dir in lauter Warheit/daß/so du vnsern grossen vhralten Stein machen wilst/so folge meiner Lehre/vnnd bitte für allen dingen deinen Gott/den Schöpffer aller Creaturen/daß er dir darzu Segen vnd gedeyen geben wolle.

2. Deo ex toto animo in precibus voueto, te per Philosophorum arcanum Ecclesiæ, pauperibus, omnibusq; piis, qui tuum poscũt auxiliũ, adfuturũ.

Alio profecto fine ne quærito Hermetis magisterium: si secus feceris, non acquires. Vnde & omnes ij, qui eam ob causam Chymiam Hermeticam tractant, vt mundanas diuitias sibi comparent, splendide & magnifice inde viuant, atq; tyrannidem suam, quam sub corde tectam gerunt, magis magisque exercere valeant, nunquam adepturi sunt, quamuis in mille annos vestigent.

Basil. Valent. mihi p. 3.

Gedencke/wenn du zu ehren gesetzt wirst/daß du

dem armen vnd dürfftigen darbietest/jn auß Elend zu erretten/vnnd mit deiner hülfflichen Hand zuerfrewen/auff daß du desto mehr Segen vom Herrn empfangest/vnd einen Simel im Himmel durch bestetigung deines glaubens vberkommen mögest.

CAPVT II.

DE MEDITATIONE.

1 *ANtequam ad opus te accingas, imaginare diligenter quid quæras, & quis sit intentionis tuæ scopus & finis.* Sendiug.

Lull. c. 24. theor. test.

Antequam aliquid facias, vide quid velis facere, & sapienter operare.

Et c. 31. eiusdem libri.

Debes præmeditari, fili, cui rei debeas manum apponere ad operandum.

2. *Diligenter* (a) *naturam rimator, &* (b) *dicta Philosophorum probe meditator.*

(*a*) Sine lumine enim & cognitione naturæ impossibile est hanc assequi artem, nisi singulari reuelatione alicui contingat, vel per secretam amici demonstrationem: Sendiuogius. Frustra ergo, vt ait idem in Epilogo, laborat ille, qui sine naturæ cognitione manus ad labores porrigit. Idem in præfat. ad Lect. tract. de sulph. si, quomodo natura operetur, maturo iudicio considerares, non opus haberes tot voluminibus Philosophorum.

(b) *Lull. c. 29. Theor. test.*

Nota doctrinas nostras, & glossa fortiter per multas considerationes & reiterationis speculationes, si desideras nos intelligere.

Morienus.

Si quis Philoſophorum dicta inuenerit, in illis diligenter ſtudeat, donec ea recto modo intelligat: cum diuturnitate enim meditationis immenſæ ſcientiarum arcanum & incomparabilem theſaurum inuenit.

CONSECTARIVM.

Itaque ad praxin ne accedito, niſi in theoria diligenter verſatus fueris.

Oportet enim, vt in hoc ſtudio doctrina experimentum præcedat.

Lull. c. 53. theor. teſt. ſub finem.

Niſi per theoriam naturas intelligas, nullo tempore per practicam opus tuum corrigere ſcies: ſed potius in errorem cades.

Treuiſanus ad Thomam de Bononia.

Errare contingit ad opus accedere volentes omiſſo & neglecto mentalis practicæ iudicio, quam theorica in animo operatur, priuſquam ad opus conficiendum operationes accedant.

Razes.

Non poteſt facile eius in praxei manus inclareſcere, niſi cuius mens in theorica prius maceretur: ille enim ad operationes ſecurus accedit, cuius in mente plures operationum imagines reſultant. Confer & Arnold. præf. in Roſ.

Lull. lib. Vade mecum.

Ars noſtra ſine philoſophia nec doceri, nec poſſideri debet.

Paracelſus lib. vexat. p. 932.

Wer baß dichtet/der trifft auch baß die Kunſt/

vnd findet die Warheit. Id est: Qui rem acutius perpendit, veritatem attingit.

Idem lib. de imag. c. 12.

Einer der da speculiret / vnd hat deren Dingen einen Verstandt / darinnen er speculiret / läst er nicht davon ab / vnd im ernstlich angelegen seyn / so er findet er in solcher speculation die Practick. Id est: Qui speculatur, & res, quas speculatur, intelligit, si non desinat, sed sollicite rem curæ cordique habeat, per speculationem talem practicam inuenit.

3. *Diligenter considerato, num propositum tuum cum natura concordet, an sit possibile: ab exemplis discito apparentibus, ex quibus rebus quid fiat: quomodo & in quali vase natura operetur.* Sendiuog. quem alias soleo anonymum Leschum appellare.

CAPVT III.

DE VIVA INSTITVTIONE.

ESSET sane hæc clauis omnium tutissima, & certissima: sed cum ea pauci ob artis summæ summam eminentiam & seriam Philosophorum prohibitionem potiri queant, non possum aliquid de hac claue proponere. Qui possidet hanc diuinam scientiam, eam nemini facile aperit: Qui vero non habet, docere nequit. Quod sane mouere debet magnates, ne credant iis, qui se exactissime artem tenere gloriantur, & cum magnates huius seculi Hermetis arcanum propter abusum

sum ad pompam & tyrannidem appetant, fere omnes indigni Dei iudicio habentur: Et si quis huiusmodi viris se aperiret, magisteriumque demonstraret, sibi periculum fabricaret: id quod ex Sendiuogij Epilogo luculenter constat, vbi sic ait: *Non dubito multos bonæ* conscientiæ & voluntatis homines illud donum Dei clanculum possidere: Hi meo moniti exemplo, & meis periculis cautiores & prouidentiores facti Harpocratis sibi commendatum habeant silentium: Quotiescunque enim me magnatibus detegere volui, semper aut in damnum aut *in periculum mihi cessit.* Quare præceptum Trismegisti magnifaciendum & studiose obseruandum esse arbitror, vbi ait: *μηδενὶ ὦ τέκνον ἐκφαίνων τῆς παλιγγενεσίας παράδοσιν*: id est, nemini, ô fili, aperias regenerationis doctrinam.

CAPVT IV.

DE LECTIONE.

1 *Diligenter verorum Philosophorum libros legito, & lectione assidua id, quod legisti, repetito.*

Basilius Valentinus mihi p. 2.

Verachte mein Freund auch nicht / noch verschmehe die warhafftige Schrifften deren die den Stein für vns gehabt haben: Denn durch die offenbahrung Gottes hab ichs von jhnen / vnnd solch lesen muß vielfältig vnd offter geschehen / damit der Grund nicht vergessen werde / vnd die Warheit wie ein Liecht verlesche.

Theophilus in Turba.

Nemo nouit artem numi & auri arcanum, nisi qui Philosophiæ libros diligenti & assidua lectione perlegerit.

Dionys.Zach.Gall.

Qui ad veri lapidis cognitionem prouehi desiderant, constanter & patienter prius legere & intelligere bonos autores discant, quam operi manum admoueant, intellectum à Deo precibus impetrantes.

Idem in præfat.

Quicunque desidiosus erit & oscitans in nostrorum lectura librorum, ineptus etiam erit ad præparandas materias, quandoquidem vnus alio declaratur, tum quod in vno fortasse requiritur, suppletur in alio.

Treuisan. præfat. in Alchym.

Te primo intuitu dicta nostra intellecturum ne arbitrator: vix enim decima lectionis repetitione sensum eorum apprehendes. Quo sæpius lectionem repetes, eo exquisitius vim dictorum intelliges.

CAVTELA.

Cauebis, ne pro verorum Philosophorum libris impostorum scripta & recepta legas.

Hæc enim omnia fallunt, & à veritate longe abducunt.

Corrector fatuor. præfat.

Omnes huius artis apicem diligentes studiis conentur insistere, & ex libris haurire veritatem, & non ex mendosis neque ex fabulosis.

Treui-

Treuisanus.

Qui artem veram aſſequi cupit, verſator cum ſapientibus, h.e. eorum & non impoſtorum libros legito, licet obſcuris verbis eam doceant.

Obſeruatio.

Vt vero vere Philoſophicos libros à ſophiſticis exquiſite ſecernas, omnes alios libros cum his quos in hoc volumine Hermetico exhibeo & allego, conferto. Si ipſorum doctrina cum hiſce libris conſpirauerit, eos pro Philoſophicis habeto. Sin vero diſſenſerit, atque nihil niſi fictos proceſſus ad Solem & Lunam conficiendam tibi obtulerit, ſophiſticos eos libros eſſe tibi certo perſuadeto.

2. Sub initium ſtudii Hermetici vnum librum tantum legito, ex cuius multoties repetita lectione errores vulgarium operantium dignoſcere, terminis Philoſophorum aſſuefieri, generationem rerum naturalium intelligere, atque veſtigationis vera materiæ fundamentum certiſſimum ponere queas: poſt autores alios addito & conferto.

Hanc viam ſi iueris, ad propoſitam metam citius peruenies, atque noſtra Philoſophia tibi magis dulceſcet, quam ſi per multos libros ſuperficiaria lectione ſine requiſito iudicio & debita obſeruatione percurras. Ex multitudine potius confunderis, quam proficies. *Diſtrabit animum*, ait Seneca, *librorum multitudo.* Itaq; cum legere non poſſis, quãtam habueris, ſat eſt habere quantum

legas. Sed modo, inquis, hunc librum euoluere volo, modo illum. Fastidientis stomachi est, multa degustare: Quæ vbi varia sunt & diuersa, *coinquinant, non alunt. Probatos igitur semper lege, & si quando ad alios diuerti lubet, ad priores redi.* Tutius ergo, ego aio, semper est vnius Philosophi dictis, quamuis obscuris, pertinaciter adhærescere, in sensum eorum studiose meditatione attentissima inquirere, & in vno autore suæ Philosophiæ fundamentum iacere, quam multa non intellecta legisse videri. Ego Bernhardi Comitis Treuisani opusculum Hermeticum sub initium legi. Tu tractatus duodecim Michaelis Sendiuogij, qui in titulo sui libri diui Leschi genus amare scribitur, tibi comparare, atque vel centies cum summa meditatione perlegere poteris. Vix sine fructu, si modo Deum sine intermissione certa fide fultus imploraueris, librum eum depones.

3. Iudicio sincero in legendo vtitur.

Sapienter inquit Lull. c. 20. theor. test. Consideres doctrinas nostras, ne te, (vt verbis Philosophi Apuleij vtar) antiquorum librorum textus, qui verba nonnunquam transponunt, decipiant.

CONSECTARIA.

I.

Itaque ad naturam dicta Philosophorum reuocato.

Sendiuog. sub finem tract. de sulp. pag. 83.

Inquisitor bonus omnia ad possibilitatē naturæ applicare debet. Si cum natura non conueniunt omittenda sunt. Idem eiusdem lib. præfat. Meum consi-

consilium est, vt in textu maneas, & quicquid legis, omnia ad possibilitatem naturæ applices.

Ludolph. Verdeman. pref. in test. Lull.

Philosophorum scripta non ex verborum cortice, sed ex naturæ viribus intelliguntur.

Treuisanus.

Vos oportet dicta Philosophorum ad naturæ possibilitatem, & non ad sonum verborum intelligere.

II.

Obscura loca cum apertis conferto.

Doctrina enim vnius aperit doctrinam alterius. Lull. c. 3. 31. theor. test. Quod illam viam insistere debeamus, suo exemplo admodum pulchre docet Treuisanus, vbi sic ait: Consideraui, quibus in locis libri maxime in eundem sensum inter se conuenirent, ibidem existimaui potissimum latere vertatem.

III.

Ea circa quæ Philosophi se errasse ingenue fatentur, probe notato, vt ab iisdem erroribus tibi caueas.

Sophisticos huiusmodi errores plurimos recenseri à Bernhardo Comite Treuisano, Zacharia Gallo ex ipsorum libris intelligis: Tu modo attende & caue nam:

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

IV.

Axiomata generalia à Philosophis adducta eruito, & ante omnia exquisitissime pensitato.

Deducunt enim te ad veram luminis naturę cognitionem

cognitionem atque tibi iudicium ingenerant, quo sophistas dignoscas, atque veros Philosophos ab iis facilime discernas.

4. In lectione tamdiu perseuerato, vsque dum mirabilem harmoniam & consensum dictorum Philosophicorum videris.

Basil. Valent. mihi p. 2.

Setze dein vornemen nicht in einen Wanckelmuth/sondern folge dem gesatzten Felß nach/da alle Weissen zusammen treffen. Id est: propositum tuum haud sit incertum & dubium, sed immotæ petræ, in qua omnes sapientes conspirant, innititor.

Idem von der grossen Heimligkeit der Welt/ *mihi p. 197.*

Es gebüret zu einem wahren Philosopho vielfältiges fleissiges lesen vielerley Schrifften der alten Weisen/so für vns gelebet haben: vnd erwege solche wol/mit offter widerholung. Mercke auch in solcher erneuwerung jhr einhelliges Gemüt da sie samptlich zum Ziel treffen. Id est, verus Philosophus multoties scripta antiquorum sapientum, qui ante nos vixerunt, summa cum diligentia legere tenetur. Et tu ea sæpius repetita bene pensita, & dum repetis, vnanimem Sophorum consensum, quo omnes vna ad scopum collimant, obserua.

Dionys. Zach. Gall. in præf.

Amatores huius artis rogo, vt omnibus dubiis, quæ circa singulas operationes in compositione necessarias versantur, collatis, & quæ sibi mutuo contradicere videbuntur, ænigmatum æquiuoca-

uocationibus & figuris animum adeo resolutum & liberum habeant, vt videant & intelligant, diuersa Philosophorum verba in vnitate sensus conspirare, & non esse nisi meras concordantias.

Capvt V.

DE OPERATIONE.

OPeratio, clauis portæ nostræ non contemnenda, secundum hos canones instituitor:

1. *In omnibus naturam imitator.* Treuis.

Aurora consurgens c.3.

Diuersos naturæ processus Philosophi superadduxerunt, vt per hoc adstruerent, scientiam fore naturalem, & in omnibus naturam imitari.

Dionys. Zachar. Gall.

Quotquot naturam imitati fuere, ad huius artis notitiam peruenerunt.

Clangor Buccinæ.

Plus imitatur Alchymia inter omnes alias artes naturam: aliæ enim artes imitantur naturam similitudinarie: Alchymia vero mera veritate.

Imitator vero naturam. 1. In materia:

Sic enim ait Zach. Gall. Si naturam ars imitatur, necessario fatendum est, ipsam vti simili materia qua natura. At natura in procreatione metallorum solo argento viuo vtitur. Itaque (vt cum Assiduo loquar) opus Philosophorum & Prophetarum non fit, nisi in solo argento viuo. Naturam

turam exactissime imitamur, ait Treuisanus, quæ in suis mineris aliam non habet materiam, in quam operetur, præterquam puram formam Mercurialem. 2. *In remotione extranei.* Treuis. Turba Philos. Morienus. Itaque qui aliquid aliud quam Mercurialem naturam ad opus nostrum assumunt, sophistis merito associantur. 3. *In pondere.* Quicunque naturam in his imitari volet, huius obseruet ordinem & pondera duntaxat: Treuisan. Si velis, ait Sendiuog. tract. 12. vt natura melioretur in actu, solue corpus quoduis, & illud, quod naturæ accessit heterogeneum, separa, purga, coniunge pura puris, cocta coctis, cruda crudis, secundum naturæ pondus, non materiæ. 4. *In colore.* Ita enim Treuisanus: Pro gradibus huius alterationis Mercurii (in nostro opere) per suum sulphur diuersi colores oriuntur, non aliter quam per naturam in mineris: Colorum eiusmodi primus est nigredo Saturnea: Secundus albedo Iouialis: Tertius Lunaris: Quartus Venereus: Quintus Martialis: Sextus Solaris: Septimus vero color vno gradu Solarem vincit: siquidem materiam nostram perficimus, & plusquam perfectam reddimus post dictos colores rubeo sanguineoue colore exaltatissimo. 5. *In igne.* Nam ignis duntaxat, ait Treuisanus, omnem artem regit, quo natura vtitur. 6. *In operando*: ars enim adiuuatur discendo ab operationibus naturæ. Treuis. 7. *In operationis tarditate.* Natura facit, ait autor Rosar. Philos. mihi pagin. 214. suam operationem paulatiue: Ego vero volo, vt tu idem facias:

imo

imo secundum naturam tua sit imaginatio. Hinc Philosophi festinationem prohibent.

2. Non operator, nisi rationibus certis, quæ vel ex frequenti & assidua lectione tibi natæ fuere, vel lumine naturæ niti videntur, ad operandum permouearis.

Ab alterius, qui tibi aperte auri conficiendi rationem, & Mercurii fixationem, aliaque plura pollicetur, nudis verbis & sophisticis processibus plane nihil ad operandum flectaris: imaginare tu potius ex natura secundum naturam, quid tibi fuerit faciendum. Nam multo melius est cerebro & imaginatione prius discere, quam re, quam manu & sumptibus: teste Sendiuogio.

3. Operationes tuæ non sunto vulgares.

Itaque 1. varia & multa Chymicorum vasa, 2. ignem, quem vulgus Chymicorum adhibet, & 3. instrumenta vulgaria reiicito: sed tibi vas vnum, ignis vnus, instrumentum vnum, & regimen vnum esto.

4. Diligenter operator.

Scala Philos.

Cum in opere fueris, adsit assiduitas, & patientia cum expectatione congrua, cuius finis commodum

modum & lætitia: absit pigrities & negligentia, & festinatio diabolica, cuius finis damnum & tristitia.

PORTÆ HERMETICÆ
SAPIENTIÆ,
FINIS.
Laus Deo.

PHILOSOPHIÆ
HERMETICÆ
Tractatus tertius, qui est
SILENTIVM HERMETICVM.
Quo tacenda HERMETIS Philosophia compendiose & neruose describitur ab

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

HVNC tractatum suauißime Lector, Silentium voco Hermeticum, quia id, quod in eo proponitur, sub alto silentio à Philosophis tractatur, & variis ænigmatibus parabolis, & figuris velatur, ne indignis reueletur, sed solius veritatis studiosis, & piis animis otium per negotium quærentibus, nimirum sincerioris doctrinæ filiis innotescat. Philosophiam vero Hermetis hoc in libello certis erotematum & Responsionum formulis depingere & describere placuit, non alia de causa, quam quia sic lubuit, & huiusmodi docendi ratio doctißimis viris probari solet.

Quid

Quid eſt ergo Hermetis antiquorumq; Sophorum vera Philoſophia?

PHiloſophia antiquorum ſapientum non eſt ſtudium altercandi à Sophiſtis ad Academias translatum, ſed eſt ſpiritus Vniuerſi (quem vulgo naturam appellitant) omnia in omnibus operantis, rerum conſeruationem promouentis, vitam omnium viuentium perpetuantis, generationem procurantis atque defectus omnes ſua ipſius præſentia & efficaci actione tollentis ſcientia.

Quid eſt Spiritus Vniuerſi?

Spiritus Vniuerſi eſt eſſentia ſubtiliſſima, per omnes creaturas hoc mundo comprehenſas diffuſa, ſumma agendi poteſtate prędita, penetratione ſua omnibus robur & vires concilians, atq; ita diſpoſita, vt corpora, quibus ineſt, conſeruet, vegetet, animet, atque ab omni imperfectione liberet, ſi modo perfectionis fuerint capacia.

Vnde eſt autem Spiritus hic Vniuerſi?

A Deo ſub initium mundi creatus, atq; corporeæ mundi ſubſtantiæ incorporatus eſt, ita tamen vt in conſtantiori corpore maiori cum virtute & copia inueniatur.

Quodnam illud corpus eſt, in quod Spiritus Vniuerſi copioſe transfuſus eſt?

Eſt corpus omnium ſubtiliſſimum, & à corruptione craſſitieque remotiſſimum, nimirum cœlum, quod per aſtra & luminaria ſua ſummam v-

Aa a niuerſi

niuersi Spiritus copiam possidentia in hæc inferiora corpora vim & essentiam vniuersi demittit; vt hinc in vigore persistant, ad vitam disponantur, anima imprægnentur, atque ab omni imperfectione ad perfectionem certis mutationum gradibus proueliantur.

Estne ex dicto Spiritu vitæ infinita constantia & perpetuitas?

Philosophi quidem huic spiritui, cum sit naturæ constantissimæ & perfectissimæ, illud potestatis tribuunt, quia perpetuum primaria & cœlestia corpora persistunt: sed cum homo propter peccatum in DEVM commissum morti sit obnoxius, in hisce inferioribus creaturis prolongationem vitæ, nō perpetuitatem operatur: Homo enim quia in DEVM peccauit, Legemque diuinam transgressus est, factus est haud capax perfectionis cum perpetuitate & æterna constantia coniunctæ.

Igitur, vt audio, operatur vitæ prolongationem?

Imo Patriarchæ per spiritum & animam mundi vitam in multos protraxere annos. E mineralibus auro summam iste Spiritus impertit constantiam: Huius enim corpus cum spiritu vniuersi summe sit imprægnatum, atque ad summam sit deductum perfectionem, elemēta eius adeo sunt adæquata, vt nec ab aere alterari, neque ab aqua mutari, neque ab igne consumi, neq; à terra exedi possit. Atque hinc Paracelsistæ nobilissimam medicinam

dicinam ex auro eliciunt, dum in ſpiritualem naturam illud tranſplantant, atque è fixo volatile conficiunt.

Quo medio Spiritus Vniuerſi haberi poteſt?

Eo medio, per quod è cœleſtibus luminaribus ſublunari creaturæ communicatur & incorporatur, dubio procul acquiritur. Iam vero aqua eſt medium, cuius interuentu non tantum mineralia & metalla, ſed etiam vegetabilia & animalia de ſpiritu ex Sole & Luna, cæteriſque ſtellis defluente participent. Quis ergo in aqua ſpiritum Vniuerſi quærendum eſſe inficiari poterit? Et Moſes ipſe Geneſ. 1. Spiritum Domini latum fuiſſe ſuper aquas, ingenue fatetur.

Spiritus Vniuerſi eſt ne Lapis Philoſophorum?

Non per ſe, quatenus iam actu omnia ſuſtentat & conſeruat, ſed quatenus iam ex Vniuerſali medio in medicinam eminentiſſimam Philoſophica digeſtione decoctus eſt, dicitur & eſt Lapis Philoſophorum.

Quid ergo eſt Lapis Philoſophorum?

Lapis Philoſophorum eſt Spiritus Vniuerſi, incubatu ſuo actuans aquas, atque in medicinam tam ſuperiorum, quam inferiorum habitaculum digeſtione Philoſophica deductus, eaque virtute præditus, vt imperfectis ſubſtantiis perfectionem ſua ipſius communicatione ingeneret.

Quænam est perfectio, quam Lapis Philosophorum rebus sui communicatione impertit?

Lapis legitime administratus metalla imperfecta in auri statum deducit, vegetabilibus maturationem, virorem & vigorem inducit, animaliaq; quæcunque, siue sint bestiæ, siue rationales creaturæ, si quo morbo infecta fuerint, stupendum in modum ab eo sub minima dosi liberat. Imo hominem Angelica exornat sapientia, ita vt nihil in vniuerso fiat & inueniatur, quod non cognoscatur eius vsu legitimo.

At impossibile est, aurum ab arte fieri posse, & vnam medicinam omnibus morbis mederi posse?

Verum est ab arte non posse produci substantiam, ac proinde nec aurum; sed sine natura artem intellige: Naturæ enim subsidio, si auri primordia habentur, aureitatem imperfectis metallis inscribi posse nemo inficiabitur, cum Philosophorum chorus vnanimi consensu id ipsum asseueret, & hoc per ipsam experientiam ante hæc secula toti orbi innotuerit. Ars tantum hoc in negotio auxiliatur naturę. Vnam vero medicinam omnib. posse mederi morbis vel ex hoc constabit, quod vna hominis natura est, vna materia, vnus cib⁹ omnibus hominib in vniuersum satisfaciens, vnus potus omnibus animãtibus sufficiens, vnusq; Deus, qui hominem condidit. Vno conseruatore dato dabitur & vnum quid, quod à morbo quemlibet custodiat

custodiat & liberet: Liberare enim à morbo conseruare est: quamuis non omne conseruare sit à morbo defendere: Conseruantur enim & ii, qui nondum in morbum prolapsi sunt. Præterea ex abundanti iam concludo hoc syllogismo: Id quod omnium tam superiorum, quam inferiorum vires in se continet, omnibus morbis mederi potest.

Atqui Lapis Philosophorum omnium tam superiorum, quam inferiorum vires in se continet: Ergo Lapis Philosophorum omnibus morbis mederi potest. Propositio sua luce radiat, nec negari potest. Assumptum Philosophorum consensus stabilit, & Hermes in tabula Smaragdina id ingenue affirmat, nec illud alio modo hic probare licet, ne indignis mysterium & miraculum macrocosmi vnicum & summum, pandatur.

Qui vero meos omnes tractatus Hermeticos diligenter legit, meditatur, & sæpius attente repetit, euidentissimam assumptionis probationem exinde percipiet: Caligo enim oculorum ex crebra repetitione & immensa meditatione discutietur, & intellectus cœlestis lucis radiis illuminabitur, vt quæ mundus in tenebris delicias & otium quærens cernere non potis est, dilucide, veluti in clarissimo speculo suam ipsius imaginem, sincerioris nostræ sapientiæ veritatem videat.

Ex qua materia habetur Lapis Philosophorum?

Ex aqua viribus superiorum & inferiorum impraegnata.

Assumiturne sola aqua ad lapidis productionem?

Assumitur: Sic enim autor Rosarii Philos. mihi pag. 214. ait: Moneo te, vt totum tuum intentum sit in decoctione aquae, & ne taedeat te, si vis habere fructum, & non cures de aliis rebus vanis, nisi de sola aqua. Coque ipsam paulatim putrefaciendo, donec mutetur de colore in colorem perfectum. Quare Morienus & Aros iubent, vt imitemur naturam, quae in mineris in nullam rem aliã operatur, quam in pure Mercurialem formam. Vide Treuis. mihi p. 298 Si per solum Mercurium perficere poteris magisterium, preciosissimi operis eris indagator, ait Geber. Si cum Mercurio, ait Thomas Aquinas cap. 4. lib. ad Rainaldum, nulla re extranea addita, operatus fueris, consequeris optatum, &c.

At ex aqua & terra lapis constitui Philosophis dicitur?

Dicitur quidem, sed ea de causa, quia aqua Sophorum terram actu in se habet, quae in ipsa operatione prodit, quando ex aqua generatur. Anima postquam separatur à nigro corpore, aqua & terra simul apparent: At ante separationem vna est substantia.

Estne igitur vna materia lapidis?

Vna: Audi Morienum, qui mihi pag.25. sic ait: Huius rei prima & principalis substantia & materia est vna, & de ea est vnum, & cum ea fit, neque ei aliquid additur vel minuitur. Id quod & Hercules quidam Rex & Philosophus approbat dicens: Hoc magisterium ex vna primum radice prouenit, quæ postmodum in plures res expanditur, & iterum ad vnam reuertitur. Quare paulo post Morienus p.27. Multiplicia quidem, inquit, eius radicis sunt nomina, sed si ea, quæ supra dicta sunt, recto ordine inspexeris, vnam eius radicem, & substantiam & materiam inuenies.

At Philosophi fœminam & masculum simul requirunt?

Requirunt quidem, sed id ea de causa non fit, quod duæ sint res distinctæ & à se inuicem separatæ in nostro opere, sed quod in vna nostra materiæ duæ sint substantiæ, fixa & volatilis, quarum hæc nomen fœminæ, illa vero nomen viri obtineat, Sperma nostrum Hermaphroditicum est, omnia, quibus opus habet, in se continet. Vnde lapis Philosophorum dicitur se ipsum perficere & coagulare, modo fiat administratio ignis legitima.

Quomodo ex aqua Philosophorum lapis præparatur?

In aqua est semẽ sapientiæ: Hoc dũ in aqua tan-

quam in proprio vase coquitur, aqua in terram Philosophico processu vertitur: terra continuo irrigatur, & exinde in crystallinam, pellucidamque aquam transmutatur, postmodumque eodem processu rubicundissimus prodit ignis. Quæ aqua nimirum & ignis si in vnam essentiam coaluerint, medicina medicinarum, quam supra declaraui, inde proueniet.

Sapienti satis.

SILENTII HERMETICI SILENTIVM.

Laus Deo vni in æternum. Amen.

PHI-

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus quartus:

SEV

AXIOMATA HERMETICA,

In gratiam eorum, qui ad veram Hermetis Sapientiam adspirant,

COLLECTA ET EXPLICATA AB HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

TRACTATVS hic est meæ Hermeticæ Philosophiæ quartus, in quo Axiomata seu generales sententiæ ad medicinæ Hermeticæ, quam lapidem antiquorum Philosophorum vocitant, cognitionem quoquo modo deducentes ex Sapientum libris proponuntur & explicantur. Si hæc axiomata attente legeris, atq; ad naturæ fon-

tem examinaueris, facile Philosophia nostræ immotum fundamentum tibi innotescet, & dubio procul dignus euades, qui ad intima Hermeticæ sapientiæ penetralia admittaris, atque in genuinum Hermetis filium adopteris. Verum vt debito ordine omnia hic proponantur, quinque huius tractatus Axiomatici capita faciemus, quorum primum axiomata de generali magisterij indagatione, 2. de materiæ veræ vestigatione, 3. de materiæ præparatione, 4. de lapidis creatione, & 5. de lapidis Philosophici multiplicatione exhibebit.

AXIO-

AXIOMATVM HERMETICORVM

Capvt I.

De Magisterii generali Indagatione.

1. *QVod potest fieri per pauciora, frustra fit per plura.*

Scala Philos. p. 130. Querc. pharm. test. p. 314. Itaque cum materia Philosophici magisterii vna sit, neque ex Philosophorum sententia præter illam vnam materiam quicquam sit ad opus nostrum assumendum; errant omnes ii longe, qui duas vel plures materias diuersæ essentiæ & naturæ præparant, atque in medicinam Hermetis concoquere intendunt.

2. *Ars substantiam non producit.*

Ἡ τέχνη, inquit Pachymerius, οὐσίαν οὐκ ἀπεργάζεται. Vnde Lull. c. 53. theor. test. p. 93. b. Ars nõ potest dare formam substantialem rebus, sicut facit natura per ingenium suæ nobilis operationis: ideo necesse est artem ad naturam recurrere, vt eius substantiales formas, quam iam creauit, ad formandum corpus obtineat.

Hoc

Hoc saltem ars potest, nempe auxiliari naturę, habito semine. Quemadmodum id euidenter agricultura docet: vbi agricola semen creat nullum, sed tantum arando, occando, & stercorando agrũ colit, atque eo disponit vt semen iam ante à natura creatum fœcundiores ferat fructus. Olitor etiam hic tibi exemplo erit: Hic nõ creat surculum, quo arbores propagare nouit, sed iam à natura in sua arbore productum atque inde resciſſum alii trũco adhuc viuo inserit, vt in eo in arborem magnam excrescat, atq; plures proferat fructus, quã si in sua prima arbore relictus fuiſſet. Quod bene notabunt Sophistæ, qui semen auri ex rebus alienis, nempe ex vitriolo, sale, alumine, stercoribus, ouis, imperfectis metallis, &c. per artem fabricare student, non cogitantes, semen auri eſſe substantiam iam dudum à Sole & Luna creatam, suoque primordiali corpori insitã, ac proinde omnis artis operam frustraneam eſſe in producendo semine, quod Deus naturæ inclusit: cum ars vi nostri axiomatis substantiam non producat.

3. *Non inuenitur in re, quod in ea non fuerit antea.* Arnold, cap. 10. lib. 1. Rosarii sui. Trevis. pag. 7.

Consectarium.

Itaque nullus à natura debet petere, quod non habet, nec habebit vnquam. Lull. cap. 18. theor. test. p. 35.

Catholicum ergo remedium ne quære in particulari corpore. Catholicum è solo Catholico desumendum est. Auari cum nihil nisi aurum

noctes-

noctesque diesque meditentur, auri veram tincturam quærentes nihil de vniuersali medicina cogitant, ac proinde id quærunt in rebus, quod in iis non continetur. Tinctura nostra physica generalis est, atque non tantum ad minerale & metallic.m regnum, sed etiam ad vegetabile & animale spectat. Itaque tinctura auri non tantum vestiganda est, sed tinctura vniuersa æque tria sublunarium corporum regna respiciens. Hæc cum ex auro vulgari hauriri nequeat, ex alio corpore, quod communiter corpora mineralia, vegetabilia & animalia ex æquo pure concernit, atque vere viuum est, desumatur necesse est: in illo enim, quod catholicum est, catholicum remedium facilius habebitur, quam in illo quod particulare est, subq; vno regno tantum militat.

4. *Omnis natura naturaliter perfici desiderat, ac destrui abhorret.* Rosar. Philosoph. mihi pag. 395.

Destructio est duplex: Violenta & naturalis. Violenta est, qua semen corporis penitus destruitur, atque corpus inhabile ad suæ speciei propagationem efficitur. Huiusmodi destructionem quodlibet corpus fugit: Naturalem vero corruptionem maximo desiderat desiderio natura: Naturalis enim corruptio fit cum seminis conseruatione, quippe essentia seminis per eiusmodi corruptionem magis magisque perficitur: vt videre est in semine humano, quod in vtero matris destruitur, vnde inde fœtus & homo fiat. Simili modo nostrum semen in aqua nostra putrescit, corrum-

corrumpitur,& secundum externam formam destruitur,vt inde magis magisque in perfectionem & summam multiplicationem ingenio Philosophi sic disponente deducatur.

5. *Nulla materia potest perfici,nisi patiatur diu.* Lull.c.25.theor.test.p.46.

Inspice generationem tritici, quod per multas septimanas in terra iacet, in eaque variis & longis passionibus subiacet: putrescit enim cum longa mora, dum humorem vegetabilem paulatim & non subito in se absorbet,& pars post partem perfecte soluitur,vt inde id, quod intus in profundo fuit absconditum, facilius prodeat & progerminet. Semen virile in vtero fœminæ non alteratur subito,sed cum mora,quia humorem animalem, quo nutritur & soluitur,paulatim attrahit, atque hinc vt plurimum post quadraginta septimanas fœtus excluditur perfectus. Similiter Philosophi volunt in creatione lapidis sui non esse festinandum, sed patienter propter moram, quæ est in opere magisterii propter Elementorum repugnantiam maxima, operandum, vsque dum arcanum Philosophorum absolutum fuerit.

6. *Succurrendum est naturæ per artem (in eo) quod omissum est per naturam.* Scal. Phil.p.13. Lull.c.57.theor.test.

Sic cum natura agrum excolere nequeat, ars naturæ venit subsidio, agrum aratro proscindit, fimisque impinguat conuenientibus, vt semen iniectum vberiores fundat fructus. Sic & Philosophicæ

losophicæ nostræ materiæ hoc auxilii ferentes; eam certo vasi includimus, in eoque tamdiu igne nostro humido coquimus, vsque dum in sua propria aqua solis filius in rubicundissimam medicinam permutetur, fixissimaque inde tinctura prodeat.

7. *Natura non emendatur, nisi in sua natura propria:* Treuis. p. 14.

Hoc est, vt ipse Treuis. p. 35. explicat: natura metallica non emẽdatur, nisi in sua natura metallica; & non in alia quauis. Huc refer quod Sendiuog. tract. 1. de natura ait: Si præstantibus quid molitis quam natura, animaduerte in quo & per quid melioretur. Et semper id fiet in suo simili. Exempli gratia: Si cupis metallum, (quæ est nostra intentio) vlterius, quam natura fecit, in virtute promouere, naturam accipere oportet metallicam.

8. *Natura naturâ lætatur, & naturam continet, & natura naturam vincit.*

Quia bis vocabulum *Naturæ* ponitur, duo esse, quæ magisterium nostrum constituunt, intelligito: sed cum hæc duo in eadem sententia eodem vocabulo, mutato saltem casu, exprimantur, vnius naturæ & essentiæ ea esse certo statuito. Naturæ vero eæ dicuntur fixum & volatile. Fixum in operatione nostra continet naturam volatilem, ne ab igne fugiat: volatilis natura fixam substantiam sibi natura ita inclusam habet, vt sensum fugiat, neque ante decoctionem debitam videatur. Volatile à fixo tum superatur, quando ab eo figitur, atq; sibi ita incorporatur;

ratur, vt aduersus ignis vehementiam sub forma perfectæ medicinæ consistat: Fixum à volatili vincitur, quando in volatilem naturam à volatili mutatur, atq; sub mercuriali forma apparet.

9. Ignorato motu ignoratur natura. Aristotel.

Sine motu enim nihil generatur: Lull. cap. 49. theor. test. Igitur & metalla, quando in mineris generantur, sine motu non generantur. Motus autem requiritur ad excitãdam naturam sulphuris, quod est in materia metallorum, vt ita ignis Mercurii in humiditatem eius operetur, & successu temporis producat ex Mercurio metallum.

10. Omne quod eandem cum aliquo composito operationem efficit, est eidem per omnia simile. Zach. Gal. p. 77.

Id est: Vbi eædem operationes, ibi eadem essentia, vt ait Athanasius Dialog. 2. de Trinit. Itaque aurum Philosophica proiectione productũ cum easdem cum auro à natura generato operationes habeat, eandem quoque cum eo essentiam habet.

11. Nullus transitus potest fieri vnius extremi ad alterum, nisi per medium. Lull. cap. 78. theor. test. Arnold. Rosarii sui lib. 1. c. 10.

Priusquam igitur terram in aere transmutas, eam in aquam transformabis: aqua enim inter terram & aera est media: & antequam aquam in ignem vertis, eam in aerem mutabis. Hic enim est inter aquam & ignem medius, &c. Affine dato axio-

to axiomati & hoc est: Duo contraria non possunt vniri sine medio, Drebel. c. 2. de Elementis.

12. *Metalla transmutari non possunt, nisi in primam reducantur materiam.*

Nam quando metalla, ait autor Clãgoris Buccinæ pag. 487. ad primam materiam reducuntur, habetur proprium sperma eorum, ex quo artificialiter generantur.

13. *Simile in simile non agit, ac proinde simile à simili non patitur*, Ros. Phil. p. 233.

Intellige id, quod est alii per omnia simile. Sic corpus in corpus, & spiritus in spiritum omni ex parte similem non agit. Atque hinc dissimilia in nostra arte habemus: Vnum est indigestum, immaturum, crudum, imperfectum, humidum, molle, volatile: Alterum est digestum, maturum, coctum, perfectum, siccum, durum, & fixum. Illud quia volatile est, dicitur spiritus: Hoc quia fixum, corpus. Dissimilitudo hæc est in qualitatibus, non in essentia: vt aperte ex hoc Arnoldi dicto patet: corporis soluti & aquæ soluentis vna natura est, nisi quod natura corporis completa est, digesta & fixa: aquæ autem natura incompleta, indigesta & volatilis. Differt soluens à soluendo proportione & digestione, non essentia: Treuisan. in epist. ad Thomam de Bononia. p. 58. Per hanc accidentariam dissimilitudinem spiritus & corpus appellantur inimici. Quo refer illud Philosophorum: Fac pacem inter inimicos, & habebis quod quæris.

14. Immaturis succurrendum est per matura.
Rof.Philof.p.301.

Vnde idem autor p.232. Corpus,ait, perfectũ per nostrum magisterium iuuat & perficit imperfectum sine mixtione alicuius rei extraneæ. Nota,ait autor Clang.buccinæ pag.486.quod illud, quod non est bonum in corpore imperfecto,perficiatur per illud, quod est bonum in corpore perfecto. Treuif. pagin. 68. Eapropter aurum dissoluitur arte cum Mercurio, vt ex maturo subueniatur immaturo, & sic arte decoquente & natura perficiente maturatur compositio.

15. Omne peius laborans in aliqua arte, de sua naturali malitia melius destruere nititur: & omne melius laborans in aliqua arte peius perficere conatur.

Rof.Philof.mihi p.296.

Peius est argentum viuum, melius aurum: argentum ergo viuum aurum destruit, vt ab eodem perficiatur, & in naturam supereminentem, expulsis impuritatibus,exaltetur, & sic ab auro in igne perseuerantiam mutuetur,cum alias citra auri subsidium ab igne fugiat, eiusq; vehementiam ferre nequeat.

16. Omne quod alterat,in alterandum intrat.

Quicquid enim ingreditur, transmutat, infit autor Rosar.Phil.mihi p.358.Et quod non intrat, non alterat: Treuif.ad Thom.de Bonon.p.103.

17. Omne subtile ingreditur in omne spissum.
Hermes citante Seniore p.164.

Cum

Cum igitur illud, quod aurum dissoluere debet, in aurum ingrediatur, necesse est, vt soluens auro sit subtilius: alias in intimos auri recessus se immittere & insinuare non posset.

18. Aqua quæ dissoluit corpora, ab ijs vicissim inspissatur.

Treuisan. ad Thomam p. 63.

Corpora non dissoluit aqua, nisi illa, quæ fuerit suæ speciei, & quæ à corporibus inspissari poterit.

Idem pag. 58.

In vegetabilibus humor aquæ simplicis prò dissolutione interna sumitur, vt res congelatæ in illam suos effectus diffundant: & rerum dissolutio contingit cum aquarum congelatione, & congelatio aquæ cum rerum dissolutione: Sic & eodem modo fit in aqua minerali cum suis speciebus.

Scala Philos. mihi p. 132.

Non subtiliatur terra, nisi inspissetur aqua, nec aqua inspissatur, nisi subtilietur terra, id est: Solutio corporis fit cum congelatione spiritus, & congelatio spiritus fit cum solutione corporis. Lull. cap. 19. theor. test. pag. 37. & cap. 94. pag. 157. b. Quantum ergo corpus soluitur, tantum spiritus congelatur.

19. Corpus grossum (spissum) cum simplici (subtili) & simplex cum grosso propter contrarietatem se coniungere non potest, nisi grossum in subtilitatem per suum simplicem spiritum conuertatur: & tunc sunt commiscibilia. Rof. Phil. mihi p. 305.

Calid.lib.1.Secretor.p.322.

Cum iam corpus attenuatum fuerit & subtiliatum,& exierit à sua densitate & spissitudine ad tenuitatem, & à grossitie & corporeitate ad spiritualitatem,tūc commiscebitur spiritibus, & imbibetur in eis: Et sic vterque euadent vnum & idem,& non separabuntur: sicut nec aqua mixta aquæ.

20. *Glacies per minima non coniungitur aquæ, nisi calore in aquam vertatur.* Confer Rof.Phil. mihi p.298.

21. *In calcinatione Philosophica nulla debet fieri corporis diminutio, imo potius multiplicatio.* Querc.resp.ad Aubert.p.66.

Aqua enim, qua Philosophi calcinant, cum corpore calcinato vnum quid est, & in vnam naturam arctius coalescit, ac proinde corporis pondus adauget. Id quod Sophistæ obseruabunt, vt suum errorem agnoscant, dum ita calcinando corpora corrumpant, vt pondus ipsorum minuatur.

22. *Calx non sublimatur, nisi Mercurio se incorporet.* Arnol.Rosar.sui lib.2.c.18.

Corpus, quod non est aqua, vna cum aquâ fit aqua,ait Agadmon in Turba.

23. *Nihil fructum in nostra arte facit, nisi prius sit mortificatum.* Exerc.Turbæ p.170,

Quod enim seminas,non viuificatur,nisi moriatur, ait Apostol. cap. 15. vers. 36. 1. Corinth.

Qui ergo, ait auctor Autor. consurg. pag. 213. argentum viuum sciuerit occidere & mortificare, magister & Philosophus in hoc opere appellatur: Nam argentum viuum, teste Rosar. Philosoph. pag. 252. per se nihil valet: cum vero mortificatur cum corpore occulto, tunc valet, & viuit vita incorruptibili: & hoc corpus est de natura Solis.

Hermes cap. 3. de comp. p. 117.

Oportet nos duo argenta viua simul mortificare & venerari.

Basilius Valent. im vierdten Schlüssel.

Wo erstlich kein Erden wirdt / da kan auch kein Aufferstehung folgen in vnserm Werck: Dann in der Erden steckt der natürliche Balsam / vnnd das Saltz derer / so da gesucht haben die Wissenschafft aller Dinge. Id est: Nisi primum corpus in terram abeat, non poterit in nostro opere resurgere: nam in terra naturæ balsamus & sal eorum, qui omniũ rerum scientiam vestigarunt, continetur.

4. Idem ipsum quod mortificat, id & viuificat. Parm. Turbæ p. 8.

Seu vt Lull. cap. 42. theor. test. ait: Id quod corrumpit, hoc idem creat. Sic infit autor Scalæ Phil. Vnde fit corruptio, inde fit vita & regeneratio. Natura quæ regit corpus, ait Parmenides dicto loco, illudq; diruit, ac in puluerem & in nihilum conuertit, idem deinde renouat, reiterat, & gignit frequenter.

Treuis. 4. part. Alchymiæ.

Rex occiditur à fonte, & per ipsum resuscitatur.

Consectarium.

Cum ergo corpora Sophorum argento viuo mortificentur, ab eodem etiam viuificabuntur.

Mortificari vero argento viuo corpora metallica patet ex Turba, vbi sic legitur: Argentum viuum est igneum, omne corpus magis combures, quam ignis, & corpora mortificans; & quodcunque corpus ei commiscetur, teritur & morti datur.

25. *Omnes res habens semen multiplicatur in eo, sed non absque naturæ auxilio.* Sendiu. tract. 6. mihi p. 25.

Nihil enim sine semine nascitur: Sendiuog. tract. 7. & crescit, teste eodem tract. 6. p. 27. Quare si metalla multiplicari debent, necesse est ea semine non destituantur. Ne vero longe ab inuentione seminis metallici aberres, scito semen metallorum vere & realiter ipsis inditum: Send. tract. 6. p. 27. Nec minus scito, illud etiam alibi in subiecto liberiori & non adeo compacto reperiri. Meditare & ξὺν θεῷ inuenies.

26. *Omnis res in mare & fœmina multiplicatur.* Sendiu. tract 6. p. 28.

Non enim ingenio artificis ex vno vnum creatur, quia id solius Dei est proprium: sufficiat te posse ex duobus creare vnum tibi vtile. Sendiu. eiusdem tract. p. 29.

27. *Non totum granum, vel corpus vertitur in semen,*

ſemen, ſed tãtum eſt in corpore ſcintilla aliqua neceſſaria, quæ à ſuo corpore cuſtoditur ab omni exceſſiuo calore & frigore. Sendiu. tract. 3. p. 18.

Si habes aures & ſenſus, hic animaduerte, & ſecurus eris non tantum ab illis, qui locum ſpermatis ignorant, totumque granum in ſemẽ reducere nituntur: verum etiam ab his omnibus, qui in ſolutione metallorũ verſantur vana, & metalla per totum ſoluere volunt, vt poſtea ex illorum commixtione nouum creent metallum. Vide eundem Sendiuog. d. loco.

28. Virtus cuiusq; ſeminis eſt vnicuiq; rei in ſuo regno ſe coniungere. Sendiu. tract. 7. p. 31.

Semen enim non miſcet ſe naturaliter alicui rei extra ſuum regnum: Sendiu. ibid. Regnum naturæ eſt triplex: minerale, vegetabile, animale. Vt ergo vnumquodque ſecundum naturam propagetur, mineralia mineralibus, vegetabilia vegetabilibus, & animalia animalibus coniunguntur; id quod datum axioma poſtulat.

29. Pura matrix purum dabit fœtum. Sendiu. tract. 8. p. 33.

Pura ea dicitur matrix, quæ alienâ naturâ non eſt conſpurcata, ſed impuritatibus omnibus depoſitis cum ſemine in ſuo regno mirabilem harmoniam obtinet.

30. Ignis ſeu calor nõ aliter excitatur niſi motu. Sendiuog. tract. 12. p. 45.

Quod facile videre eſt apud fabrum ferrarium, ferrum lima comminuentem, quod eatenus motu vehemẽtiore incaleſcit, ac ſi igne incanduiſſet.

31. *E fixis sales redduntur volatiles, per solam propria aqua Mercurialis additionem.* Querc. pharm.restir.p.445.

Sic ex cinere vegetabilis alicuius corporis per aquam nubis vegetabilem sal vegetabile elicitur. Similiter ex calce metallorum Philosophice præparata sal metallicum per aquam metallicam Philosophice deducitur, atque è fixo corpore in volatilem naturam permutatur.

32. *Totum magisterium vno modo incipitur & finitur.* Lud. puer. pag. 190. Scilicet coquendo.

31. *Totum opus & regimen non fit nisi aqua.* Afflict. in Turba p. 32. Semit. sem. p. 439.

Si æs nostrum, ait Custos Turbæ p. 24. aqua rexeritis, omnia prædicta inuenietis. Igitur præparatio terræ semper est cum aqua: Clang. buc. pag. 499.

CAPVT II.

De Vestigatione Materiæ.

1. *OMnis res est de eo, & ex eo, in quod resoluitur:* Sem. sem. p. 437.

Sic glacies est ex aqua: resoluitur enim per calorem in aquam. Metalla ex argento viuo constituuntur: resoluūtur enim artificio Philosophico in illud, & quidem in operis initio. Vide Thomam Aquin. ad Rainald. p. 35.

2. Vbi

2. *Vbi vera principia deficiunt, necessario progressus deficit & generatio eorũ, quæ à veris principiis debent oriri.* Pet. Bonus.

Cum itaque aurum debeat esse verum, quod Philosophorum proiectione efficitur, illud quoque ex principiis veris constituitor: ac proinde omnes, qui ad auri veri productionem adspirant, videant, vt veri auri vera principia sine alienæ naturæ immixtione habeant. Quæ si habuerint, ad optatum finem sunt peruenturi. Si vero scire velint, quæ sint auri vera principia, consulant Philosophos, dicentes Metalla ex Mercurio & Sulphure oriri, & in mineris primum produci ex iis plumbum, post reliqua vnum, post aliud, vsque dum natura in Sole quiescat.

3. *Vbi natura* (a) *desinit, ibi ars incipit.*

(*a*) In metallicis videlicet coram oculis nostris perfectis corporibus. Sendiuog. tract. 4. pagin. 20.

4. *Ars Hermetis in multis rebus non perficitur.* Lull. theor. test. cap. decimooctauo. Arnold. cap. sexto, libr. 1. Rosarii sui. Rosar. Philosoph. pag. 206.

Lapis enim vnus, vna medicina, vna materia, vnicum medium quo perficitur, vt Liuius citante Zach. Gal. pag. 76. aperte docet.

Aquinas ad Rainald. cap. 2.

Opus nostrum in vna re, vno vase, vnâ viâ, se-

cundum Hermetem, & vna operatione perficitur.

5. *Materia arcani esto* (a) *pura*, (b) *incorruptibilis, ac proinde* (c) *incombustibilis.*

(*a*) Puram esse debere materiam magisterii hæc loquuntur dicta.

Lull. cap. 71. Theor. test.

Fili, lapis noster nunquam fieri potest, nisi de pura natura.

Arisleus in visione, citante Rosar. Philosoph. pag. 246.

Non assumas naturam, nisi puram, mundam, amœnam, terream & rectam.

Agadmon in Turba.

Non ingreditur alienum, neque quippiam, nisi quo sit sincerum.

Etsi ergo materia nostra extrinsecus est impura, vilique vestitu induta; tamen intrinsecus est purissima & præstantissima.

(*b*) Incorruptibilis esto lapidis Hermetici materia, quia id, quod omni corruptioni tollendæ destinatum est, nulli corruptioni obnoxium esse, ac proinde ex eo, quod ab omni corruptione alienum est, sumi debet, vt ait auctor Dialogi, qui vulgo Lullio adscribitur, pag. 446. Ex re corruptibili vniuersalis medicina elici non potest: id enim quod se ipsum ab omnibus corruptionibus præseruare nequit, multo minus alienas naturas ab omnibus morbis liberabit. Velle præseruari, ait

ait Lullius, per rem putridam & corruptibilem, & reformari per rem fœdam, & deformitati subiectam, & velle facere incorruptibile per rem corruptibilem, & infirmum curare per rem infirmã, est phantasticum & inane. Igitur Philosophi ex auro medicinam vniuersalem confecerunt: aurum enim incorruptibile est propter Elementorum in eo adæquationem. Hinc sic Augurellus lib. 1. chrysop.

Vni nil deperit auro
Igne, velut solum consumit nulla vetustas,
Ac neq; rubigo aut ærugo conficit vlla.
Cuncta adeo firmis illic compagibus hærent.

(c) Tinctura non est in corpore combustibili, ait Senior p. 63. Vnser Stein der Vhralten / wächset nicht auß den Dingen so verbrennlich seyndt. Basil. Val. lib. de Lap. Philos. pag. 4. Id est: Noster lapis Philosophorum non nascitur ex rebus combustibilibus.

6. *Semen Lapidis Philosophici ne in Elementis quærito.*

Sendiuog. de Sulph. pag. 41.

Relinque Elementa, quoniam ex illis nihil facies. Dei solius est ex illis res creare.

Basil. Valent.

Es ist nicht von nöthen / daß du deinen Sahmen in den Elementen suchest: Dann so weit ist vnser Sahme nicht zu rück gesetzt / sondern es ist ein nähere Statt / darinnen vnser Sahmen seine gewisse Wohnung vnnd Herberg hat. Id est: Non necesse est, vt quæras tuum semen in Ele-

in Elementis: Nostrum enim semen non tam longe remotum est, sed alius locus propinquior est, in quo certam & fixam sedem semen nostrum habet.

7. *Materia Lapidis Philosophici mercurialis est.*

Treuisanus.

Opus nostrum fit ex vna radice, & ex duabus substantiis mercurialibus. Hinc Philosophi vnanimi consensu approbant hunc decantatissimum versiculum:

Est in Mercurio, quicquid quærunt Sapientes.

8. *Nihil alieni ad opus nostrum assumendum.* Treuis.

Itaque id quod non est Mercurius, ex nostro opere reiicitur.

9. *E metallis Lapis Philosophorum conficitur.*

Sendiuog. de Sulph. p. 54.

Si intendis metallum facere, metallum tuum sit fundamentum: quia non generatur ex cane nisi canis, ex metallo metallum: Nam certo scito, si non ex metallo accipies humidum radicale optime separatum, nihil facies vnquam.

Hermes lib. de compos. pag. 119.

De cauernis metallorum lapis occultus est.

Treuis. pag. 16. 17.

Materia nostra componi debet ex argento viuo,

viuo, & hoc alibi non reperitur, quam in metallis.

Paracelſ. lib. vexat.

Die wahre Alchymey / die allein lernet von einer Kunſt *Solem*, oder *Lunam* zumachen von den fünff vnvollkomenen Metallē / gebraucht ſich keiner andern Recept / ſondern allein von den Metallen / durch die Metallen / vnnd mit den Metallen / werden die vollkommene Metallen gemacht. Id eſt: Alchymia vera, quæ vnico tantum artificio Solem aut Lunam ex quinque imperfectis metallis fabricare docet, aliud receptum non admittit præter illud, quod ſic ſe habet: Solum ex metallis, per metalla, & cum metallis perfecta metalla fiunt.

Baſil. Valent. de Lap. Philoſ.

Der Sahme vnſers Steins muß nirgend herflieſſen / dann auß einer Metalliſchen Wurtzel / darauß auch die Metallen ſelbſt / durch den Schöpffer zugebähren / verordnet. Id eſt: Semen noſtri lapidis aliunde non dimanat, quam ex metallica radice, ex qua, diſpenſante creatore, ipſa metalla generantur.

10. *E metallis quidem non omnibus, ſed è ſolis perfectis arcanum Hermetis educitur.*

Hermes citante Roſ. Philoſ. p. 295.

Tinctura debet eſſe corporea, à corporib. metalli-

tallicis perfectis extracta per beneficium & medium mineralium.

Lull.cap.53.theor.test.

De metallis perfectis humiditatem liquorosam trahes, quia de ipsis venit nostræ perfectionis terminatio, & claritas quinti luminis.

Idem cap.56.eiusd.libri.

Bonus artista metalla pro mediis in opere magisterii capit, & specialiter Solem & Lunam.

Consectarium.

Itaq; ex auro & argento lapidem suum Philosophi cudunt.

Aurum enim & argentum sunt perfecta metalla.

Augurel.Chrysop.lib.1.

Hordea cui cordi, demum serit hordea: ne tu
Nunc aliunde pares auri primordia; in auro
Semina sunt auri: quamuis abstrusa recedant
Longius, & multo nobis quærenda labore.

Lull.cap.17.theor.test.

Nostra medicina elicita & elucidata est de auro, tanquam omnium metallorum preciosissimo.

Rosar.Phil.mihi p.234.

Aurum totum est Mercurius, quod patet ex ipsius pondere & facili combinatione cum Mercurio: Ergo in ipso est totalis & radicalis Philosophorum intentio & voluntas.

Clang.

Clang.Bucc.p.486.

Totum beneficium huius artis est in Sole & Mercurio: Etenim ipsa in vnum coniuncta lapidem Philosophorum constituunt, & tincturam habent infinitam: Nam in corpore acquirit colorem sanguine rubicundiorem.

Arnold.lib.1.Ros.sui cap.5.

Aurum est tinctura rubedinis tingens & transformans omne corpus: argentum vero est tinctura albedinis perfecta albedine tingens cætera corpora.

Annotatio.

Duo posteriora axiomata de metallis dicentia si proprie intelligi debent, requirunt in fermentatione aurum & argentum: Lapis enim Philosophorum non potest per se tingere, nisi tingatur; auro ad aurum, & argento ad argentum: prout perfectionis ipsius ratio id postulat.

Sin vero extra fermentationem aurum & argentum considerantur, non sumuntur proprie, sed improprie. Proprie enim accepta ad lapidis creationem nihil faciunt. Philosophicum enim aurum, Philosophicumque argentum non sunt metalla mortua, sed viua. Quemadmodum ex ouo cocto pullus non nascitur: ita ex auro fuso medicina vniuersalis non conficitur. Hinc clara voce Philosophi vnanimiter exclamant, aurum suum non esse au-

rum vulgi; argentum ſuum non eſſe argentum vulgi.

II. Ex Sulphure & Mercurio medicina Sophorum producitur.

Id ſic intelligito: Ex Mercurio, cui ſulphur proprium innatum eſt, lapis Philoſophorum conficit: id quod ingenue affirmat Treuiſanus, vbi ſic ait: Mercurio ſulphur incluſum eſt, quando natura operatur: Verum non dominatur in eo, niſi per motum calidum, quo ſulphur dictum alteratur, & vna ſimul cum eo qualitates duæ Mercurii. Et paulo ante: Mercurio huic ineſt ſulphur fixum & incombuſtibile, quod noſtrum opus perficit abſque alia ſubſtantia, quam pura ſubſtantia Mercurii. Hinc Geber: In profundo naturæ Mercurii eſt Sulphur. Item Morienus & Aros: Noſtrum ſulphur non eſt vulgare, ſed fixum, & non volatile, de natura Mercurii, & non ex alia re quapiam.

Quemadmodum ergo Sapiẽtes, aio cum Philippo à Gabella, aurum vulgare non intelligunt: ita quoque nec Sulphur, nec Mercurium vulgi volunt intelligi. Illorum aurum viuum, ſubtile & ſpirituale eſt: vulgare noſtrum denſum, durum, & fixum eſt. Mercurius illorum eſt materia prima omnium rerum, & ſine qua nec M. conſiſtere poteſt: Mercurius vero currens, ſeu argentum viuum vulgi res eſt metallica, conſiſtens in proprio ſemine.

Deinde Sulphur Philoſophorum eſt purum, fixum, album vel rubeum, ignem non fugiens: vulgare

vulgare autem est res impura, fœculenta, combustibilis, non fixa, &c. Vnde facile cognoscitur, quæ sit differentia inter aurum Philosophorum & errantium: inter Sulphur Philosophorum & insipientium: inter Mercurium Sophorum & ignorantium. Itaque quanta est differentia inter cœlum & terram, tanta est sapientum & sophistarum dissimilitudo.

Aurum autem Philosophorum est aurum à natura nondum firmiter coagulatum & fixatum: nam si hoc esset, ignis artificialis in eo nihil operaretur: & consequenter artifex artificio suo frustraretur. Hæc Philippus à Gabella doctissime & verissime.

12. Non est tingendum, nisi cum illis, quibus virtus inest tingendi.

Rosar. Philos. p. 302.

Iam virtus tingendi inest auro & argento: hæc enim ea virtute tincta sunt. Tinge ergo auro & argento, quia aurum aureum, argentum argenteum tribuit colorem: Ita ait idem auctor citato loco. Fermentationi axioma datum applicabis, & intelliges.

13. Materia eadem est artis nostræ supra terram, quæ est metallorum in terra.

Treuis. pag. 33. Zach. Gall. pag. 92. 93. 94. & 98. Lull. c. 17. theor. test.

Itaque cum, testibus Philosophis, vt Treuisano pag. 18. 20. 22. & 26. Zach. Gall. pag. 79. Lullio, citato loco, sulphur & argentum viuum sint ve-

ra materia erunt. Extrahe argentum viuum, ait auctor Clang. Buccinæ pag. 492. seu Lapidem Philosophicum tam à corporibus, quam à viuo argento, quoniam vnius sunt naturæ: & habebis Mercurium & Sulphur de illa materia supra terram, de qua aurum & argentum generatum est in terra. Quid autem per Sulphur & argentum viuum seu Mercurium Philosophi intelligant, abunde ex 11. axiomate huius capitis paulo ante percepisti.

14 *Ars nullum creat sperma.*

Sendiuog. tract. 11.

Scito te nihil creare posse, quod solius DEI proprium est: Sed res occultas in vmbra latentes facere apparẽtes, & vmbram ab ipsis tollere, hoc Philosopho intelligenti à Deo per naturam concessum est.

Guilielm. Parisiensis citante Treuis. pag. 25.

Creare spermata non est artis: at postquam à natura creata sunt, tum demum ars per solam virtutem naturalem existentem in spermaticis materiis iam à natura creatis, coniungendo, veluti naturæ minister succurrit ipsi rei quidem existenti, sed nondum perfectæ.

Basil. Valent. de magno mundi arcano, mihi pag. 217.

Homo non potest nouum semen formare, sed tantum semen natura formatum propagare & multiplicare ex arte nouit.

Treuis.

Treuis. Alchym. pag. 26.

Frustra ager colitur, nisi adsit materia creata per naturam, scilicet frumenti granum.

15. Id quod vis metere, illud seminabis.

Quæ enim seminas, ea etiam metes: Rosar. Philosoph. pag. 315. Ergo si stercus, ait idem Rosar. pag. 313. seminas, merdam & metes. Quare non est mirum, quod vix vnus inter mille aut nullus de talib. perficit. Semina aurum & argentum, & afferent tibi fructum millesimum cum labore tuo, mediante natura. Aurum & argentum vulgaria hic ne intellige. Illud enim aurum est ad nostram artem assumendum, quod in ipsa operatione moritur, & ex ipsa morte sua propria virtute in eminentem & præstantem virtutem naturam resurgit. Quod vero moritur, antea viuum sit necesse est. Aurum ergo Sophorum non est aurum vulgi, (quia hoc mortuum est,) sed viuum: Quod necessario seminandum fuerit, si viuum aurum, quo omnium rerum imperfectiones in perfectionem transformari debent, à nobis meti debet.

16. Simile generatur ex simili. Vide Rosar. Philosoph. pag. 226. & 318. Basil. Valent. de lapide p. 4. & in 12. claue.

Sic ex homine homo; ex leone leo; ex auro aurum, & ex argento argentum nascitur.

17. Ea quæ in nostrum magisterium intrant,

cundum Hermetem, & vna operatione perficitur.

5. *Materia arcani esto* (a) *pura*, (b) *incorruptibilis, ac proinde* (c) *incombustibilis.*

(*a*) Puram esse debere materiam magisterii hæc loquuntur dicta.

Lull. cap. 71. Theor. test.

Fili, lapis noster nunquam fieri potest, nisi de pura natura.

Arisleus in visione, citante Rosar. Philosoph. pag. 246.

Non assumas naturam, nisi puram, mundam, amœnam, terream & rectam.

Agadmon in Turba.

Non ingreditur alienum, neque quippiam, nisi quo sit sincerum.

Etsi ergo materia nostra extrinsecus est impura, vilique vestitu induta; tamen intrinsecus est purissima & præstantissima.

(*b*) Incorruptibilis esto lapidis Hermetici materia, quia id, quod omni corruptioni tollendæ destinatum est, nulli corruptioni obnoxium esse, ac proinde ex eo, quod ab omni corruptione alienum est, sumi debet, vt ait auctor Dialogi, qui vulgo Lullio adscribitur, pag. 446. Ex re corruptibili vniuersalis medicina elici non potest; id enim quod se ipsum ab omnibus corruptionibus præseruare nequit, multo minus alienas naturas ab omnibus morbis liberabit. Velle præseruari, ait

ait Lullius, per rem putridam & corruptibilem, & reformari per rem fœdam, & deformitati subiectam, & velle facere incorruptibile per rem corruptibilem, & infirmum curare per rem infirmã, est phantasticum & inane. Igitur Philosophi ex auro medicinam vniuersalem confecerunt: aurum enim incorruptibile est propter Elementorum in eo adæquationem. Hinc sic Augurellus lib. 1. chrysop.

Vni nil deperit auro
Igne, velut solum consumit nulla vetustas,
Ac neq; rubigo, aut ærugo conficit vlla.
Cuncta adeo firmis illic compagibus hærent.

(c) Tinctura non est in corpore combustibili, ait Senior p. 63. Vnser Stein der Vhralten / wächset nicht auß den Dingen so verbrennlich seyndt. Basil. Val. lib. de Lap. Philos. pag. 4. Id est: Noster lapis Philolophorum non nascitur ex rebus combustibilibus.

6. *Semen Lapidis Philosophici ne in Elementis quærito.*

Sendiuog. de Sulph. pag. 41.

Relinque Elementa, quoniam ex illis nihil facies. Dei solius est ex illis res creare.

Basil. Valent.

Es ist nicht von nöthen / daß du deinen Sahmen in den Elementen suchest: Dann so weit ist vnser Sahme nicht zu rück gesetzt / sondern es ist ein nähere Statt / darinnen vnser Sahmen seine gewisse Wohnung vnnd Herberg hat. Id est: Non necesse est, vt quæras tuum semen in Ele-

in Elementis: Nostrum enim semen non tam longe remotum est, sed alius locus propinquior est, in quo certam & fixam sedem semen nostrum habet.

7. Materia Lapidis Philosophici mercurialis est.

Treuisanus.

Opus nostrum fit ex vna radice, & ex duabus substantiis mercurialibus. Hinc Philosophi vnanimi consensu approbant hunc decantatissimum versiculum:

Est in Mercurio, quicquid quærunt Sapientes.

8. Nihil alieni ad opus nostrum assumendum. Treuis.

Itaque id quod non est Mercurius, ex nostro opere reiicitur.

9. E metallis Lapis Philosophorum conficitur.

Sendiuog. de Sulph. p. 54.

Si intendis metallum facere, metallum tuum sit fundamentum: quia non generatur ex cane nisi canis, ex metallo metallum: Nam certo scito, si non ex metallo accipies humidum radicale optime separatum, nihil facies vnquam.

Hermes lib. de compos. pag. 119.

De cauernis metallorum lapis occultus est.

Treuis. pag. 16. 17.

Materia nostra componi debet ex argento viuo,

viuo, & hoc alibi non reperitur, quam in metallis.

Paracelſ. lib. vexat.

Die wahre Alchymey / die allein lernet von einer Kunſt *Solem*, **oder** *Lunam* **zumachen von den fünff vnvollkömenen Metallē / gebraucht ſich keiner andern Recept / ſondern allein von den Metallen / durch die Metallen / vnnd mit den Metallen / werden die vollkommene Metallen gemacht.** Id eſt: Alchymia vera, quæ vnico tantum artificio Solem aut Lunam ex quinque imperfectis metallis fabricare docet, aliud receptum non admittit præter illud, quod ſic ſe habet: Solum ex metallis, per metalla, & cum metallis perfecta metalla fiunt.

Baſil. Valent. de Lap. Philoſ.

Der Sahme vnſers Steins muß nirgend herflieſſen / dann auß einer Metalliſchen Wurtzel / darauß auch die Metallen ſelbſt / durch den Schöpffer zugebähren / verordnet. Id eſt: Semen noſtri lapidis aliunde non dimanat, quam ex metallica radice, ex qua, diſpenſante creatore, ipſa metalla generantur.

10. *E metallis quidem non omnibus, ſed è ſolis perfectis arcanum Hermetis educitur.*

Hermes citante Roſ. Philoſ. p. 295.

Tinctura debet eſſe corporea, à corporib. metalli-

tallicis perfectis extracta per beneficium & medium mineralium.

Lull.cap.53.theor.test.

De metallis perfectis humiditatem liquorosam trahes, quia de ipsis venit nostræ perfectionis terminatio, & claritas quinti luminis.

Idem cap.56.eiusd.libri.

Bonus artista metalla pro mediis in opere magisterii capit, & specialiter Solem & Lunam.

Consectarium.

Itaq; ex auro & argento lapidem suum Philosophi cudunt.

Aurum enim & argentum sunt perfecta metalla.

Augurel.Chrysop.lib.1.

Hordea cui cordi, demum serit hordea: ne tu
Nunc aliunde pares auri primordia; in auro
Semina sunt auri: quamuis abstrusa recedant
Longius, & multo nobis quærenda labore.

Lull.cap.17.theor.test.

Nostra medicina elicita & elucidata est de auro, tanquam omnium metallorum preciosissimo.

Rosar.Phil.mihi p.234.

Aurum totum est Mercurius, quod patet ex ipsius pondere & facili combinatione cum Mercurio: Ergo in ipso est totalis & radicalis Philosophorum intentio & voluntas.

Clang.

Clang.Bucc.p.486.

Totum beneficium huius artis est in Sole & Mercurio: Etenim ipsa in vnum coniuncta lapidem Philosophorum constituunt, & tincturam habent infinitam: Nam in corpore acquirit colorem sanguine rubicundiorem.

Arnold.lib.1.Ros.sui cap.5.

Aurum est tinctura rubedinis tingens & transformans omne corpus: argentum vero est tinctura albedinis perfecta albedine tingens cætera corpora.

Annotatio.

Duo posteriora axiomata de metallis dicentia si proprie intelligi debent, requirunt in fermentatione aurum & argentum: Lapis enim Philosophorum non potest per se tingere, nisi tingatur; auro ad aurum, & argento ad argentum: prout perfectionis ipsius ratio id postulat.

Sin vero extra fermentationem aurum & argentum considerantur, non sumuntur proprie, sed improprie. Proprie enim accepta ad lapidis creationem nihil faciunt. Philosophicum enim aurum, Philosophicumque argentum non sunt metalla mortua, sed viua. Quemadmodum ex ouo cocto pullus non nascitur: ita ex auro fuso medicina vniuersalis non conficitur. Hinc clara voce Philosophi vnanimiter exclamant, aurum suum non esse aurum

rum vulgi; argentum ſuum non eſſe argentum vulgi.

11. Ex Sulphure & Mercurio medicina Sophorum producitur.

Id ſic intelligito: Ex Mercurio, cui ſulphur proprium innatum eſt, lapis Philoſophorum conſit: id quod ingenue affirmat Treuiſanus, vbi ſic ait: Mercurio ſulphur incluſum eſt, quando natura operatur: Verum non dominatur in eo, niſi per motum calidum, quo ſulphur dictum alteratur, & vna ſimul cum eo qualitates duæ Mercurii. Et paulo ante: Mercurio huic ineſt ſulphur fixum & incombuſtibile, quod noſtrum opus perficit abſque alia ſubſtantia, quam pura ſubſtantia Mercurii. Hinc Geber: In profundo naturæ Mercurii eſt Sulphur. Item Morienus & Aros: Noſtrum ſulphur non eſt vulgare, ſed fixum, & non volatile, de natura Mercurii, & non ex alia re quapiam.

Quemadmodum ergo Sapiẽtes, aio cum Philippo à Gabella, aurum vulgare non intelligunt: ita quoque nec Sulphur, nec Mercurium vulgi volunt intelligi. Illorum aurum viuum, ſubtile & ſpirituale eſt: vulgare noſtrum denſum, durum, & fixum eſt. Mercurius illorum eſt materia prima omnium rerum, & ſine qua nec M. conſiſtere poteſt: Mercurius vero currens, ſeu argentum viuum vulgi res eſt metallica, conſiſtens in proprio ſemine.

Deinde Sulphur Philoſophorum eſt purum, fixum, album vel rubeum, ignem non fugiens: vulgare

vulgare autem est res impura, fœculenta, combustibilis, non fixa, &c. Vnde facile cognoscitur, quæ sit differentia inter aurum Philosophorum & errantium: inter Sulphur Philosophorum & insipientium: inter Mercurium Sophorum & ignorantium. Itaque quanta est differentia inter cœlum & terram, tanta est sapientum & sophistarum dissimilitudo.

Aurum autem Philosophorum est aurum à natura nondum firmiter coagulatum & fixatum: nam si hoc esset, ignis artificialis in eo nihil operaretur: & consequenter artifex artificio suo frustraretur. Hæc Philippus à Gabella doctissime & verissime.

12. *Non est tingendum, nisi cum illis, quibus virtus inest tingendi.*

Rosar. Philos. p. 302.

Iam virtus tingendi inest auro & argento: hæc enim ea virtute tincta sunt. Tinge ergo auro & argento, quia aurum aureum, argentum argenteum tribuit colorem: Ita ait idem auctor citato loco. Fermentationi axioma datum applicabis, & intelliges.

13. *Materia eadem est artis nostræ supra terram, quæ est metallorum in terra.*

Treuis. pag. 33. Zach. Gall. pag. 92. 93. 94. & 98. Lull. c. 17. theor. test.

Itaque cum, testibus Philosophis, vt Treuisano pag. 18. 20. 22. & 26. Zach. Gall. pag. 79. Lullio, citato loco, sulphur & argentum viuum sint vera ma-

Treuis. Alchym. pag. 26.

Frustra ager colitur, nisi adsit materia creata per naturam, scilicet frumenti granum.

15. Id quod vis metere, illud seminabis.

Quæ enim seminas, ea etiam metes: Rosar. Philosoph. pag. 315. Ergo si stercus, ait idem Rosar. pag. 313. seminas, merdam & metes. Quare non est mirum, quod vix vnus inter mille aut nullus de talib. perficit. Semina aurum & argentum, & afferent tibi fructum millesimum cum labore tuo, mediante natura. Aurum & argentum vulgaria hic ne intellige. Illud enim aurum est ad nostram artem assumendum, quod in ipsa operatione moritur, & ex ipsa morte sua propria virtute in eminentem & præstantem virtutem naturam resurgit. Quod vero moritur, antea viuum sit necesse est. Aurum ergo Sophorum non est aurum vulgi, (quia hoc mortuum est,) sed viuum: Quod necessario seminandum fuerit, si viuum aurum, quo omnium rerum imperfectiones in perfectionem transformari debent, à nobis meti debet.

16. Simile generatur ex simili. Vide Rosar. Philosoph. pag. 226. & 318. Basil. Valent. de lapide p. 4. & in 12. claue.

Sic ex homine homo; ex leone leo; ex auro aurum, & ex argento argentum nascitur.

17. Ea quæ in nostrum magisterium intrant;

radicaliter inter se commiſcetur. Confer Treuiſ.pag.34.

Sic Sulphur noſtrum Mercurio noſtro naturæ beneficio radicaliter commixtum eſt, vt, debito adminiſtrato igne, ex eo Lapis Philoſophorum producatur.

CAPVT III.

DE PRÆPARATIONE Materiæ.

1. *OMne, quod denſum & durum eſt, oportet conteri, vt ſubtiliſſimum fiat & penetratiuum.* Auror. Conſurg. p. 233.

Lull.cap.19 theor.teſt.

Corpora ſunt fortis compoſitionis, & ideo indigent longa ſeparatione & contraria operatione, videlicet quod primo Philoſophice calcinentur, & poſtea etiam Philoſophice ſoluantur: Quia quando calcinantur, leuius diſſoluuntur: Calor enim ignis corpus penetrat, & penetrando partes eius facit aquam poſt eum ingredi.

Arnold.citante Dorneo pag.131.

Non pigeat vos cruciare & corrumpere corpus terendo & imbibendo, donec aquam extraxeritis, ac corpus tenue factum ſit ac impalpabile.

Aui-

Auicenna cap.3.tract.sui p.415.

Patiens sis, coque, tere & incera, & non tædeat te hoc multoties reiterare. Confer Arnold. c.3. lib. 2. Rosarii sui.

Ascanius in Turba.

Cum corpus diligenter teritur, ex eo munda anima ac spiritualis & sublimis extrahitur.

Calid.

Nisi corpora conuerteritis in subtilitatem, vt sint impalpabilia tactui, non dirigetur vobis quod quæritis. Et si trita non fuerint, ad operationem reuertimini, quousque terantur & fiant subtilia: Quod si feceritis, vobis, quod optatis, dirigetur.

2. *Quanto magis teris, tanto magis mollificas, & partes grossas subtilias, donec satis existat:* Auicenn. tract. sui cap.3. Arnold. lib. 2. Rosar. sui cap.3.

Auicen. cap.7. pag.432.

Quanto magis teruntur corpora & miscentur, tanto magis habitilantur & attenuantur.

3. *Quæ imbibuntur, per aquam mollificantur.* Auicenna & Arnoldus citatis locis.

CAPVT IV.

DE CREATIONE Lapidis.

1. *Corporum in argentum viuum reductio est artis fundamentum.* Arnold. Floris florum pag. 479.

Hæc reductio appellari solet solutio, qua corpus seu sulphur nostrum Mercurio nostro inclusum soluitur: quod dum fit, argentum viuum seu Mercurius noster coagulatur.

Sendiuog. tract. 11.

Cum in congelato corpore metallico non appareant spiritus, oportet vt prius soluatur corpus, & pori eius aperiantur, quo natura operari possit.

Arnold. cap. 9. lib. 1. Rosar. sui pag. 402.

Necesse habes, quicunque vis operari, vt in solutione & sublimatione duorum luminarium primo labores, quia primus gradus est, vt argentum viuum fiat ex ipsis.

Scala Philosoph pag. 131.

Soluere corpus, & congelare spiritus est opus nostrum primum.

Corpus autem, quod soluitur, aurum est: solutio auri sic describitur ab Augurello chrysop. lib. 3.

Inpra-

Inprimis auri laminas ramentaue puri
Accipiens crebris contundes ictibus, atq;
Pulueris in morem triti aut fluuialis arenæ
Diminues, longumq; teres, quo deniq; putri
Humore ex sese interius resoluta quiescant.
Proderit huc etiam largos infundere rores
Seminis interdum proprij, ne forte alienum,
Vt docui supra, quicquid miscere labores.

2. *Solutio Philosophica requirit permanentiam simul soluentis & soluti*; Treuis. ad Thom. de Bononia.

Itaque 1. fatui sunt, qui metalla aquis fortibus soluunt: hæ enim à metallis separantur, & non fiunt vna homogenea essentia cum eis. Errant, ait Lullius lib. de transmut. animæ, arbitrantes corpora metallorum fortibus communibus aquis, & aquis contra naturam reduci in materiam primam. Similiter Sendiuog. tract. 6. pag. 28. in regeneratione, ait, metallorum sinistre proceditur à vulgaribus Chymicis: Corpora metallica soluunt siue Mercurium, siue aurum, siue Saturnum, siue Lunam, & corrodunt illa aquis fortibus, aliisque rebus heterogeneis ad veram artem non requisitis: postea coniungunt & simul cogunt, nescientes, quod ex corpore humano dissecto non geratur homo: quia corruptio hominis & seminis destructio hoc pacto præcessit.

2. Errant, qui ignē excessiuum, quo humor noster soluēs à corpore discedit, in soluēdo adhibēt. Rosar. Phil. 260. Putrefactio fiat igne lentissimo

ſimi calidi & humidi, & nequaquam alio: ita vt nihil aſcendat: quia ſi aliquid aſcenderet, fieret ſeparatio partium. Et p.265. Iubeo poſteros facere corpora non corpora per diſſolutionem, & incorporea corpora per ſuauem decoctionem, in qua ſumme cauendum eſt, ne ſpiritus conuertatur in fumum, & euaneſcat per nimium ignem.

3. Errant qui arbitrantur antimonium eſſe verum ſoluens, & tamen illud ſæpius violento igne ab auro abſtrahunt: Sic enim aurum nunquam ſoluetur. Id quod mihi ex ipſa notum eſt experientia.

3. *Niſi ſemen reſoluatur calido vapore, nullius eſt vſus.* Sendiu. tract. 6. p. 25.

4. *Terra fructum non gerit abſq; frequenti irrigatione.* Roſar. Philoſ. p. 336. Auicen. pag. 420. Ariſtot. Chym. pag. 370. Confer Scal. Philoſoph. pag. 444.

Democritus citante Dorneo pag. 171.

Si vaporem ſiccum humido vapore irrigaueris, diuinum opus efficies.

5. *Irrigatio fit aqua conſanguinea.*

Conſanguinea enim, ait Parmenides, conſanguineis in arte noſtra iunguntur: & Poëta quidam hic canit:

Semine natali poſtquam ſeiunximus oſſa:
Hæc conſanguinea deinde lauamus aqua.

Quare Philoſophi, docente auctore Auroræ conſurg. pag. 231. granum ſuum humore connaturali nutrire volunt, donec vegetetur & fructum

ctum afferat talem, qualem intrinſecus habet, & volunt viuificare illud, quod mortuum eſt, à forma metallina, quouſque fuſionem metallicam perfectam præſtet.

6. *Omne ſiccum naturaliter appetit bibere ſuum humidum, vt in ſuis partibus ſit continuatum.* Roſ. Phil. p. 198. Ariſt. Chym. p. 368. Arnold. c. 14. lib. 2. Roſar. ſui.

Huc refer illud Ariſtotelis Chymici: Coque ſiccum terræ nigræ cum humido aquæ ſuæ, donec ſiccum bibat humidum; & totum habebis magiſterium.

7. *Quoties cinerem imbuitis, toties ipſum ſiccari & rurſum humectari oportet, donec eius color in id quod quæritur, vertatur.* Ardar. in Turb.

8. *Omne ſemen per ſe nullius eſt momenti, niſi ponatur, vel ab arte, vel à natura in matricem debitam.* Send. tract. 8.

Sic ſperma viri non prodeſt, niſi in matricem mulieris proiiciatur. Arnold. flor. flor. pagin. 474.

9. *Calor agens in humido nigredinem, in ſicco albedine, in albo citrinitatem generat.* Arnold. cap. 5. lib. 1. Roſ. ſui. & cap. 4. lib. 2. eiuſdem Roſar.

10. *Ignis noſter eſto* (a) *æqualis*, (b) *blandus, temperatus, lentiſſimus*, (c) *continuus*, (d) *humidus*, (e) *albus*, (f) *calidus, tepidus*, (g) *cir-*

(g) *circumiens, clarus, clausus, penetrans, viuus incomburens, & esto is dumtaxat, quo natura vtitur.*

(*a*) Rosar. Phil. p. 226. Morien. p. 42. Scal. Phil. pag. 142. (*b*) iisdem locis & Rosar. Phil. p. 260. (*c*) Treuis. Alchym. p. 35. & 36. Scal. Phil. dicto loc. (*d*) Treuis. p. 37. Rosar. Phil. p. 226. (*e*) Rosin. pag. 256. Ros. Phil. p. 276. (*f*) Ros. Phil. iam dicta pagina. Treuis. p. 37. (*g*) Treuis. p. 36. vbi & cæteræ ignis proprietates, quæ in axiomate subiiciuntur, recensentur. Treuis. p. 35.

Augurell. lib. 3. Chrysop.

Seu quis sementem faciendi quæritat auri,
Seu prius argenti recte primordia poscit;
Nosse gradus primum varios ne spreuerit ignis.
Sunt plures etenim, per quos procedat oportet.
Sed duo præcipue; naturæ est æmulus alter
Tranquillæ; ast alter violentæ conuenit arti.

11. Omnes operationes nostræ fiunt in vno vase, præter amotionē ab igne. Vide Zach. Gall. p. 85. 86.

Iohan. Austri Philosophus in ludo Puer. pag. 178.

Sufficit tibi lapidem in nostro vase semel ponere & claudere, quousq; totum completur magisterium. Quod autem amplius est, à malo est.

Dionys. Zach. Gall. p. 87.

Vnicus est operandi modus in vnico vase, in vnica fornacula (quam Treuisanus ignē clausum, humidum, vaporosum, continuum & digerentem vocat) præter amotionem, donec decoctio impleatur.

12. *Va*

12. *Vas diligenter & fortiter claudendum est.* Pandulph. Ardarius, Afflictes in Turba.

Idque faciendum duabus de causis.

1. *Ne aqua inde exeat, & sic magisterium nostrum destruatur.*

Morfoleus in Turba.

Vas vndique obturetur, ne corpus æris & spiritus eius fugiens inde extrahatur.

Clangor Buccinæ p. 501.

Ideo requiritur vas sigillatum sigillo Hermetis: quia si vas in nostra arte non esset clausum ad inclusionem spiritus, tota vis exhalaret: Sicut in generatione metalli: quia si fumus, ex quo metallum in terra generatur, inueniret locum apertum, abiret in auras, & nullum generaret metallum.

Rosar. Philos. p. 213.

Ideo Philosophi iusserunt claudere os vasis, ne aqua benedicta nostra exhalaret, sed defenderet à combustione hoc, quod in vase est.

2. *Ne aliquid alieni inferatur.*

Balg. in Turba.

Claude domum, ne ventus puluis ad eos perueniat.

13. *Videto ne vas aperias, donec totum humidum terminetur & finiatur.* Lull. cap. 25. theor. test. pag. 44.

CAPVT V.

De Multiplicatione.

1. *QVanto magis materia erit debite præparata & subtiliata, tanto magis virtutes naturæ superioris obtinebit & in se retinebit.* Lull. c. 84. theor. test. & c. 32. pract. test. Confer item Clang. Bucc. pag. 502.

2. *Æs humore inspirato vitam suscipit, multiplicatur, & augmentatur, vt cætera res.* Bonell. in Turba.

3. *Quanto magis nutritur lapis, tanto magis augmentatur.* Sem. sem. pag. 442.

Nutritur lapis lacte suo, id est, spermate, ex quo fuit ab initio: imbibitur autem argentum viuum sæpius, quousque sufficiat. Ibid.

AXIOMATVM HERMETICORUM FINIS.

CONCLVSIO PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ.

IN lucem emisi ante duos annos Philosophiam Hermeticam inclusam septem tractatibus, è quibus quatuor priores hic repetere volui: cum reliquos Physica Hermetica insinuauerim, & conuenienter in ea explicauerim: Quod si autem hos quatuor tractatus Philosophia Hermetica, vt & Systema meum Physicum ex Hermetico fonte instar riuuli dimanans legeris, & multoties relegeris, te in Philosophia vera multum profecisse ipse fateberis. Vide tamen vt id, quod legis, profunde mediteris: sine meditatione enim assidua nihil intelliges. Medicinam vniuersalem multi negant: Sed plerumque ij id faciunt, qui eam assequi non valent. Credimus esse: Quia ante nos Philosophi nobilem eam medicinam possederunt: & dubio procul hoc tempore sunt multi bona conscientia & voluntatis homines, qui donum illud DEI clanculum habeant. De quibus si ego & tu mereri possemus, vt ipsorum beneficentia tantam medicinam & videre, & in nostram salutem

nobis applicare liceret, quid nobis, quæso, præstantius obtingere posset. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum: Inconstantia & negligentia in operando raro etiam eum, qui rectam incedit viam, interturbant. Constanti labore qui occultum fecerint manifestum, ex meo iudicio habebunt illud, quo vix post verbum Dei datur homini aliquid maius. Vale Lector & ama.

Δόξα τῷ Θεῷ.

STVDII MEDICI REMORA

EXPLICATA

Ab

HENRICO NOLLIO.

IN REMORAM STVDII MEDICI

PRÆFATIO.

CVm videam, impedimenta, quibus Cur[...] medicus interpellari soleat, non esse exigu[...] volui in tyronum medicorum gratiam consignare & explicare, remediaq; subijcere, q[...] bus ea euitentur & tollantur, vt studiosi Me[...] cinæ alacriores & promptiores ad addiscenda[...] medicinam reddantur. Sanioris mentis homi[...] meum hoc studium bene interpretabuntur, & [...] aliquid vtile me effecisse iudicauerint, à me eade[...] methodo impedimentorum, quæ felicem morborum curationem interturbant, expositionem expectabunt.

ST

STVDII MEDICI REMORA.

IMPEDIMENTA, quæ Medici studij cursum interpellant, sunt hæc:

I.

Ante examen ingenij se consecrare Musis Medicis.

Non exiguum impedimentum est, si quis medicinam tractare & discere sibi proponit, priusquam ingenij sui naturam & vires probauerit. Voce ingenij non tantum intellectum, sed etiam mores in vita cum omnibus circumstantiis complector. Quis dubitat, multos dari homines stupidi intellectus & incultorum morum, qui res difficiles medico scita necessarias propter indispositionem apprehendere nequeunt, atque animo vel in superbiam, vel in ambitionem vel in auaritiam ferantur? Hi omnes profecto haud digni sunt, qui ad secreta medica admittantur. Cum vel plane medicinam ex arte facere nequeant, vel ad deprauationem medicinæ maxime sint procliues. 2. Sunt & aliij homines, quibus quidem per ingenium in medicum sacra-

rium intrare liceat; Verum propter amoris in me-
dicinam carentiam non vacet. Huiusmodi ho-
mines, cum ad alia studia nati videantur, an-
imum suum prius exploranto, atque suam in-
ptitudinem ad sacrum nostrum studium agno-
scunto: Secus si fecerint, ipsi tandem, pos-
quam iudicium cum ætate accesserit maturius
politius, inconstanter medicis adhærescent & a-
nimum ad aliud Musarum genus applicabun-
3. Sunt etiam homines, qui magis ocio quam
negotio delectantur. Hi cum se ad otium pr-
pensos esse mature animaduertant, medic-
næ studium aggredi non debent, quia ad v-
tum fundamentum & debitam perfectione
peruenire non possunt. Quæ omnia cum i-
se habeant, morbo recensito oppono huiu-
modi

Remedium.

*Qui Musis Medicis se consecrant, se exami-
nanto, & vidento, num 1. sint sagaces, 2. im-
pigri, 3 Superbiæ, ambitionis & auaritiæ os-
res & 4. quasi natiuo amore in medicinam f-
rantur.*

Hisce virtutibus si induti fuerint, & ante o-
mnia Deum timuerint, dignos eos arbitror, q-
ad penetralia medica admittantur. Ex dictis p-
tet error parentum & dominorum, qui libero-
suos certo studij generi quasi alligant, atqu-
non considerant, num habiles & capaces sin-
eius eruditionis, cui assequendæ eos destinan-

Erran

Errant & illi, qui eo fine liberos aliis in litteris informandos committunt, vt inde ad summos euehantur honores. Hoc tempore plurimi studium iuris persequuntur, non vt in eo aliquid proficiant, atque proximo vtilitatem afferant, sed vt ad illud tantum adspirare videantur, quod autoritatem & honores apud Magnates conciliet, & ex aliorum loculis miranda arte diuitias colligat. Vnde cæteræ artes & facultates etiam ab ingeniosis & sagacibus hominibus frequenter contemnuntur, vt vix vel difficulter bonum & doctum medicum reperire liceat. Plurimi ad superbam & inflatam scientiam magis propendent, quam ad Reipub. salutem. Plurimi sua potius quam proximi quærunt commoda. Improbandi ergo sunt illi, qui superbia & ambitione turgentes, auaritiamque sectantes artem medicam tractant: Siquidem in iis scientia putatitia & apparens tantum est, non firma & constans. Laudanda plurimum est, inquit »
Rodericus Episcopus Zamoracensis, Romanæ Ecclesiæ Castellanus in speculo suo vitæ humanæ, ars medica si bonum subiectum virtuti deditum reperit; Si denique id ipsum sciendi ge- »
nus optimum ac naturalibus scientiis, infallibilibusque fundamentis communitum prius medici discerent, quam exequerentur.

II.

Mundum, non Deum colere.

Quis sanæ mentis vnquam dubitat; omnia perfecte bona à Deo vnico ad hominem redundate;

re, cum omnia quæ ſunt & ſubſiſtunt, (excepto peccato) à Deo ortum ſuum trahant? Inueneris tamen permultos, qui illud non agnoſcant, ſed adeo corrupti viuant, vt partim labori ſuo, ſi quid poſſident, tribuant; partim eo bono miſerandum in modum abutantur, ac hac ratione cultum Deo debitum non raro ipſi mundo præſtare videantur. Mundus tum colitur, quando in eo ſine Deo ſapientia quæritur, illi honos nomine datoris bonorum defertur, & impie viuitur. Mundum cognoſcere ſapientia eſt: At ſine Deo propria meditatione & ſcrupuloſa cogitatione, imperfectio. Si nobis tanquam è nobis rerum accuratam notitiam attribuimus, mundi rudia & imperfecta opera approbamus, atque ea ratione mundum magis quam Deum colimus: Hinc fit vt non tantum in theologicis, philoſophicis & iuridicis, ſed etiam medicis rebus multum hallucinemur, & à veritatis ſemita ſæpiſſime exorbitemus.

Remedium.

Deum recte colito, qui feliciter notabili cum profectu medicinam addiſcere in animum inducit ſuum.

Deum recte colit 1. qui ſuam inſufficientiam agnoſcens à Deo perfici & ſufficiens reddi deſiderat, proinde pro impetranda ſufficientia ſubmiſſe Deo ſupplicat. 2. Qui Deum continuis precibus ſollicitat. 3. Qui credit à Deo id, quod petit, præſtari poſſe, & de exauditione nullus dubitat. 4. Qui id, quod mandat Deus, dili-

diligenter obseruat, & legi eius obsequi sibi ex animo proponit. 5. Qui id, quod sibi ex mandato Dei proponit, etiam occasione data præstat, & reipsa se filium Dei esse ita ostendit, vt ex animo diligat Deum & proximum sicut se ipsum. Quæ omnia si obseruauerit, Deos alienos non habebit, nec adorabit, Dei nomine non abutetur, frequenter Dei verbum meditabitur, in proximum omnia beneficia confert, nunquam illi aliquid damni inferet; imo hostibus benedicet, atque omne, quod faciet, ad ædificationem proximi diriget, ac proinde inanes sectarum logomachias postponet & vnicæ pietati se totum dabit. Ethnici, qui Christum veritatis Doctorem & salutis monstratorem, nostrumque saluatorem non nouerunt, vbi deuote vixerunt, recompensationem suorum operum sensibiliter deprehenderunt! Quid quæso nos reportabimus, si per Christum fidem nostram piis operibus exornauerimus, atque bene agendo alios ad pietatis studium excitauerimus? Profecto reipsa comperiemur deinceps, pietatem esse ad omnia vtilem, ideoque in assequenda non exiguum auxilium nobis afferre.

III.

Linguas peregrinas addiscere, tanquam necessarias ad medicinam.

Sunt multi in ea opinione, quod sine linguarum peregrinarum cognitione medicina perfecte intelligi non possit, vt eadem de caussa suos natos ad scholas mittant, & in linguis ipsos in-

formandos præceptoribus committant. Linguarum cognitio sane magnum Dei donum est in eo, qui ea præditus est: sed iis adhærescere, quando quis bene de rebus naturalibus iudicare potest, non est è re tyronis medici; Studium enim medicinæ longum est, & longam exquirit experientiam: Linguarum vero studium quia circa rerum considerandarum cortices versatur, à naturalium rerum cognitione auocat, atq; vocibus nos plus æquo immorari facit, impedit, ne profunde ea, quæ ad medicinam faciant, meditemur. Cæterum] nemo sanæ mentis affirmabit, quod medicina adeo linguæ alicui, etiam vernaculæ, sit alligata, vt sine ea medicina addisci non possit, nec potuerit. Si exceperis latinam linguam, nihil agis: nam in Græcia multi medicinam sciuerunt & factitarunt, qui tamen linguam latinam non calluerunt. Si Græcæ linguæ necessitatem prædicaueris, frustra prædicas: nam sine Græcæ linguæ peritia permulti fuerunt medici. Si in Arabica lingua medicinæ perfectionem quæris, nihil quæris: Nam & medici facti sunt & fiunt absque illa lingua. Si vernaculam linguam, nimirum Germanicam ad studium medicum tanquam necessariam requiris, te temeritatis accusabunt omnes ij medici, qui in aliis regionibus felici cum successu praxin exercent, & tamen Germanorum linguis loqui nesciunt. Quid ergo statuendum hic arbitraris? num nulla sit lingua ad medicinam necessaria? Absit vt hoc aiam. imo potius ingenue fateor, nec perfecte disci nec doceri posse medicinam

sine

ſine aliqua lingua: ſed ad vnam certam linguam medicinam eſſe determinatam & neceſſario affixam inficior; vt vel hinc ſciatur, non adeo peregrinarum linguarũ cognitionem eſſe tyroni medicinæ neceſſariam, vt ſine iis medicas Muſas colere non poſſit: ac proinde impedimentum afferri ei, qui medicinam ſectari, & tamen peregrinas linguas noſſe in animum inducit ſuum. Bonum medicum non tam πολυγλωττία, quam πολυπραξία efficit, Medicique ab ægro opera conducitur, non oratio. Non deſiderat Cicero in Philoſopho eloquentiam: multo minus Celſus eandem in medico: ſed vt rebus & doctrinæ ſatisfaciat. Hic obiicere videris, quod ſine Græca lingua medicina percipi vix poſſit, cum Galenus & Hippocrates, Medicorum coryphæi dogmata ſua Græce ſcripſerint. Verum vt reſpondeam, ſcias 1. Medicinam ab Hippocrate & Galeno non pendere, ac proinde ſine iis ſtudio acquiri poſſe. 2. Galenum & Hippocratem imperfecte de medicina commentatos eſſe. 3. Deum non eſſe inuidum, qui hominem noſtræ nationis ſimilibus donis exornare nolit, ſed tantam eſſe in omnium nationum homines Dei beneficentiam, vt quod in antiquis tantum adumbrauit, in nobis hodie conſummet & perficiat.

Non ergo eſt, vt Dei potentiam noſtro æuo contractiorem putemus & iniquiorem quam vetuſto, cum beneficiis maioribus fecem mundi beauerit quam florem. Quemadmodum in negocio theologico ratio non habetur dictorum ab hominibus prolatorum, quatenus dicta

ſunt, ſed quatenus cum verbo in ſacris litteris manifeſtato conſentiunt: ita non fidem habemus Galeno, Hippocrati, Fernelio, Mercato & aliis medicis niſi quatenus ea agunt, quæ ex lumine naturæ nata ſunt & cum natura bene conſpirant. Hodie ſtudia ſine præiudiciis non tractantur. Principia artibus per humana figmenta inferuntur, non ex artibus efferuntur, vt naturæ lumen & verbum Dei ad ipſa contorqueantur, non hæc ex illis examinentur & formentur. Præceptores hodie id docent, quod ex ſuis anteceſſoribus audiuerunt, & id alta mente repoſitum aliis concredunt, atque hac ratione opiniones quaſdam iuuentuti ingenerant, vt has ceu principia indubitata amplectantur, eaſque ex veritatis teſtibus, verbo Dei & lumine naturæ omni conatu præpoſtere confirmare & probare ſibi proponant. Sed ſatius facerent informatores, ſi ſtudioſos ad leges naturæ lumenque ipſius, vt & ad verbum Dei ſine ſectarum diuerſarum explicatione deducerent, atque mentem eorum omni præiudicio eximerent, vt incorrupte de rebus, de theologicis ex ſola Sacra ſcriptura, de phyſicis & medicis ex vno lumine naturæ, de iuridicis ex legibus rectæ rationi conſentaneis & in natura fundatis iudicare addiſcerent: Sic fieret vt principia medicinæ potius ex lumine naturæ, quam ex Galeno, Ariſtotele & aliis anteſignanis deſumerent.

Remedium.

Quicunque bene in litteris medicis proficere cupit, pere-

cupit, peregrinis linguis nimis ne adhærescito, sed ea lingua, quam optime nouit, in cursu studii sui vtitor.

Si Aristoteles priusquam philosophiam didicisset, peregrinas linguas tractare, easq; plene imbibere debuisset, sibi in assequendo sapientiæ scopo fuisset impedimento. Hoc vt præcaueret, philosophiam Græco Idiomate, quod ex suis parentibus didicerat, tractauit & explicauit. Tempus, quod in linguas impenditur, artibus detrahitur: ac proinde ob vitæ nostræ breuitatem debita elegantia artes destituuntur, cum elegantia ex magno studio ad artes redundare soleat. Galenus propterea in medicina inclaruit, quod ex peregrinis linguis medicinam non hauserit, sed Græce prosecutus fuerit: Sic enim factum fuit, vt iudicium illud, quod linguarum studio alias conseruasset, vni medicinæ dicaret & nuncuparet, atque sic diligentius (quam alias factum fuisset, si peregrinis linguis se exornare voluisset) ex praxei medica principia artis secundum assecłarum opinionem conformaret. Paracelsus recte in hæc verba tract. 1. de pestilitate concludit: Es ist der gantze Himmel vnnd alle Kräuter zehen mahl vnnd leichter zu lernen / dann das heillose Latein / vnnd Griechisch Grammatic: Vnd were besser / man studierete die nötigsten Ding / zur Artzney gehörig / vorhin / vnnd das Latein hernach: Dann jhr liebet die Sprachen / wie der Baur den Adel / id est, Labore multo minore opus est ad cœlum vniuersum cum omnibus herbis di-

Respondeo id non fieri vitio medicinæ, sed vitio hominum, qui latinam linguam tanquam Idolum hactenus coluerunt. E re esset reipubl. vt medicina, omnesque aliæ artes publice proponerentur in vernacula lingua: Sic enim fieret, vt etiam ij, quibus propter inopiam vel negotia latinã linguam discere non licuisset, medici euaderent. Quod si fieret, medicina non adeo in contemptum abiret, sed summo cum splendore floreret: Siquidem tum sæpe magis naturæ indoles, quam parentum & amicorum suasio ad medicinam hominem traheret. Quis dubitat, præstantia ingenia, quæ propter certa obstacula linguam Latinam & Græcam assequi non potuerunt, hoc tempore per earum linguarum ignorationem manere inculta? Imo hoc recte & vere affirmauerim, quod sæpe satius esset, vt ingeniosus puer ab aratro ad medicinam admitteretur, quam obtusi ingenii diues ad litteras. Ordinatione hominum qui Musis suam destinat operam, minus proficit, quam qui Dei instinctu & propensione. Quem homines alicui arti destinant, is omnia quasi coactus facit, & plerunque arti aliena & heterogenea immiscet. Quod parentes liberorum bene pensitare debent, vt & liberis & artibus recte consulant. Non ex quouis ligno fit Mercurius. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.

IV. *Negle-*

retur, pura ignis essentia in æquali brio cum aqua consistens puræ superiorum naturæ adderetur, & tandem nunc Globus longe purior, perfectior & præstantior priore inde in hominis, ob quem factus est mundus, vtilitatem educeretur. Inferiora ergo hæc corpora propter impuritatum admixtionem Deus mutationibus subiecit, vt interior superiorum natura, quæ est ignis & aqua pura, magis magisque prodiret, & tandem, quando Deo visum fuerit, & status mundi necessario postulauerit, ignis & aqua in æquilibrio starent, mediam naturam ab omni corruptione alienam constituerent, piisque in Deo sint perpetuum & purum domicilium: in quo qui habitauerit propter mutationum & discordiarum omnem sublationem nutrimento perpetuitatis, quod est arboris vitæ fructus, in omnia secula confederabitur. Ideo vero hæc vniuersi natura cognoscenda est, vt, cum microcosmus ex hac vniuersi natura constet, vtpote quæ ex alimentis & elementis per alterationem & assimilationem ab insito nostro balsamo sibi propter aquæ & ignis discordiam non constante in humanæ naturæ continuationem assumitur; homo circumspiciat & videat, num Dei indultu & benedictione subiectum eiusmodi exquirat & inueniat, quod nostrum humidum radicale ad summam mediocritatem & constantiam deducere, atque in mediam incorruptibilem naturam conuertere possit: Quam naturam si obtinuerit, atque ex debita materia Philosophice elicuerit, medicinam nostræ naturæ conuenientissimam habe-

habebit: Quæ cum ſit ſumme pura, inſitum noſtrum balſamum moleſtare, eique negotium faceſſere nequit, vt ne in impuritate eius per digeſtionem ſeparanda & exturbanda laborare (quemadmodum alias in crudis & impuris remediis fieri ſolet) teneatur: ſed potius vel citiſſime mirabili metamorphoſei in hominis balſamum agit, eumque ad temperiem vt perfectam, ita ſuauiſſimam promouet. Nobiliſſima hæc medicina fons vitæ & lux lucens in tenebris eſt. Eſt arbor vitæ, cuius fructus improbæ manus attingere non poſſunt, ne habeant vnde perpetuum viuant. Tantum de natura *Vniuerſi* hoc in loco philoſophari lubuit. Hominis *natura*, quæ cognoſcenda eſt, eſt humidum ipſius radicale & natiuus calor: Dicitur Hermeticis vna voce balſamus: qui quando nos recte moderatur & integre valet quicquid vitioſum eſt aut redundat, id omne ex corpore excludit, ac proinde ſanitatem in corpore producit. Quod ſi vero balſamus heterogenea & à natura hominis aliena ſeparare & excernere propter accedentem quandam organorum indiſpoſitionem & imbecillitatem ſuam non potis eſt, aliunde ex macrocoſmico aliquo remedio balſamus corroborandus eſt vt ita corroboratus balſamus morbos quoſcunq; extrudat & extirpet. Remedij huius hæc natura eſto, vt non tantum vnius membri, ſed omnium aliorum in homine conſiſtentium balſamo reſpondeat, maximeque ſit ſimilis. Quod ſi vero accidit, vt balſamo vnius membri remedium conueniat, à balſ-

alterius membri dissentiat, non pro remedio agnoscendum est illud, sed penitus è foro medico exterminandum, nisi arte singulis partibus conuenienter præparetur. Errant ergo omnes medici, qui ita curant, eo fine medicamenta administrant, vt dum ex vno membro morbum pellunt, per remedium alii membro morbum inferant, nisi illud membrum minus nobile fuerit, & conuenientior meatus, per quem causa morbifica ex corpore secedat, dari nequeat. Balsamus etsi vnus in homine est, tamen in singulis humani corporis membris per characteristicam tincturam verbo Dei impressam atque in singulis partibus variantem diuersus est: Quemadmodum ergo vnus panis assumitur, vt singula diuersaque membra inde conseruentur, & ita totus homo in sanitate permaneat: Ita etiam vna medicina adhibenda est, qua singularum & vniuersarum partium balsamus ad tollendos morbos, vbicunque fuerint, confortetur, vt vnio corporis cum anima firmiter perseueret.

V.

Præter medicinam alia sibi proponere:

Id est: vno & eodem tempore, vno & eodem modo, filo & stilo diuersorum generum studia tractare: Qui hoc facit, feliciter medicinam haud facit, nec eius fastigium assequitur.

Pluribus intentus non est ad singula sensus.

Non frustra ipse Hippocrates ad perfectam medic[...]

ptum est, non raro tollitur, vel saltem minuitur. Hinc non improbanda est licentia, qua lusus honesti discipulis permittuntur, vt à labore studij ferientur & maiori cum delectatione ad Musas redeant. Videndum tamen est, ne quis ei studio, quod à principali Musarum cultu auocet, se consecret & dedat. Consultum ergo est vt qui medicinæ nati sunt, aliquando in Philosophicis pratis animum pascant, ad naturæ arcana abeant & in iis se oblectent: nec minus incommodum est; vt veterum Medicorum praxin in libris ad nos delatam legant, intueantur, ponderent & cum hodierna medicorum praxei conferant. Quod si fecerint, immensum se profectum in litteris Medicis fecisse ipsi breui temporis spacio agnoscent, & mea hæc consilia magnifacient. Cæterum notabunt medicinæ studiosi, quod in remedij paulo ante dati explicatione velim, ei praxei, quæ ab alio Medicinæ sufficienter perito exercetur, esse adhærescendum! Non enim medicinæ studiosus adeo sagax esse potest, vt ex sola lectione & pensitatione scriptorum medicorum proficere & feliciter curare queat. Indiuidua, quæ curantur, & media, quæ ad curam eorum adhibentur, frequentissime multis modis variant ita vt hoc tempore medicina propter morborum vehementiam & fixam inhærentiam, atque propter diuersissimam hominum constitutionem alium tractandi modum necessario requirat. Quæ cum ita sint, merito reprehendimus omnes eos, qui medicum in forum se iniiciunt, & ex se, alio-

VI.

Præferre vocem mortuam voci viuæ.

Studiosi quidam hanc habent indolem, vt potius domi sedeant, atque ex mutis præceptoribus, quales sunt libri, discant, quam vt publicas lectiones audiant, atque publicis collationibus se immittant. Sed quanto cum errore & detrimento illud fiat, euentus tandem loquitur. Studiosi medicinæ parum proficiunt, si priuatim res medicas tractant, atque ex solis libris hauriunt: 1. enim libri vulgares plerunque ita sunt dispositi, vt omnia, quæ continent, ex aliis transportata & desumpta videantur, ac proinde cum eiusmodi compilationes ex diuersis autoribus detractæ fuerint, frequentissime cimmeriis tenebris inuoluantur, magnasque difficultates secum vehant. 2. libri in vulgus noti praxin rite non ostendunt: Cum impossibile est, vt vniuersalibus præceptis praxis includatur. 3. inanes quæstiones non raro tractant vt tyro vix sine præceptore eas ab vtilibus segregare queat. 4. Adeo sunt sæpe obscuri, vt Oedipo opus sit, si recte intelligi debent. 5. pauci sunt studiosi, qui libros debite & fructuose legere sciant. Et quamuis multi sibi methodum quandam imaginantur, tamen ipsa res tandem testatur, eam methodum lectionis esse maxime confusam, cum se nihil ex ea profecisse ipsi tandem animaduertant.

Remedium.

Recte ergo præfert vocem viuam voci mortuæ, qui rei medicæ fundamentum quærit.

Id est, præceptores audit in schola docentes, & mutos Doctores, quales sunt libri, ita legit domi, vt horum explicationem à viua præceptorum voce expectet. Vtilitas huius remedii cernitur in studio medico maxima: Qui enim ab ore medici quotidie pendet, & ex eo vniuersalium theorematum ad vsum explicationem in praxei medica frequenter percipit, non tantum præcepta medica abunde intelliget, sed ita se firmabit, vt breui cum ægrorum salute ipsi manum rite admouere sciat. Quemadmodum omnium artium præcepta ex praxei nata sunt: Ita etiam ex eadem recte & perfecte intelliguntur. Ex praxei vero præcepta medica non intelliget, nisi viuo cuidam se coniungat, cum eo quotidie versetur, atque ex eius praxei præceptorum veritatem audiat, experientia tyronis propria infirma est. nec praxis eius admitti debet: Cum impossibile sit praxin esse iustam, quæ ex sola librorum lectione nata sit.

VII.

In libris potius hominum, quam naturæ fundamentum medicinæ ponere.

Adeo scripti libri de medicina & eius controuersiis hodie excoluntur & obseruantur, vt in iis non pauci medicinæ perfectionem collocent, atque vel Galeno vel Paracelso nimium quid tribuant,

buant, *Sebastianus Aquilanus praef. libri sui de morbo Gallico* ait, illum vere in medicina profecisse, cui Galenus placeat. Etsi non diffitear, ex Galeni librorum lectione posse ad medicinae studiosum multum vtilitatis redundare, atque statum medicinae pristinum exinde cognosci, tamen verum in medicina profectum adscribere ei, cui Galenus placeat, mihi videtur esse absonum & à veritate prorsus alienum: siquidem Galenus imperito Asino placere potest, vel quia excellens medicus Galenus fuit, vel quia sub ipsius nomine suam tegit inscitiam: vel denique quia Galeni asseclas singulari fauore prosequitur. Ille autem in medicina solide profecit, qui ex Galeni laboribus ea, quae ipsius seculi & terrae fuerunt propria & quae cum aliis doctis omnibus aliis seculis habuit communia inter se discernere, atque vere vniuersalia axiomata à Galeno adducta ad hodiernam praxin accommodare nouit, nec non praeterea defectus & excessus Galeni ex naturae lumine solide & vere explorauit, naturaeque humanae confortatione balsamica omnes morbos pellere ex sana Philosophia & certa experientia didicit. Caeterum hodie etiam se offerunt plurimi, qui Galeni methodum nauseabundi reiiciunt, atque in vno Parecelso medicinam ad perfectionem summam peruenisse, ac proinde eam ex ipsius & non aliorum libris esse discendam statuunt. Sed hic quoque in excessu peccatur: Tribuendum est multum Theophrasto Paracelso, sicut & ipsi Galeno, ac ille sua laude non priuandus, quod medicinam prae aliis exco-

quando è macrocosmo alimentum conueniens sibi assumit & contra externos venenorum insultus defenditur. Quamuis ergo hanc ob causam in naturæ libro medicinæ fundamentum iaciendum est, tamen libros scriptos è studiosorum manibus excutiendos esse non arbitramur, quippe ex iis ad naturæ veritatem perscrutandam datur introitus; Modo in hoc incumbamus, vt naturam, non aliorum cogitata inde exploremus: sæpius enim accidit, vt dum naturam ex aliquo libro addiscere nobis proponimus, id mentibus nostris inculcemus, quo in naturæ lumine non continetur.

VIII.

Multos & varios autores medicos sine electione legere.

Plurimi ex studiosis inueniuntur, qui se tum bene studere opinantur, quando vndique multos sibi coemunt libros, atque indiscretim eos legunt, non eligentes certum autorem, quem sibi præ cæteris maxime familiarem reddant. Sed quemadmodum qui vbique est, nusquam esse videtur: ita etiam qui varios libros sine discretione legit, haud faciet felices progressus, inueneris multos medicinæ studiosos, qui iam Galenum, iam Hippocratem, iam Fernelium, iam Mercatum, iam alios legunt, & in iis autoribus præcepta à controuersiis distinguere nesciunt. Nunquam hi perfecti euasuri sunt medici, nisi mature resipiscant, atq; vnum ex iis sibi primario legendum proponat, quo certum fundamentum iudicii sui in vno iaciant, & deinceps felicius alios conferre possint.

Remedium.

Consilium ergo meum hoc est, vt medicinæ studiosi autorem aliquem compendiosum, qui cæteros eruditionis & praxeos eminentia facile antecellat, in manus sub initium sumant, ex eo terminos medicinæ addiscant, eumque multoties repetita lectione sibi familiarem reddant.

Sic enim fiet, vt deinceps cum fructu mederi & alios autores vtiliter conferre sciant. Si quis fieri cupit Galenicus medicus, ipsi sub initium Sennerti institutiones medicas diligenter tractandas esse quis inficiabitur? Paracelsicum compendium, quod sit informationi sufficiens nondum in lucem editum video. Si Paracelsi & Dogmaticorum sententiæ conferrentur, atque in vnum corpus congererentur, ita vt dissensiones omnes tollerentur, Medicinæ studiosi cum fructu insigni medicinæ fastigium breui temporis spatio attingerent: Maiorem vero vtilitatem reportarent si medicum compendium absque affectu & præiudicio conscriberetur & ex naturæ lumine deduceretur: Hac enim via scopum addiscendæ medicinæ, qui est remediorum debita & naturæ hominis balsamicæ conueniens pro loco, tempore & subiecto modo administratio, felicius assequerentur. Faciam ego breui periculum. Id quod defuturum est, alij superaddere possunt. Suffecerit mihi aliis occasionem & ansam ad maiora dedisse.

IX. *De*

IX.

De nouo aliquid legere & discere, priusquam illud, quod ante ex præceptoris præscripto lectum est, bene intellectum fuerit.

Maxime cursum suorum studiorum intercipiunt & impediunt, qui variis delectantur lectionibus, & non curant, vt id, quod antea legerunt, bene intelligant: Quis enim nescit, eo fine aliquid legi, vt ex eo lecto intellectus aliquid proficiat? At quando id, quod legitur, non intelligitur: intellectus non perficitur, nec sibi vnquam de profectu gratulabitur. Notari hic velim, quod in Aphorismo subinnuam præceptoris præscriptum esse in legendo obseruandum: vt hinc arbitrariam lectionem artium plane sub initium studij medici reiiciam & eos redarguam, qui pro libitu iam hanc iam illam partem in facultate medica legant, & immaturo iudicio sibi leges legendi fingunt.

Remedium.

Consultum ergo est, vt tyro medicinæ id, quod ex præceptoris præscripto sub initium legit, bene pensitet, eius sensum, si non satis ipsi patuerit, ex Doctore petat & deinceps, eo intellecto, ad sequentia progrediatur.

Quantum hac methodo studiosus medicinæ sibi profuturus sit, si modo ea legerit, quæ ad rem faciant, & medicinæ terminis concludantur, non eloqui possum. Euentus ipse testa-

bitur, quod iudicium suum studiosus ita formaturus sit, vt neruose deinceps cum aliis disputare, & dextre de aliorum sententia statuere possit. Prodest multum, non multa legisse. Hic ordo tyroni in studiis medicis obseruandus. 1. naturam bene explorato. 2. intellecta natura videto, quid de ea alij scripserint. 3. vt autem aliorum sententias de natura eiusque viribus recte examinare & ad naturæ lumen reuocare sciat, necesse est vt eos autores legat. 4. Ita vero legito eos autores, vt bene intelligat. 5. vt bene intelligat autores, quos sibi in manus sumit, vnum ex iis eligito, quem sibi repetendo & meditando maxime familiarem reddat. Et 6. in eo autore legendo à dicto ad dictum sicco pede non transilito, sed videto vt id, quod primum legit, meditatione, repetitione & informatione probe intelligat & deinceps, eo bene percepto, ad alia progrediatur: prout remediũ nostrum suadet.

X.

Controuersias, quæ nullum vsum in vera medicina habent, mouere, motis diu inhærere, & inde logamachias sectari.

Vt vero candidus lector sciat, quænam eiusmodi controuersiæ sint, hæc obseruato. 1. Controuersiæ, quæ de mente & verbis Galeni, Dioscoridis, Paracelsi & aliorum suscipiuntur, in medicina vsu & fructu destituuntur: Siquidem animi studiosorum à fundamento medicinæ, quod est lumen naturæ, ad opiniones aliorum abstrahuntur & vera medicina in nominalem & verba-

verbalem inde transmutatur. 2. Controuersiæ, quæ ad mentem Galeni, Paracelsiue aut aliorum deciduntur, ad medicinam veram nihil faciunt: Siquidem ex præiudicio, quo de iis medicis plus quam decet, statuant, eiusmodi decisiones fiunt, atque potius in homine aliquo, quam ipso naturæ lumine veritas medicinæ quæritur. 3. Controuersiæ, in quibus de generium terminorum accommodatione ad res naturales disceptatur, nullius sunt momenti in medicina: Animas enim hominis dum generales istos terminos meditatur, frequenissime in sophisticis rebus occupatur, atque vim naturalium rerum non apprehendit. Scholastici Theologiam euidenter corruperunt, quia terminos metaphysicos Logicos, physicos, practicos rebus sacra scriptura comprehensis applicauerunt, atque de applicatione eiusmodi dubia mouerunt. Sic & medici generali generalium terminorum cognitione imbuti ad eos naturam, non ad hanc illos contorquent: vt vel hinc de caussis, effectis, signis & aliis terminis plures controuersias moueant, quam ex quibus secundum naturæ exigentium, & medicarum rerum sufficientiam se expedire queant.

Termini generales rebus ordinem non præscribunt: Sed res terminis: Rebus enim termini limitantur, quia ex iis nati sunt.

Remedium

Remedium.

Controuersiæ ab aliis motæ nec legi, nec tractari debent, sed potius iis autoribus adhærescendum est, qui id, quod docent, ratione & experientia confirmant.

Itaque ante omnia cognitioni medicinæ & earum rerum, quæ ad medicinæ perfectionem requiruntur, studiosi insudanto, vt ne opinionum aliarum potius quam veritatis medicæ scientes habeantur. Hoc seculo non habetur doctus, nisi qui multa legerit, controuersias in vtramque partem tractaro, & terminos scholasticorum barbarorum explicare nouerit, atque sui iudicij (quamuis sine fundamento in cognitione veritatis posito) acumen in aliarum opinionum examine ostenderit. Quid quæso prodest vt sciam, quod alij falso opinati fuerunt? Nonne dum ipsorum somnia lege & pensiculate meditor, plus proficerem, si ad fontem veritatis propius accederem, atque ex eo naturæ vires addiscerem? Malim ire rectam semitam, quam tot auia loca peragrare. Hæc, quæ dixi, non ita intelligenda sunt, ac si velim nullas plane controuersias quocunque loco & tempore non tractandas esse: Eo enim fine omnia à me proferuntur, vt ne sub initium studiorum suorum tyro medicinæ se logomachiis inuoluat inanibus, & tricis aliorum inhæreat. Fundamentum medicinæ primum ex lumine naturæ & methodico compendio iaciendum est: Et deinceps eo posito, medicinæ studiosus cum fructu controuer-

sias

ſias tractare poterit. Conſtat nouellos ſtudioſos ex triuialibus ſcholis ad Academias euectos adeo ſibi in inanibus & futilibus inutilium quæſtionum turbis placere, vt, ſi vel vnam ſophiſticam ſententiam publice defendere vel ruditer examinare ſe poſſe ſibi perſuadent, criſtas erigant, eruditionem ſibi affingant, alioſque contemptim habeant: Verum enim vero tandem vbi vel ad eruditorum hominum examina ſiſtantur, vel progreſſu ætatis ſuam infantiam in rerum ſcientia agnoſcunt, illud, quod ſciunt, ad vſum transferre nec volunt, nec poſſunt. Simili modo nouelli medici etiam ſub initium quæſtionibus phyſicis, quæ in Peripateticorum & Galenicorum ſcholis proponuntur, ſe inuoluunt, iis immorantur (ô vtinam quidam non immoriantur) atque quomodo vel in hanc vel in illam ſententiam propendere queant, curant. Quod ſi in illis inanibus perſuaſionibus ſuum iudicium interponere ſibi videantur, adeo ſibi applaudunt, vt omnium rerum cognitionem ſibi attribuant, ac proinde doctiores conſulere, atque ex iis, quod ipſis adhuc ignotum eſt, addiſcere erubeſcant: Sed quam miſere decepti fuerint, alioſque in poſterum decipiant, proh dolor, ipſorum praxis non ſine vitæ proximi iactura frequentiſſime teſtatum facit.

XI.

De iis, in quibus medicinæ fundamentum poſitum eſt, cum præceptore diſputare.

Fieri non poteſt, vt, quamprimum aliquis ad medicinam

medicinam admittitur, omnia fundamenta & firmamenta bene intelligat, atque primis institutionis horis illud, quod proponitur, accurate percipiat. Multoties principia artium audienda sunt, priusquam perfecte ipsorum vis & scopus cognoscantur. Id quod magnus ille Philosophus Pythagoras agnoscens noluit, vt discipuli citius quinquennio de iis, quæ proposuisset & explicasset, inter se conferrent, atque ea in dubium vocarent. Vnde apud ipsos τὸ αὐτὸς ἔφα (ipse sc. Pythagoras dixit) per silentij tempus increbuit & valuit. Quod si in medicina & in aliis omnibus artibus obseruaretur, & discipulis ius examinandi, antequam præceptoribus eos esse bene in medicina fundatos constaret, non permitteretur, medicina non adeo in contemptum abiret, atq; admodum superuacaneis & sophisticis cōtentionibus non conspurcaretur. Sane antiqui medici id moris habuerunt, vt remedia, eorumq; conficiendorum modum de manu in manum posteros suos docuerint, atq; hac ratione Sophisticis ingeniis omne carpēdi & refutādi ius adimerint. Quod si etiam hoc tempore idem fieret, facile eo medicinæ studiosi possent adduci, vt ad quinquennium vel saltem vsque dum ipsorum iudicium maturuerit, silerent, atque ex præceptoribus sine vlla contumacia & disputandi animo quiete salutaria fundamenta audirent & plene imbiberent. Ne obiice, hac via ex homine effici brutum, cum iudicium eius libertate ingenita priuari videatur: Nam libertas iudicio non adimitur, sed vsus libertatis ad tempus differtur, quia

tur, quia tum facile homo libertate iudicij propter imperfectam rerum cognitionem abuti, & id falsitatis ex ignoratione circumstantiarum; quod tamen à veritate minime remotum est, arguere potest.

Remedium.

Consultum ergo & è re tyronis medicinæ est, vt ad tempus à præceptore præscriptum tyro in doctrina docentis acquiescat: videlicet vsque dum fundamentum in medicina principiis bene posuerit, & ipsese multum ex informatione profecisse sentiat.

Fundamentum medicinæ est lumen naturæ, ac proinde videat primum tyro, vt rerum naturalium notitiam adipiscatur; Et deinceps earum vsum ad hominis defectus & sanitatem accommodandum ex Doctore addiscat. Quæ omnia placida & modesta mente nunquam sciscitabitur, nisi ad tempus in iis, quæ ipsi proponuntur, acquieuerit. Nam si citius iusto contra nitetur atque informationi Doctoris se opponet, non tantum Doctoris animum à concepta informationis methodo auocabit, sed etiam perpetua dubitatione certitudinem fundamenti euertet.

Veritas magis quiete meditando, quam rixose disputando acquiritur. Et dum aliquid perfecte non intelligitur, sinistre de eo iudicatur. Nemo ergo præceptoris doctrinam diiudicabit, nisi qui eandem bene & non mutilate

titale ex Doctore hauserit, vt autem quis accurate doctrinam Doctoris imbibat, ad praeceptoris placita per certum tempus sileat necesse erit. Quæ à nobis hodie discuntur, vel ab aliis explorata & iam dudum iuuenta sunt, vel nobis adhuc indaganda & inuenienda restant. Illa ex aliis, hæc vero à Deo, nostraque industria & meditatione ex macrocosmo cursuque operationum naturalium & supernaturalium impetramus & habemus. De prioribus loquor, quando discipulus medicinæ ad Doctoris informationem tacere debere à me dicitur: Ea enim, quæ ab aliis in medicina inuenta sunt, à nobis eadem facilitate, qua per informationem acquiruntur, nunquam comparabuntur. iuuentis frui licitum est: sed iuuenta exornare, non deformare, laudabile. Exornare vero ea non possumus, nisi perfecte per communicationem ab aliis ea possideamus.

Quis ergo iure inficiabitur, ad tempus quiescendum esse, vsque dum ab iis, qui inuenerunt, eadem consecuti fuerimus.

VII.

Theoriam vere medicam à praxei seiungere.

Quantus morbus sit medicinæ, quantumque impedimentum studiosis medicæ artis obtrudatur, quando à praxei theoriam vere medicam separant, & excludunt, vix est qui verbis exprimere possit. Hoc moris habent studiosi quarumlibet artium hoc tempore, vt primum præcepta artium memoriæ

memoriæ infigant, & post ad vsum transferant. Præposterus ordo est, & minime in vlla arte admittendus, nisi quis serio hominem à veritate & conditione rerum abducere velit: Siquidem præceptorum artium finis probe cognoscendus est, qui non vult, vt exinde praxin addiscamus, sed vt eam confirmemus. Si ex Grammatica institutione latinitatem tibi conciliare intendis, longe erras. Latinitas enim ex certo auctore vni dialecto assueto primum addiscenda est, vt certum loquẽdi genus habeatur: Verum si ex exẽplis in Grammaticis institutionibus Latine loqui discere intenderes, non tantum Ciceronis stylum cum Terentii, Plauti, & Liuii, sed etiam cum Poetarum cursu confunderes: Siquidem ex omnibus iis autoribus exempla Grammaticorum desumpta esse, & tamen nemini inde certam Latinitatis dialectum innotuisse, quis non iam dudum animaduertit? Quemadmodum ii qui primum artes cõscripsere, ex vsu longo & indubitato generales leges prompserunt, & pepererunt: ita etiam necesse est, vt qui artes easdẽ addiscere sibi proponunt, ex vsu certo eas indagent, & animis suis inculcẽt: idem enim autor est generationis & cognitionis rerum: id est, per quam causam aliquid nascitur, per eandem causam etiam cognoscitur. Recte ergo statuo, medicinam ex praxi, quemadmodum ex ea nata est, optime intelligi. Quorsum vero, inquiat aliquis, præcepta medica, quæ hactenus à doctissimis medicis euulgata & in lucem emissa sunt? Theoria medica si à praxi non seiungeretur, præceptis iis non opus esset. Paucis respondeo.

Fff Præ-

Præcepta medica non reiicio: sed ea sub initium delibanda propono, vt quando postea ex praxei medicinæ Theoria discitur, praxis medicinæ inde cõfirmetur & ꝓbetur. Alio fine si medicinę pręcepta ꝓponuntur, frustra ꝓponuntur. In systematib. suis medici sciũt optime definire morbos, & ostẽdere eorũ differentias, imo & optime pręscribere remediorũ, quib. morbi propulsentur, formulas: sed cum ex praxei discipuli morbos & remediorũ formas nõdum intellexerint & probauerint, nullus medicorum, qui secundum easdem formas & doctrinam ægro suppetias ferre velit, de felici curæ euentu vnquam certus esse potest. Idem negotium in medendo facessũnt Studiosis medicinæ compendiosi isti artis medicæ scriptores & Deus. Deus enim omnes medicinas macrocosmo incorporauit & homini in mundo proponit: Sed cum sine speciali Dei & præceptorum informatione & sagaci per experientiam obseruatione, quæ vtiles, quæ inutiles sint ad repellendum hũc vel illũm morbum cognosci non possit, ex Dei beneficentia sola, qua medicinas eas omnes toti orbi conspiciẽdas exhibet, nemo perfęcte medicinam facere potest, nisi subsidia differentiam remediorum morbis appropriatorum certissimam demonstrantia aliunde conquirat. Similiter etiã quamuis sub præceptis artis medicæ omniũ medicamentorum farraginem haberes, tamen summa difficultas te teneret, qui possis scire, hoc remedium esse huic homini, illud alii administrandum. Cæterum etsi concesserim, aliquid facere ad percipiendam medicinam theoremata artis

medi-

medicæ; tamen certissimum manebit, tantum occasionem meditandi & amorem in medicinam offerri in compēdiosis istis libellis, & ex hisce desumi locos communes, ad quos si quid in praxei singulariter obseruatum est, ref ratur.

Tandem non possum quin hic lectorē admoneam de abusu vocis Theorias. Etsi non nesciam multas esse eius vocis significationes. Vulgarem, qua videlicet vel putatur esse rerum diuinarum inspectio, vel ludorum ceu certaminum spectatio, vel spectaculū quod aditur, vel inspectio morum cuiusque ciuitatis: vt videre poteritis in Lexico Scapulæ: vel denique Philosophicam, qua Theoria denotat facultatē res Philosophiæ & artibus liberalib. subiectas spectandi & cognoscendi: vel etiam qua ipsum actū contemplandi comprehēdit; Philosophica tn̄ hæc significatio nostro instituto inseruit: Quis n. dubitat, in Medicinæ Studioso requiri accuratam rerum naturalium cognitionem, & agēdorum in praxei medica prælibationem? Qui n. naturam, atq; corpora quibus inest natura, nō intelligit, in medicina fundamentum non posuit, nec se dignum efficit, qui ad arcana Asclepiadea admittatur: Siquidem naturale corpus morbos patitur, natura in repellendis & exterminandis morbis nulli labori parcit, de die in diem agit, vt hostem corporis, quod informat, extrudat, & è limitib. suæ ditionis propulset: imo natura si sufficiēs sibi nō fuerit intra corpus, docet quomodo foris in macrocosmo similis inueniatur essētia, qua laborāti balsamo subueniri possit: Theoria hæc est vere Philosophica, & necessario

ſtudio medico præmittenda: vtpote quæ rerum naturalium exquiſitam & accuratam contemplationem proponat, & cuius defectus imperfectam reddat medicinam.

Vtut hæc ſint, tamen in propatulo eſt, hoc tempore eos bene in theoria verſatos haberi, qui inutilibus & futilibus Scholaſticorum, Peripateticorum & Galenicorum controuerſiis diu adhæſerunt, atque ex ſe multa ſubtilia fingere nouerũt: Sed abuſus hic eſt vocis Theorias, quo ſignificat phantaſticam quandam imaginationem ab vno ad alterum quaſi hæreditario iure propagatam: Medicus enim naſcitur ex natura, non ex iis, quę mens ex ſe tanquam aranea producit & ſpeculatur.

Remedium.

Theoria in medio foro agendorum cum praxei coniungenda eſt.

Ex praxei enim perfecte intelligitur & naſcitur. Et iuramentum Hippocratis theoriam praxei iungit. Praxin vero intelligo non ſcriptam, ſed ipſo opere à viuo quodam doctore ad oculos præmonſtratam, & ad indiuiduum aliquod ſubiectum ſecundum naturæ exigentiam & poſtulatam explicatam. Fateor equidem eam theoriam, qua naturalia in macrocoſmo contemplamur & rimamur, debere praxei præmitti, cum ea ignorata nemo medicinam aſſequi valeat: Verum ea theoria, qua in foro medico agenda contemplamur, & ſpeculamur, vt nobis ex praxei naſcitur, ita cum ea neceſſario coniungitor. Tyro ergo ad
ægros

ægros vna deducitor, atque illi locus affectus, affectus species, speciei causa, causarum series, morbi terminus, transplantatio, nexus gradusque vero & sincero animo ad Hippocratis Patauinorumque exemplar ostenditor, vt ita ex hac sensuali demonstratione generalem præceptorum constitutionem confirmet & probet. Cum tyro ad praxin adducitur, & in ea fundamenta ei proponuntur, cum praxei theoriam addiscit, atq; in ea ita se firmat, vt fundamentaliter de artis medicæ momento cum quolibet disserere, & sui felicis progressus euidentem rationem afferre possit. Similiter eos artifices optime suæ peritiæ elegantiam & perfectionem aliis probare posse, qui manu opificium didicerunt, atque artificii fundamentum posuere, videmus, cum contra ii, qui ex praxei artem mechanicam nesciunt, & ex sola cõtemplatione de eius subiecto, operationibus & formulis multa garrire solent, nunquam certi de sua scientia esse queant. Maneat itaque firmum & fixum, 1. naturalium rerum scientiam ante medicinæ studium discendam & imbibendam non ex aliorum opinionibus, sed ex natura mũdi se suasque operationes de die in diem patefaciente, & 2. contemplationem modi, quo natura, eaq; quæ per naturam sunt, in hominis vtilitatem adhiberi debeant, sine praxei non esse ex solis libris petendam, sed cum praxei coniungendam, ita vt tanquam filia ex praxei progerminet, & certitudinem suam exinde acquirat.

XIII.

Chymiam veram vel plane negligere, vel

vulgari Chymiæ nimis intentum esse.

Multi sunt, qui se medicinæ apicem consecutos esse autumant, etiamsi Chymicas rerum dissolutiones non didicerint: Sed errorem errant maximum: Sine Chymia enim vera constitutio Systematis medici perfecta esse nequit, nec grauissimorum morborum radicata curatio subsistere potest. Itaque medicinæ Studiosus Chymiam veram ne spernito, sed eam studiose amplectitor. Chymia autem vera est, quæ ex lumine naturæ, non ex phantastica & fortuita operatione sine sanæ rationis discursu nata est. Chymiam veram ne iudicato ex experientia qualicunque, sed ex experientia eorum, qui longa & profunda disquisitione superiorum & inferiorum harmoniam perscrutati, & superiora in inferioribus contineri secretiori via expiscati sunt: Qui quoque regnorum trium mineralis, animalis & vegetabilis confusionem ex animo improbarunt. Philosophica hæc Chymia est de qua loquor, nec tamē velim vt Chymia vulgaris ex iisdem fundamentis plane contemnatur: nam ex Chymia vulgari rerum dissolutiones inconueniētes etiam addisci possunt: Siquidem fortuita rerum naturaliū coniunctio sæpe dissolutionem corporis demonstrat præternaturalē, quæ alias non apparuisset, ac proinde quodāmodo facit ad cognitionē morborū prouenientiū ex rerū heterogenearū cōiūctione.

Remedium.

Itaq; Chymiæ veræ cultores studiosus medicinæ obseruato, Chymiā veram noctesq; diesq; tractato,

& si

& si occasio sese obtulerit, etiam vulgariũ Chymicorum experimenta tã mente, quam oculis notato.

Ex Chymia enim vera conuenientem naturæ humanæ præparationem remediorum: ex experimentis vero vulgarium Chymicorum media, per quæ Entia incõuenienter corrũpãtur, explorabit.

XIV.

Anatomiam mortuam vitali præferre.

Anatomia mortua est artificiosa cadaueris humani sectio, qua vasa continentia cum situ, forma & contentis corporeis dignoscuntur. Vitalis anatomia est, qua microcosmi vitales operationes in assimilatione homogeneorum & separatione heterogeneorum consistentes ex rerum macrocosmicarum functionibus constantiam, vel mutationem inferentibus ad sanitatis morbiue rationem intelligendam cognoscuntur. Illam quidam vitali longe præferunt, imo hanc plurimi ex Galeni asseclis repudiant, illam solam amplectũtur. Quod tamen faciendum non esse patet 1. ex eo, quia sanitas & morbus insunt viuentibus corporibus. 2. Quia vasorum continentium cum situ, forma & contentis corporeis cognitio est sensualis & particularis. Particularis appellatur, quia sæpe variat, atque non raro dispositiones membrorum in viuentib. discrepant. Et quis certo statuere potest, plane eandem partium corporis humani dispositionem, situm & formam esse in viuentibus adhuc corporibus, atque in iis, quæ antea ab anatomicis secta fuerunt, & in libris eorum nobis proponuntur? Anatomici de

die in diem multa inuenta superaddunt. Si singula hominum cadauera secarentur, in dispositionibus membrorum summam varietatem se oblaturam certissimum est. 3. Quia minutiarum anatomicarum scrupulosa cognitio ad medicinā, eiusq; curam nihil confert. Nam etiāsi quis ossium, cartilaginumque compaginem, os occipitii, ceruicis vertebras septem, thoracis vertebras duodecim, lumborum vertebras quinque, sex ossa ossis sacri, coccygis ossicula quatuor; transuersos, descendētes, ascendētes posterioresque vertebrarum processus, caluariam, maxillam inferiorem, dentes, scapulas, clauiculam, cubitum, manum osseam, os coxæ, femur, cartilaginem pubis ossium, patellā, tibiæ pedis ossa, talum, calcem, os nauiculare, tarsum, laryngem, musculos, glandulas, ligamenta, membranas, venas, arterias & neruos, horumque coniugationes, &c. ex anatomia illa mortua didicerit, tamē nisi vitalis anatomiæ bene peritus fuerit, in cura aliquid adiumēti & promotionis inde sæpe non habebit: siquidem partim propter intimam vnionem earum partium, implicatamq; cohærentiam, partim ob accidentium inconstantiū præsentiam nec de sede morbi, nec de cura eius ex historica illa secti corporis notitia certo semper alicui constare potest. Non exiguum momentum anatomia illa vulgaris ad medicinam conferret, si eodem modo in curando partes corporis viuētis medici visui se ostenderent, & non tantum ad probabile iudicium medicum mouerent.

Remedium.

Nec vitalis anatomia præ mortua, nec mortua præ

præ vitali reÿcienda est, sed cuiq; suus genuinus vsus & locus in medico foro relinquendus.

Cum homo totius mundi sit compẽdium, adeo vt ea, quæ implicite in homine continẽtur, explicite & distincte in macrocosmo oculis nostris præsententur. Vnde ex macrocosmo homo tanquã microcosmus recte cognoscitur. Vitalis hæc anatomia est, atq; adeo necessaria, vt sine ea morbi eorumque cura perfecte apprehendi nequeat. Nõ vero velim, vt forma ex forma indagetur: Microcosmi enim & eorum, quæ in & ab eo sunt, forma frequentissime longe à macrocosmicarum rerũ formis discrepat: sed vt virtutes & functiones macrocosmicarum rerum inspiciantur, ex formis seu signis cognoscantur, id quod eas promoueat & lædat corrũpatue, exploretur, modusque mutationis ex meteororũ mutatione cognoscatur. Duo sunt medico inprimis consideranda: Conseruatio & destructio microcosmi. Illam cõsiderato, vt non minus sanitatem in homine conseruare, quam amissam restituere sciat: Hanc, vt ea, quæ mortem inferunt, præuideat, atq; mature destructionis causas remoueat. Sed ista omnia exquisitius intelliget, quando 1. Eorum, quæ facile generantur & facile corrumpuntur, meteororũ videlicet, naturam scrutabitur, & deinceps quomodo eiusmodi faciles mutationes accidant: 2. Metallorum, 3. vegetabilium, & 4. bestiarum cõseruationem destructionemque in macrocosmo bene cognoscet. Hæc omnia in Physico meo systemate vna cum applicatione ad microcosmum latius explicata sunt.

XV.

Magis intentum esse ad morborum scrupulosam & superuacaneam notitiam, quam ad eorum curam & sublationem.

Morbus necessario cognoscēdus est, qui specificis remediis propulsari debet: secus si res fit, non ex arte, sed ex imperitia morbus curatur, vt vel nō raro summum periculum & damnum ad patientem exinde redundet. Scrupulosa tamen & superuacanea morbi cognitio morbi cognitio merito taxatur & reprehenditur: cum ad huius morbi, qui curandus proponitur, naturam cognoscendam, vel plane nihil, vel parum faciat. Scrupulosam morborum cognitionem appello, qua ex antesignanorum sententiis & opinionibus de morborum natura, & differentiis aliquid homini innotescit, & generalium de morbis propositionū ab aliis prolatarum inquisitioni plus æquo medicæ artis tyro incūbit, cum antesignanorum illorū cogitata partim ex aliorum antecessorum figmētis enata, partim ab ipsis in naturam intrusa, non ex ea desumpta fuerint. Quid quæso te iuuat, vt varias morbi definitiones ex variis autoribus scias, & tamen de iis omnibus dubites? Satius est scire morbum esse, & ex praxei specialium & singularium morborum naturam explorare.

Superuacanea morborum cognitio i. ex vrina petitur. Incerta hæc est, & plane inutilis, cum ex certiorib. signis possimus certi fieri de morbi natura & specie. Quantū fieri potest, columnæ medicæ artis firmo & stabili fundamento infigantur: vt cura feliciter & ex voto tam medici, quam pa-

tientis succedat. Sed quandiu Vroscopia ad medicum agrum admittitur, tamdiu instabili & arenario fundo medicinarum columnæ imponuntur, & medicastri verorum medicorum titulo in artis Asclepiadeæ ruinam & iacturam petulanter abutũtur: Medicastri enim se omnes morbos ex vrina cognoscere posse gloriantes id efficiũt apud vulgus, vt ad peritum medicum, qui vrinam intueri nolit, veniẽs de docto medico sinistri suspicari incipiat, & inde famã eius apud alios dilaceret. Vtut hæc sint, per vroscopiam incerto & dubie morbos cognosci probare lubet. Imperfecte, incerto & sine fundamento morbi ex vrina intelliguntur, 1. Quia sanorum & ægrorum vrinæ neque quoad substantiam, neque quoad colores, neque quoad sedimentum & alia contẽta non differunt. Id est: Vrinę ægrorum quoad hanc substantiam, hos colores, & hęc contẽta aliquãdo & alicubi exquisite respõdet vrina quorundã sanorũ. Non n. substantiæ, colores & cõtenta vnquã in ægrorũ vrinis data fuerunt, quæ nõ in sanorũ vrinis vel apparuisse legantur, vel sine naturæ vegetæ læsione apparere possint. Largior equidem in vno eodéq; homine sæpius differre vrinarũ dispositiones, sed exinde certũ posse fieri hominẽ de veris morborũ differentiis & naturis diuersis plane nego: idq; multis de causis. 1. Quia eadẽ dispositio vrinæ in alio homine portendit sanitatẽ, quæ in hoc corpore denotat ægritudinem. 2. Quia ad vnum genus reuocari vrinæ eorum, qui eiusdem ætatis, sexus & loci sunt, ac proinde vrinarum differentiæ in sanis exactæ dari non possunt. Si quis exacte

exacte vrinas diiudicare velit, necessarium fuerit, vt ante omnia vrinas sanorum variæ complexionis contempletur: Vbique enim æquum est, vt ex recto obliquum, ex vero falsum, ex perfecto imperfectum cognoscatur: Quicquid enim non rectum, non verum, non perfectum apparet, iure obliquum, falsum & imperfectũ habetur. Quare qui vult de vrinis ægrotorum iudicare variorum, illi incumbit prius variorum & longe inter se ratione diuersæ dispositionis discrepantium sanorum hominum vrinas, earumque differentias exquisite cognoscere: Verum cuius quæso medici contẽplationi hoc tempore & ante offerri solent sanorum vrinæ, vt ex his de legitima hominis constitutione iudicent? Hicais, certa præcepta tamẽ esse à medicis proposita, è quibus sanorũ vrinæ perfecte intelliguntur. Regero, illa omnia præcepta esse incerta & nullius fidei 1. propter cognitionis istius summam imperfectionem in antesignanis præcepta eiusmodi præscribentibus existentem: Omnium enim sanorum vrinas ipsi intuiti non fuerant: nec ex propriarum vrinarum quotidiana contemplatione quicquam certi eruere potuerunt, cum non semper sub eodem climate, sub iisdem astrorum influentiis, eodem victus genere ad eundem modum vtentes vixerint. 2. Propter diuersas diuersorum in diuersis regionibus existentium hominum dispositiones: Ea enim quæ Galeno in Italia & Græcia obseruata fuerunt, vel nullum, vel saltem exiguum vsum in his terræ locis obtinent. 3. Propter experimentorum hodiernorum aliud docentium & suadentium veritatẽ

Cæterum

Cæterum etsi haud diffitear, aliquando probabiliter ex vrina dispositionem internam renum, vesicæ, & eorum canalium, per quos serum transit, indicari posse, tamen iudicium illud esse infallibile & certum plane pernego: ac proinde vroscopiam vt certum genus cognitionis morborum reiiciendam esse recte statuo: cum ex iis morborum cognitio petenda sit, quæ recta via naturam morborum nobis aperiunt, vt & cura sit certa, & ægro salutaris. Vt autem vrinarum contemplatio inutilis & superuacanea, ita non minus superuacanea est earundem destillatio, quam Thurneiserus introduxisse videtur: siquidem ex hac dispositio hominis interna cognosci certo non potest: Omne enim quod destillatur, eo fine destillatur, vt ipsum, nō aliud cognoscatur: & qñ alia exinde intelliguntur, intelligũtur ex eo per accidēs, quatenus conuenientiam quandam cũ iis habere putatur. Verum nulla conuenientia est excrementitiarum materiarum cum natura hominis: Eo enim fine à balsamo hominis extra corpus propulsantur & eiiciuntur, quia cum natura hominis nō conueniunt. Varia & diuersissimis proprietatibus distincta sunt humani corporis membra: Vrina autem in tot partes singulis membris respondentes artificiose diuidi non potest: ac proinde exquisite ex vrina membrorum singulorum constitutiones nunquam cognoscuntur: Omne enim quod cognoscitur, & quidem certo, ex propriis signis cognoscitur. At in eo, quod angustius est cognoscendo, non sunt propria signa, ex quibus cognoscitur. Quippe singulæ partes corporis cognoscendi

gnoſcendi non habebunt deinceps, vnde rite & exquiſite intelligantur. Concludimus ergo non immerito, judicium vrinarum omne eſſe ſuperfluum,& è foro medico exterminandum.

Præterea ſuperuacanea etiam eſt morborum cognitio, quæ petitur ex Diabolo: Diabolus enim vt pater eſt mendacii, ita veritatem ab eo non expectare debemus: 1. quia hominum ſalutis eſt oſor,& omne bonum humano generi inuidet, 2. quia veritatem dum aliquando docet, eam docet, non vt vere homini inde conducat, ſed vt in maius malum ipſum præcipitet: iuuat vt magis noceat: Dolores aliquando minuit, vt alio tempore & loco eos maiores reddat. Improbo hic omnium eorum medicorum opera, qui ex malorum ſpirituum familiaritate ægris conſulere pro more ſibi habent.

Hi quidem ex reuelatione eorum certo ægris omnia ſymptomata & euentum enarrare ſciunt: ita vt adſtantes in admirationem trahantur; ſed tamen fructus fere nullus exinde ad ægros redundabit. Quid enim boni & fructuoſi ex impii cordis ſcaturigine promanare poteſt? Statuimus ergo, & quidem recte, ex Diabolo conſilia de morborum cognitione nunquam peti debere. Si vero ex me quæſiueris,quibus aliis mediis morbi perfectius,accuratius,& certius cognoſcantur, te ad meum compendium medicum,quod ſub manibus habeo, remitto.

Reme-

Remedium.

Qui feliciter in agro medico operari intendit, magis intentus esto ad curationem morborum, quam ad superuacaneam & scrupulosam eorum cognitionem.

Ex hac enim nihil fructuosi, ex illa vero multum vtilitatis & salutis ad ægrum redundare solet. Quod si ergo tyro medicinæ morborum superuacaneam & intricatam cognitionem postponet, & sollicitus erit de vera morborum curatione, finem sui studii quem intendit, cito summa cum voluptate & suauitate obtinebit. Qui vero de morborum cura sollicitus est; non reiicit morborum cognitionem, sed in hoc intendit, vt veras causas & radices eorum rimetur, & iis indagatis morbos curare deinceps sibi proponat. Insuper & hoc sciendum est, quod morborum species non possint semper cognosci, & tamen æger auxilium poscat. Hoc ipsum moueto tyronem medicinæ, vt in medicinam quandam vniuersalem inquirat diligentius, eiusque genuinum vsum ex informatione sinceriorum Philosophorum obtineat. Medicinam enim vniuersalem qui possidet, speciem morbi scire non tenetur.

XVI.

Ex Elementaribus qualitatibus earumq; gradibus vires medicinarum addiscere & indicare velle.

Absint-

Absurdum est ex remotis princip is de specifica natura principiatorum iudicare. Ea quæ communia sunt, & inhærent aliis, declarant tantum illud in iis, quod commune est: Proprietates vero specificæ ex specifica dispositione communium causarum vt pendent, ita ex eadem cognosci debent, quatenus illa per propria signa se prodit. Non igitur fieri potest nec debet, vt Elementorum, communium principiorum, qualitates nos in singularium proprietatum & virtutum cognitionem deducant, ac eam ob causam ex eiusmodi communibus qualitatibus vires rerum specificæ & propriæ diiudicentur. Elementorum qualitates primariæ sunt quatuor, frigiditas & caliditas, humiditas & siccitas. Gradus harum recensentur itidem quatuor, primus, secundus, tertius, & quartus. Discrimen horum gradum ex sensu diiudicant, ita vt primus gradus sit tenuis & parum sensibilis, secundus intensior, notabiliter sensibilis, tertius vehementer sensilis, & quartus cum læsione sensorii. Sed gradibus hisce non esse tuto credendum in medicamentorum compositione patet 1. ex eo, quod singulis annis pro diuersitate tempestatis aereæ & varietate loci gradus ipsi varient, ita vt quædam herba in hoc anno sit calidior vel frigidior, quam alio: illud maxime & euidẽter cognoscere est in vite, quæ licet in eadem tellure maneat, diuersis tamen annis vina caloris gradu variantia non raro profert. Quemadmodum eius rei multoties sensilem obseruaui probationem. Si in vite manifesto id quod volo euincitur, multo magis gradus suos mutabunt plantæ

plantæ minus excellentes & efficaces. Quæ cum ita se habeant, non tutum vbique est compositionem medicamentorum ad inconstantes gradus qualitatum primariarum instituere.

Addo quod Medici primas illas qualitates medicamentis adscribant non semper inhæsiue, sed sæpe tantum effectiue, quia eas qualitates in homine progenerant.

At vero quis nescit, subiecta in quæ medicamenta & simplicia agunt, inter se esse frequentissime diuersissima, ac proinde non æque ab agentibus medicinis affici, vt ea de causa recte statuatur, etiam gradus eiusdem simplicis non vbique esse eosdem. Vnde videmus vinum idem diuerso caloris genere diuersos conuiuas vno & eodem tempore calefacere: Omne agens enim agit pro ratione diuersi subiecti, id quod agit. Quare si propter effectionem simplicibus qualitates illæ primariæ tribuuntur, tuto compositionibus gradus earum propter inconstantiam non inseruiunt.

Cæterum & hoc notari velim, quod omnis caloris & frigoris non sit idem fons & origo: Quidam enim calor est cœlestis originis, & solem agnoscit patrem. Quidam terrestris est, & est vel artificialis, vel naturalis. Artificialis non vbique idem est, vel enim ex terris, vel ex lignis, vel ex radicibus, vel lapidibus conficitur. Naturalis est, qui subtus terram perpetuo sine hominum ingenio & dispositione ardet: vt nobis documento est mons, qui Æthna appellatur. Horum omnium ignium & calorum radix, iam est bitumen, iam

ſulphur, iam alterius generis oleaginoſa ſubſtantia. Quid quæſo graduum caloris à dictis rebus prodeuntis obſeruatio prodeſt, cum terreſtria calorem de ſe fundentia in homine non ex calore ſuo certum aliquod producant effectum, ſed ex ſpecifica ſua proprietate affectum quendam ſingularem imprimant? Miſerandum eſt, quod hoc tempore pluris æſtimantur antiquorum Philoſophorum ſimii & Sophiſticationum compilatores, quam veri ſapientum & medicorum filii.

Remedium.

Cum qualitates illæ primariæ, calor & frigus, humiditas & ſiccitas ab eſſentia medicinarum & promanent & pendeant, ſibi bene conſulet tyro medicinæ, ſi ante omnia eſſentiam medicinarum non ex communibus Elementorum affectionibus & accidentibus, ſed ex ſpecifica ipſarum proprietate ſpecificoque vſu certis morbis tollendis deſtinato indaget.

Luce enim clarius eſt, multa mederi morbis, non quod ſymptomata & operationes operationum morbis contrarias producant, ſed quod ſpecificam aliam proprietatem poſſideant, qua morbos ex neceſſitate pellant. Vnde fit vt in morbis calidis non frigida, ſed calida medicamenta interdum exhibeamus.

Carduus benedictus eſt herba calidæ naturæ: hæc pleuriſin cum febre coniunctam curat, non qua

qua calidæ naturæ est: (Sic enim febris, quæ Galenistis dicitur esse calor præter naturam in corde accensus, non posset curari) sed qua specificam proprietatem ex aculeis ipsius notam habet ad eum morbum tollendum. Spiritus vitrioli calidissimus est: & tamen febricitantibus singulari virtute prodest. De oleo vitrioli idem statuendum. Crocus metallorum, qui ex Antimonio per Sal nitri præparatur, intensissimæ est caliditatis, & tamen ex naturæ suæ insita proprietate febres etiam ardentissimas legitime administratus tollit.

At ais frequentissime contingere, vt calidis frigida, frigidis calida curentur medicamentis. Respondeo illud fieri per accidens, non per se, quatenus talia sunt: sed quatenus aliam appropriatam vim obtinent morbis illis oppositam. Hæc quando morbum eiusque radicem pellit, etiam symptomata calida & frigida pellit. Radice euulsa & proiecta, truncus & rami facile exarescunt & abeunt. Vna natura est in homine, quæ sanitatis est autor, & omnium morborum, frigidorum, calidorum, humidorum & siccorum propulsator: siue vno & eodem tempore existant in corporis diuersis partibus, siue diuerso tempore idē membrum affligant. Hæc natura si non satis robusta nec sibi sufficiens est ad resistēdum morbis contrariis, corroboranda est, vt radicē morbi extirpet, & cū ea radice symptomata inde pullulantia abigat. Hic nō per se respicitur ad qualitatum illarum dispositionē. Quis enim nescit, fonte sublato riuos exiccari & euanescere? Non tamen

eo inficias aliquando fieri per accidens, vt cogamur eiusmodi qualitates intueri, prœsertim quando in iis corporibus continentur, quæ in se alias fomitem morbi habent. Sic medici vino interdicunt quibusdam febricitantibus, quando illud in se habet tartaream quandam naturam febrium fomitem. Secus si res se habuerit, conuenientissime potio vini boni & minus tartarei permittitur & ægro conceditur: præsertim si cum eo sal quoddam spiritus sulphureos coagulans propinatur: Vinum enim singularem quandam affinitatem habet cum calore natiuo, seque huic facile adunit, ac ita est instar vehiculi, quo medicina ad insitum nostrum balsamum perferatur, eique intimius vniatur. Vnde quidam Philosophi secretiores lapidem sapientiæ in solo vino aduersus omnes morbos propinasse leguntur.

XVII.

Specierum fere infinitarum mistioni addiscendæ incumbere.

Non exiguam laudem reportare hodie sibi videntur ii medici, qui receptas (vt vocant) longissimas formant, & ad Apothecariam officinam mittunt, vt inde pharmacopœorum loculos potius pecunia impleant, quam salutem ægrorum quærant. Laudem, inquam, merentur ii non apud doctos & vere sapientes, sed apud auaros pharmacopœos & imperitum vulgus: Verum vt laus ab insipientibus profecta vituperium est: ita ab indoctis eruditio laudari nequit, sed potius

potius dum laudatur, vituperatur. Nemo recte de arte iudicabit, nisi artis fuerit peritus: & qui ex affectu de arte iudicat, sinistre iudicat, ac proinde eam si laudat, non recte laudat. Ad rem. Videamus quid nos moueat vt statuamus, eum qui specierum fere infinitarum mistioni incumbit, in medico cursu facile impediri, ne ad fastigium artis facile perueniat.

Dicimus ergo id fieri, quia medicus dum variarum & in summa copia se offerentium specierum applicationem ad vnum vsum considerat, se præter necessitatem dubiis cogitationibus ita inuoluit, vt vel plane non, vel summa cum difficultate inde se expediat: Necessarium enim est, vt 1. naturam rerum ingredientium exacte sciat, 2. vt videat num debito tempore & loco fuerint collectæ, 3. num vires ipsarum senio, marcore & adueniente putredine sint exoletæ & penitus euanuerint, 4. num pharmacopœus sit satis fidus, qui in defectu necessariorum non substituat non necessaria, ac proinde quid pro quo non superaddat.

Iam vero cum impossibile sit, vt medicus exquisite naturam rerum ingredientium propter ipsarum varietatem diuerso sub climate à diuersis influentiis & diuersa soli dispositione obortam in specie norit (quamuis specie eædem sint vbique substantiæ) & raro debito tempore & loco ingredientia colligantur, frequentissime senio, situ & marcore vires eorum in officinis pharmacopœorum & minuantur, & plane aboleantur, atque tandem ingenua dexteritas in pau-

cis Apothecariis qui omnia necessaria habeant, atque quid pro quo compositionibus suis non infarciant, emineat; quis non mecum serio statuat, studium compositionis adeo variarum & inter se discrepātium rerum esse superuacaneum, ac proinde eum, qui ei studet, in cursu medico plurimum impediri.

Remedium.

Quantum igitur fieri potest, ante omnia Studiosus medicinæ contendito, vt simplex medicamentum adhibeat, vel, si res aliter feret, vna vice pauca ingredientia ad vnius medicinæ compositionem admittat, paucas sibi comparet medicinas, earum vsum viresq; certissime in variis morbis exturbandis exploret, atq; sic notam incertitudinis medicinæ inustam deleat.

Quæ omnia si exequi sibi proposuerit, citius scopum attinget, atque mirandum in modum successus felices in studio medico persentiscet. Antiqui Philosophi inique à recentioribus nasutulis reprehenduntur, quod se totos inquisitioni vniuersalis alicuius medicinæ, qua omnes ad vnum morbi extirpentur, dederint: nam maximam difficultatem, quam remediorum pro vnoquoque morbo depellendo conuenientium inuentio, eorundemque pro personarum, temporis & aliarum conditionum varietate dexter vsus in medendo parit, considerantes magno onere medicos

medicos ſubleuare voluerunt inuẽtione & communicatione vniuerſalis cuiuſdam remedii. Hoc enim vbi adhibetur, nullam indicationum perplexæ particularitates, contrarietates vel ordines ſedem inueniunt, neque opus eſt peculiari quodam & ſpecifico vehiculo, quo ad partem adfectam deducatur & determinetur: Siquidem arctiſſima φιλοφρονήσεῳ cum Archæus balſamum hunc πολυπόθητον complectatur, eiuſque ſatis confortetur copiis ipſemet ſine ductu extraneo ſcientiarum, virtutumque ſuarum prædeſtinationes in quibuſcunque membrorum aſtris explicet, deletiſque morborum tincturis in ſanitatis ſignaturam eas tranſplantet, adeoque ſecundæ valetudinis characterem in vniuerſam corporum anatomiam fortiter imprimat. Vna eſt hominis mumia & eſſentia. Et quo magis aliquid vnitatis naturæ appropinquat, eo magis illud quod vnum eſt, in concordiæ vnitate conſeruat.

Vnde nemo niſi impos mẽtis vnum & ſimplex illud remedium Philoſophorum repudiabit, ſed ſumma contentione vt tandem ξὺν θεῷ illud conſequatur, efficiet, atq; ſi eo per cauſas Deo notas potiri non poterit, in id incumbet, vt particulare remedium in vna ſubſtantia, quoad fieri poſſit, conquirat & ęgro propinet, vt id, quod vnum eſt, vna in ſua vnitate cõſeruetur natura. Si rem fateri lubet prout eſt, ingenue aio, ex ignorãtię tenebris compoſitionem variarũ & multarum rerũ in medicis templis ortam fuiſſe, vt quod vno ſimplici non contineatur in alio coniuncto & coordinato

certo habeatur & ægro exhibeatur. Cum vero hodierni iſti hiſtriones & laruati medici ſubodorentur, originem illam à doctis viris facile deprehendi, cognoſci, atque eadem de cauſa ipſos recte vituperio dignos iudicari, prætendere ſolent, vnum ſimplex alteri ſimplici ſuperaddi, non vt vni virtus ad finem compoſiti medicamenti reſpiciens & directa denegetur, ſed vt inde alterius ſimplicis robur agnoſcat & acuatur.

Vt ad hunc ipſorum prætextum reſpondeam, non inficias eo, ſæpiſſime additione alicuius ſimplicis alii ſimplici in legitima confectione & compoſitione robur & acumen accedere; interim tamen non negabit mihi vllus ſanæ mentis Philoſophus, ea ſuperadditione non opus eſſe, ſi ſatis potens remedium exploratum & è natura erutum fuerit. Vnicum illud artificium ſegnes adeo reddidit naturæ miniſtros, vt in valida & ſufficienter efficacia medicamenta inquirere ſibi haud vnquam propoſuerint, ſed in otio potius marceſcere, quam negocio & debito labore in ſalutem Reipublicæ inclareſcere maluerint.

Præterea ad ſuarum compoſitionum defenſionem & hoc medici illi compilatores in medium producunt, quod propter corroſiuam quorundam ſimplicium ſpecierum naturam neceſſario efflagitetur corroboratiua quædam eſſentia, ne ex aliena iſta corroſione maius nocumentum, quam emolumentum ad hominem redundet.

Verum

Verum & in hoc fucum vulgo obiiciunt, atque suam tegunt inscitiam. Veris enim medicis conuenit, vt in omni eo, quod alienas naturas seditionem in corpore mouentes extrudit, sit essentia hominis balsamo adæquate respondens, ac inde ad roborandam nostræ vitæ mumiam faciat.

Legitima medicina primo collapsæ & debilitatæ naturæ instaurationi, & deinceps exterminationi humorum, qui sanitatem minuunt & tollunt destinator. Medicus si hanc methodum non obseruauerit, medici officium non exequitur: Natura enim ipsa propensa & procliuis est ad expellendum illud, quod ipsi aduersatur. Ex imbecillitate accidit, vt quando morborum propulsationem molitur, aliquando hostem diutius intra sua castra pati & ferre cogatur. Quod si tum simili natura iuuatur, corroboratur balsamica hominis natura, & redditur satis potens ad id, quod heterogeneum est, extrudendum. Quæ cum ita sint, inique quidam medici de corio hominis ludunt, atque vt tuto medicamenta ab hominis balsamo aliena propinare possint, ea quasi quodam corroboratiuo additamento incrustant.

Porro ad hæc aiunt, quandoque cum hoste aperto Marte primitus per medicamenta pugnandum, ac deinceps naturam vigori restituendam pristino. Verum cœci isti homines non vident nec agnoscunt, nullum medicamentum aliquid operari hactenus potuisse sine natura intus in homine existente: A natura enim hominis hoc ha-

bet remedium, vt, quod efficere debet, conuenienter agat, & debite sanitatem reducat. Igitur necessarium fuerit, vt primo cum natura in balsamo facile conspiret, ne, si à natura itidem alienum esset, humores alienos accumulet, atque natura ipsa inde vel ad expellendum se mouendo nimium perturbetur, vel penitus destruatur.

XVIII.

Ea quæ particulari & certa regione probata sunt, vniuersalitate vel donare, vel ex aliorum auctoritate credere esse vniuersalia.

Vniuersalitate donare est illud remediũ, quod certis hominum indiuiduis, vel certæ alicuius regionis incolis eorumque morbis tollendis destinatum est, indiscretim omnibus hominibus vbique locorum destinare. Quod hæc herba in illa regione aliquid auxilii ægro attulerit, atque morbum eius extirpauerit, sæpissime causa fuit climatum & influentiæ siderum conuenientia cum ægri natura.

Iam vero cum in aliis regionibus eorundem sit summa diuersitas, ita (vt medicamenta & homines sub iis climatibus diuersas virtutes edant, eadem remedia, quæ aliarum regionum incolis nata & appropriata fuerant, alibi nihil efficient.

Transmarina ergo & domi nostræ non nascentia medicamenta propter climatum & influentiæ diuersitatem corporib. nostris non possunt adeo amica & familiaria esse, ac proinde res

non

non caret periculo, ea statuere vniuersalia, quæ ex vniuersali fonte non profluxerunt, sed loci proprietate certis terris propria facta sunt. Non nego medicinam dari vniuersalem: eam enim in meis libris dilaudo & defendo: sed medicinam certo hominum generi diuinitus ex singulari priuilegio concessam aliis indiuiduis sine iudicio applicari non probo.

Remedium.

Itaque vt particularia remedia maneant talia, & tyro medicinæ ea facile ab vniuersalibus distinguat, diligenter pensitandum est, 1. quomodo singula remedia in diuersis locis operentur: 2. Num iis, quibus ea remedia administrantur, eadem sit morborum origo. 3. Num vnius generis homines morbis illis originaliter, alterius vero generis homines per contagium & veluti transplantationem corripiantur.

Quæ omnia si accurate secum considerauerit tyro, videbit 1. quædam remedia dari vniuersalia, quæ in omnis nationis hominibus easdem in pellendis morbis exerant vires, vt Rhabarbarum, Agaricum, Argentum viuum præparatum. 2. Morbos eiusdem speciei à diuersis causis exortos eiusdē speciei remedio non esse abigendos, & 3. Trāsmarina & exotica eiusdē speciei morbis pellēdis adhiberi & sufficere, si morbi illi aliūde ex ei⁹ loci, in quo medicamēta illa nascuntur, hominib. ad ex-

ad exteros per contagium & transplantationem deriuati sunt & diminauerunt. Exemplo nobis est lues Venerea, quæ curatur & apud nos & apud Indos ligno Guaiaci, quod Indis solis nascitur. Ideo vero in Guaiaco vniuersale antidotum contra eiusdem speciei luem Veneream, tam in Germania, quam in India, Hispania, & Gallia datur, quia ab Indis hic morbus 1. ad Hispanos, 2. ab Hispanis ad Gallos, & 3. à Gallis (vnde nostræ gentis hominibus morbus Gallicus die Frantzosen dicitur,) ad Germanos defluxit & propagatus est. Vides ita verum esse, quod Deus ibi remedium producit, vbi morbum creari originaliter permittit. Quod si ergo Medicæ artis tyro ita distincte de remediis iudicauerit, atque particularia ab vniuersalibus bene separauerit, in cursu medico nullum exinde impedimentum sentiet, sed magis magisque ad penetralia medica se intro admitti re ipsa animaduertet.

XIX.

Sibi profectum non exiguum tribuere.

Multi ad eruditionem peruenissent, nisi putassent se peruenisse. Ingeniorum pestis est illud scire quod adhuc discendum restat: Qui enim se multum in arte aliqua profecisse sibi imaginantur, negligenter artem eam tractant, & attente eius explicationem ex præceptore non audiunt: Vnde satius esset, vt vel nihil vnquam studuissent, vel maiorem diligentiam adhiberent. Medicinæ calamitas est, vbi quis medicum se pro-

se profitetur, priusquam factus fuerit medicus. Vesica aere destituta non admittit aquam, nisi aer prius exiuerit: ita nunquam solidum in medicina fundamentum ponet, qui se illud posuisse sibi persuadet.

Remedium.

Itaque medicus semper sentiat & statuat, sibi multa deesse, quæ ad perfectionem medicinæ faciant.

Naturæ abyssus profundissima est; & ab vno homine exhauriri nequit. Sunt quædam quæ in lucem prodeunt, plurima quæ latent. Et omnium morborum remedia nondum inuenta sunt, nondum possidentur, nisi quis vniuersale illud alexipharmacum, quod lapidem Sophorum vocitant, habuerit. Huius tamen inuentio adeo difficilis & laboriosa est, vt paucissimi sint, quos tanto thesauro DEVS dignetur.

Et quanquam quis ex vniuersali illo fonte bibere potis est, tamen in particularioribus illum sudare oportet, vt videat quomodo sparsim in pluribus id inueniatur, quod naturæ dominus in vnam naturam alicubi colligauit. Hoc discere qui desiderat, etiamsi infinitarum rerum cognitionem adeptus fuerit, tamen suam imperfectionem agnoscere tenetur. Non potest ergo non fieri, quin semper multa medico inquirenti desint. Medicus ergo suos defectus agnoscito, ne per putatitiam plenitudinem vacuus ab eruditione maneat.

XX.

Præmature colophonem studiis imponere, honores doctoreos appetere, iisq; superbire.

Inueniuntur plurimi, qui vbi titulo docturæ potiuntur, sibi omnia nota esse, omniaque licere arbitrantur. Sed cœcutiunt. Citius quam decet, ad honores illos euecti fuerunt. Titulus ipsis impedimento est, ne vlterius in medica inquirant.

Remedium.

Itaque discere medici nunquam cessanto, nec honores appetundo summos, nisi & plurimum se re ipsa profecisse cognouerint, animumq; plura indies discendi habuerint.

Non tantum Doctores, sed etiam factores medicinæ debemus esse. Titulus sine re inflata scientia est. Titulum Doctoris qui habent, plerumque malunt æstimari ex suauiloquentia, insignibus aureis & splendidis vestibus, quam ex solida rerum medicarum scientia. Et vulgus ad huiusmodi artis deformationem Doctoribus plurimis suggerit fomentum, dum medicinæ veritatem & cognitionem secundum dictas inanitates iudicat.

Ii Doctores, quia à vulgo & famam & argentum expectant eiusque loculis ad vitæ splendidam sustentationem insidiantur, malunt videri quam esse. Non sufficit vt aliorum medico-

rum

tum opiniones sciant, secundum quas titulos suos promeriti fuerunt; sed vt, quomodo naturæ veritati eæ opiniones respondeant; re ipsa ex naturæ lumine cognoscant. In oratorio & laboratorio per totius vitæ cursum sudet necesse est, qui ad istum apicem adspirat: ac proinde inanibus mundi titulis permotus nemo studiis imponat fidem, sed noctesque diesque eo allaboret, vt titulum si quem hic nactus est, magis magisque eruditionis maioris incremento exornet, & re, non verbis tantum, medicum studium amplificet.

REMORÆ STVDII MEDICI Conclusio.

HÆC sunt impedimenta studij medici, & remedia, quibus ea remoueantur: scripta eo fine, vt is, qui animum suum ad rem medicam appellit, ante omnia legat & pensitet; ne in labyrinthum se inuoluat, atq; difficultatem in studio post sentiat. Pauca sunt paginæ, ac proinde exiguo tẽporis spatio perlegi possunt. Scio cordatũ studiosum pro hoc meo labore Deo gratias acturũ. Bene cupio & nostræ arti Asclepiadeæ, & eius cultorib. Agnoscent

ſcent omnes, qui & meam Hermeticam Phyſicam, cui hunc libellum inſtar appendicis adiungere volui, & meam Hermeticam medicinam, quam iam publice hic Steinfurti prælego, diligenter ſunt lecturi. Vale Lector Candide, & authorem fauore tuo proſequere.

Θεῷ μόνῳ δόξα.

ELEN-

ELENCHVS LIBRORVM ET CAPITVM, QVÆ TRACTATV hoc Physicæ Hermeticæ continentur.

Hhh PHY-

PHYSICÆ HERMETICÆ
LIB. PRIMVS
De Chao.

CAP. I.

LIBER II.
De Elementis.

CAP.

CAP. I.

II.

III.

IV.

V.

LIBER III.

CAP. I.

II.

LIBER IV.

De principiis hypostaticis, Sale, Sulphure & Mercurio.

LIBER V.

De Generatione, Conseruatione, & Destructione Elementatorum.

CAP.

CAPITVM.

LIBER VI.

De Stellis.

LIBER VII.

De Meteoris.

LIBER VIII.

De Mineralibus.

CAPITVM.

IV.

V.

VI.

LIBER IX.

De Vegetabilibus.

LIBER X.

De Animalibus.

IV. De

CAPITVM.

LIBER XI.

De Harmonia rerum naturalium.

HERMETICÆ PHYSICÆ Appendices duæ, quarum vna Pansophiæ Fundamentum, altera Philosophiam Hermeticam de Lapide Philosophorum proponit.

III. Quo-

TRACTATVS QVARTVS, ſiue Axiomata Hermetica. 745

FINIS.